BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
46 E
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

43
C
32

Digitized by Google

8.46.E.19

Digitized by Google

Digitized by Google

8.46.E.19

QVAESTIONES QVODLIBETICÆ

PRO LAVREA CONIMBRICENSI.

AVTHORE

P. F. EMMANVLE DE LACERDA
Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Luſitano in ſacra Theologia Magiſtro, & in eadem Conimbricenſi Academia Durandi cathedræ Moderatore.

CONIMBRICÆ.

Cum facultate Inquiſitorum, & Ordinarij.

Apud Didacum Gomes de Loureyro Academiæ Typographum. Anno Domini 1619.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGIS NOVÆ ABRAHAMVS



PATER MVLTARVM GENTIVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CENSVRA R.P.M.F. VINCENTII Pereira Sacræ Theologiæ Primarij Profeſſoris.

DE mandato Illuſtriſsimi Domini Inquiſitoris Generalis, Quęſtiones Quodlibeticas ſapientiſsimi Doctoris Patris Fr. Emmanuelis de laCerda ſedula qua potui diligentia euolui; in quibus contenta omnia, præterquamquòd fidei Catholicæ conſonant, & Sanctæ matris Eccleſiæ Romanæ ſanctionibus, & Sanctorum Patrum dictis minimè repugnant, nec bonis moribus diſſonant, eruditiſsimè ab Authore diſcutiuntur, & accuratiſsimè ſententiarum vbertate, ac pondere, inſigniq́ue reſolutione perluſtrantur. Quare opus digniſsimum cenſeo, quod pro communi ſcholæ vtilitate in lucem feliciter prodeat typisq́ue mandetur. In Conuentu Sancti Dominici Conimbrincenſi vigeſsima prima Iunij, anno ſalutis 1619.

Fr. Vincentius Pereira.

FACVLTAS SANCTÆ Inquiſitionis.

IVxta Approbationem R. P. Magiſtri Fr. Vincentij Pereira Primarij Sacræ Theologiæ Profeſſoris excudatur. Olyſippone 5. die Septembri 1619.

Epiſcopus Inquiſit. Generalis.

¶ Licença do Paço.

QVe ſe poſſa imprimir eſte Liuro, viſto a Licença do Sancto Officio que ſe offerece, & depois de impreſſo torne para ſe taxar, & ſem iſſo não correrá a 15. de Iulho de 619.

Pinto. Cabral.

FACVLTAS PROVINCIALIS.

FRATER Ioannes de Abranches Rector Prouinciæ Ordinis Eremitarum S.P.N. Auguſtini in Regnis Luſitaniæ facultatem facimus Reuerendo Patri Magiſtro Fratri Emmanueli de là Cerda Doctori Theologo Conimbricenſis Academiæ publico Theologiæ profeſſori, vt Quæſtiones Quodlibeticas, quas pro Laurea Conimbricenſi eruditè, & accuratè compoſuit, & in quibus nihil eſt quod obſtet in publicum prodire, vt compertum habui, per R. Patrem Fr. Philippum Moreira, cui illarum examen commiſſum fuit, poſsit prælo committere, & in lucem edere. Datum Olyſippone in Conuentu Deiparæ de Gratia officij noſtri ſigillo, & ſubſcriptione munitum. Die tertia Iunij, Anni 1619.

Fr. Ioannes d'Abranches Rector Prouinciæ.

TAxão eſte Liuro em quinhentos reis em papel. Lisboa 15. de Nouembro de 619.

Pinto. *Monis.* *Gama.* *Cabral.*

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO

D. D. D. FERDINANDO

Martinz Maſcarenhas Algarbienſi quōdam Antiſteti à Conſilijs Catholicæ Maieſtatis, nunc generali in Portugalliæ Regnis contra hæreticam prauitatem fidei cenſori.

Salutem, & æternam felicitatem.

AVREAS tibi Præſul Illuſtriſſime, murales, aut vallares coronas dedicent illi, qui aut maiorum tuorum gloriam, reſque belli, ac domi præclare geſtas, gentilia vè ſtemmata referre ſtudent: mihi longè alius eſt animus, qui nec auitam maiorum, ac Regum ſeriem intexere, nec eximias virtutes, illuſtreſque animi dotes, quibus vndique affulges, in medium proferre contendo, quæ enim per ſe ipſa coram omnium oculis ſeſe conſpicienda, imò & multis inuidenda exhibent, nec mea, nec alterius commendatione indigent. Dum ergo Quæſtiones quodlibeticas (quas, vt ſpero, breui in lucem dabis) quaſi in priuato viridario incluſas retines, nec nobis eorum florum flagrantiam, quos exculta manu ſelegiſti, licet percipere, lauream hanc noſtram Conimbricenſem iamdiu contextam, & nunc quaſi ex emarceſcentibus floribus ſub tuis auſpicijs rediuiuam benignè excipe: Neque enim aut communi Academiæ noſtræ, aut priuato meo iure laurea hæc Mecænatem adibit, niſi illum, quem poſtquam

Academia noſtra albò coronauit clypeo, Moderatorem poſtea per tot annos cum decore, & incremento maximo experta eſt ſingularem, quem vniuerſa Luſitania ſummum reſpicit, & ſuſpicit fidei propugnatorem. Te enim vno duce laurea noſtra, & per amicorum conſignatores vngues, & per inimicas inuidentium manus fœlicem ſubitura fortunam ſecura ſemper excurret.

Illuſtriſsimam D. V. nobis, & Eccleſiæ ſuæ Deus Optimus Maximus diu ſeruet, & augeat. Conimbricæ è Collegio S. Mariæ de Gratia 15. Octobris, 1619.

Fr. Emmanuel dela Cerda.

STVDIOSO

Digitized by Google

STVDIOSO LECTORI.

PAVCIS, Beneuole Lector, excipe inſtituti noſtri rationẽ. Quæſtiones has quodlibeticas, quas ex Academiæ noſtræ præſcripto duodecim ferè ante annos ſuſtinueram, totidẽ ferè aliorum iudicio excudẽdas paraueram, non ſanè gloriæ cupidus, in tenui enim labor eſt, ſed quoniam Academico iure me ad id peragendum Auguſtinenſem Eremitam conſtrictum penitus agnoſcebam, ſicut enim qui primi Academiæ noſtræ, dum adhuc illam Olyſippo poſſideret, Theologiæ Magiſtri affulſere, Auguſtinenſes extiterunt Eremitæ, & qui primus in hac noſtra Conimbriſenſi Academia Theologica ſcripta prælo cõmiſit, Eremita quoque extitit inſignis Gaſpar Caſallius, Antiſtes poſtea Leirienſis, tandem Conimbriſenſis, noſtræ Durandi Cathedræ Moderator, & qui primus in eandem Academiam ſcribendi, & docendi methodum inuexit, Eremita quoque extitit inſignis Franciſcus à Chriſto Emeritus Veſperarius, ac meritiſsimus, & primus, quem Academia ſuis à primis rudimentis, quaſi genitum viſceribus, primario iure vidit potitum, Auguſtinenſis quoque eſt præceptor meus Ægidius Luſitanus ſatis ſub hoc nomine commendatus: Æquum erat, imò & iniquũ eſſet, niſi Eremita Auguſtinẽſis primus Conimbricenſem laureã intexeret: intextã ſors ſiniſtra diſtulit, neque enim inter ſcholaſticas cõſertationes, quas ſunt prolixæ lites ſubſecutæ, libuit citius poſtremam manum, & coronam laureę noſtræ imponere. En dum ad hæc redeo, quaſi adulterinum fætum lauream exprobrarem, dum ante

oculos obuerſantur noua alia Recentiorũ ſcripta prælo iam excuſſa, niſi facilè intelligerem, nihil eſſe ſub ſole nouũ, & ea, quę nunc à multis, tanquam noua commendantur, ab aliјs iam tanquam vetera, & rubigine corroſa fuiſſe reiecta: Ex illis, quæ potui, accuratè perlegi, & eos etiam in operis progreſſu citaui, qui poſt hanc noſtram lauream ſcripſerũt. Erratis parce, & quæ alicuius momenti eſſe poſſunt, appẽſa pagel la indicabit, quæ verò in rec itandis locis inter prælum ſunt elapſa in indice locorum ſacræ Scripturæ commodius corriguntur, neque enim mihi licuit prælo adeſſe, dum Quæſtiones iſtæ excuduntur. Ex penuria etiam Hebræorum cara&terum latinis exarata ſunt nomina, quæ in progreſſu adducuntur, quod corrigere parabimus in ſequẽti opere, quod præmanibus excudendum habemus, interim lauream noſtram benignè excipe, & perlege. Vale.

Digitized by Google

QVAESTIONES
QVÆ IN HOC VOLVMINE ſunt agitandæ.

Quæſtio prima ſcholaſtica,	*De Diuina voluntate.*
Quæſtio ſecunda poſitiua,	*De lacbrymis D. M. Monicæ.*
Quæſtio tertia ſcholaſtica,	*De Iuſtitia diuina.*
Quæſtio quarta poſitiua,	*De Corde Magni P. Auguſtini.*
Quæſtio quinta ſcholaſtica,	*De ſolennitate voti, & diſtinctione à ſimplici.*
Quæſtio ſexta poſitiua,	*De B. Ioannis Sahaguntini Euchariſtica Viſione.*
Quæſtio ſeptima ſcholaſtica,	*De Adoratione.*
Quæſtio octaua poſitiua,	*De Corde D. Claræ Auguſtinenſis.*
Quæſtio nona ſcholaſtica,	*De materia Chriſmatis.*
Quæſtio decima poſitiua,	*De mente Magni P. Auguſtini circa ſex dies orbis conditi.*

Digitized by Google

ERRATA

P.paginam,C.columnam, l. lineam. Erratum primo loco, correctum ſecundo.

Pag.11.c.2.l.27.qua,quam,p.14.c.1.l.14.ſcientias,ſcientia,l.15.ſumptã.ſumpta.p.22.c.2.l.27.ſecundam,ſecũdum p.26.c.2.l.29.creaturis,creaturas, p.27. c.2.l.35.perfeſtionem,perfectionem.p.28.c.1.l.18.reſpit,reſpicit. l.32. effectum,effectus,p.37.c.1.in titulo,placita,adde,*circa*,p.39. c.2.l.32. præſcentia, præſcientia.p.40.c.1.l.36.qui,quia.p.41.c.1.l.26.diuiuæ,diuinæ.p.45.c.1.l.14 futruum,futurum, p.46.c.1.l.31.neceſſarim,neceſſarium,c.2. l.9.oſtiectum, obiectum.l.35.dininæ,diuinæ,p.47.c.2.l.29.modus,nodus,p.52.c.1.l.11.tuſtiſsimum,tutiſsimum,p.56.c.1.l.30.duobus,duabus,p.60.c.2.l.25. latus,lætos,p.64.c.2.l.3.rationis,rationibus, p.65, c.2.l.5.theren.thren. p.85.c.2.l.16, prædicta,prædicata,p.96.c.1.l.4.condigni,condigna.p.101.c.2.l.18.allegare ablegare.p.105.c.1.l.35.nox,non.p.107.c.1.l.vlt.æqualens,æquiualẽs.p.110. c.1.l.24.afctum,affectum,p.115.c.2.l.13.compara,comparata, p.120.c.2.l.10, quit,quid,l.32.æquiprarantur,æquiparantur,l.35.demetriadem,Demetriadẽ. p.121.c.2. l.37.&,ad,p.129.c.1.l.3.&,eſt,l.26.hiuc,huic,p.139.c.1.l.24.tamem tamen,l.27.Anglelos,Angelos,p.155.c.2.l.22.fundaméta.fundamẽto, p.159. c.2.l,1.illud,illum, p.175.c.2.l.31.xero,vero, p.176.c.2.l.20.aductis, adultis. p.180.c.2.l.2.ſexentis.ſexcentis,l.30.exhibit,exhibet,p.191.c.2.l.9.proprim, propriũ.p.196.c.1.l.13.Domiuus,Dominus,p.199.c.1.l.33.ſum,ſunt, p.200, c,2.n.25,ſacriligium,ſacrilegium, p.203.c.2.l.35.ab,ob. p.211.c.2.l.17, intimaſſe,exiſtimaſſe,p.215.c.2,l.27.auguendum,augendũ. p.234.c.2.l.25.ni, in. p.236.c.1.l.10.moris,moris.p.241.c.2.l.29.diens,dicens,l.33.ſaluationis, Saluatoris.p.242.c.2.l.35.iniucundum,iniocundum, p.266,c.2.l.7.reliquas, reliquias.p.268.c.1.l.34.reuerenter,reuerẽtur.p.269.c.1.l.29.habitari,habitare. c.2.l.33.viri,vri,p.309.c.1.l.9.diuerſa,diuerſas.p.331.c.2.l.8.exiſtẽtia,ex ea, ſancti,ſanctus.p.349.c.2.l.34.proprius,proprium,p.357.c.1.l.11.ſi Verbo, ſi á Verbo.p.361.c.2.l.9.vnione,vnionem.p.368.c.1.in fine, fuit, facit,c.2. l.8. illud,adde,ad,p.375.c.1.l.12.ab vnitate,â bonitate, p.379.c.1.l.vlt.primum, proximum,c.2.l.35.diuinæ,diuina,p.383.c.1.l.24.debeat,debebat,p.384.c.2. l.13.Euſtachius,Euſtathius,& alijs in locis.p.390.c.1,l.vlt.enatret,erraret,c.2 l.14.Petrus,Petrum.p.391.c.1.l.5.dicit,dici. p.392,c.1.l.32. in ſua creatura, in ſe creaturæ. p.396.c.1,l.14.adit,addit,c.2.l.33.facere,faceret.p.398,c.1.l.2. ſerpentum,ſerpentiũ. p.403.c.1,l.2,incitæ,inciſæ. p.405.c.1.l.26.vitili,vituli, p.408.c.1.l.23.Colliriani, Collyridiani,p.420.c.1.l.7. fecundum, ſecundum, p.422.c.2.l.13.ſanctis,ſedentis.p.425.c.1 l.1. ſi,non, p.429.c.2.l.23. non,rẽ, p.435.c.1,l.8.depictæ,debitæ.p.438.c.2.l.vlt.ſi vnius,ſi ad vnius, p.439.c.2.l. 1.mere,more,principium,principum.p.440.c.2.l.24.Appolo.Apollo.p.441. c.2.l.6. terminarium, ternarium. p.457.c.1.l.2.conſignentur,conſignemur. p.458.c.1.l.7,Vallitoſelum,valliſoletum,p.467.c.1.l.26.aſſendiſſe, aſcẽdiſſe, p.476.c.2.l.5.flagrantem,flagrantiam.

Digitized by Google

QVAESTIONES QVODLIBETICÆ

PRO LAVREA CONIMBRI-CENSI.

QVÆSTIO PRIMA SCHOLASTICA.

De diuina voluntate, & præcipuè de Velle libero Dei.

In Deo eſſe voluntatem ex ſacra pagina, & rationibus oſtenditur. Articulus I.

Aſsignatur primarium obiectum diuinæ voluntatis. Articulus II.

Quomodò diuina voluntas ſit cauſa rerum? Articulus III.

Comparatam cum intellectu diuino eſſe proximiorem cauſam rerum. Articulus IIII.

Potentiam executricem diſtinctam ab intellectu, & voluntate eſse propinquiorem cauſam operationum ad extra. Articulus V.

Quomodo voluntas diuina ſe habeat circa creaturas poſsibiles? Articulus VI.

Quomodo ſe habeat circa creaturas futuras, quas liberè vult? Articulus. VII.

Quid Velle liberum Dei addat ſupra velle neceſſarium ex Caietani ſententia? Articulus VIII.

Quid Recentiores de hoc ſentiant? Articulus IX.

Deciditur dubitatio, & ſatisfit obiectis aliarum opinionum. Articulus X.

¶ *De diuina voluntate diſputant Theologi varijs in locis, cum Diuo Thoma ad primam partem quæſt. 19. cum Magiſtro Sentent. in primo diſtinct. 45. & alibi paſsim.*

ARTICV-

ARTICVLVS I.

In Deo eſſe voluntatem ex ſacra pagina, & rationibus oſtenditur.

1. IN Deo eſſe volũtatẽ diuinæ literæ paſsim prędicant, nam Pſal. 113. *Omnia quæcunq; voluit, fecit Dominus, &c.* & ad Rom. 12. *Vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona,* & ad Epheſ. 1. *Secundũ conſiliũ volũtatis ſuæ,* & Matt. 7. *Qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorũ.* Et 1. Ioan. 1. *Qui facit voluntatẽ Dei manet in æternũ.* & paſsim alibi. Neq; in hoc eſt latiùs immorandũ, nam cum voluntas ſit perfectio ſimpliciter, & abſoluta, neceſſariò in Deo eſt agnoſcẽda; & prætereà cũ ſit perfectio, quę ſequitur intellectũ cum Deus ſit viuens intellectuale, eſt etiã volẽs; deinde cum Deus ſit ſummè beatus, & ſumma beatitudo ſaltem ſecum trahat gaudiũ, & delectationem, qui ſunt actus voluntatis, neceſſariò danda eſt voluntas in Deo, ſeu potiùs velle, nam in Deo nec propriè eſt potentia intelligendi, nec volendi ſecũdùm rem, ſed puriſsimus actus intelligẽdi, & puriſsimus act⁹ volendi, quos nos ad inſtar potentiarum concipimus.

Pſal. 113. Rom. 12. Epheſ. 1. Matt. 7. 1. Ioan. 2.

Quod ſi dicas, Velle notionale, quo Pater, & Filius ſpirant Spiritũ ſanctũ, eſt quędam realis potẽtia ſpirandi, cum realem habeat terminũ productum, & á producẽte in re ipſa diſtinguatur. Reſpondetur, potentiam ſpirãdi, vt ad 1. p. q. 41. ar. 4. docetur, vel comparari poſſe cũ perſona producta, vel cum ipſomet actu producẽdi: reſpectu ergo perſonæ productæ, potẽtia ſpirãdi ſe habet ad modum potentiæ productiuę tantùm, eſt enim principium productiuũ vt (quo) & nullo modo habet rationem potẽtiæ receptiuæ, vnde reſpectu actus producendi nullo modo habet rationem potentię, vt enim optimè docet D. Thomas citato loco, ſi ſe haberet, vt potẽtia reſpectu actus, eſſet ſimul productiua, & receptiua, quod non admittitur. 2.

Obijcitur. Soluitur. Potẽtia ſpirandi quid ſit in Deo. D. Thom. Reſpectu actus non habet ſe vt potentia.

Quod tamẽ nec à priori, nec à poſteriori aſsignari poſſit ratio, ex qua in Deo colligatur voluntas, ſic oſtenditur. Quoniã quemadmodũ ipſum diuinũ intelligere, vt 3.

D. Thom. 1. p. q. 14. art. 4. oſtendit D. Tho. eſt ipſummet eſſe Dei, ita voluntas, ſeu velle diuinũ eſt ipſummet eſſe diuinum. Proindeq; ſicut non poteſt aſsignari mediũ aliquod naturale, per quod à priori demonſtretur Deum eſſe, ita etiam non poterit aſsignari aliquod, per quod demonſtretur ipſum habere voluntatem. Et confirmatur, quoniam, cum voluntas ſit appetitus, & appetitus ſit rei non habitæ, non ſolùm in Deo non demõſtrabitur voluntas, ſed potiùs illi videtur repugnare.

Confirm. argum.

4. Nihilominùs tamen ratione naturali demonſtratur in Deo voluntas, idq́, oſtendit ratio, qua D. Thom. vſus eſt 1. p. q. 19. ar. 1. in corpore. Quoniam quemadmodum formam naturalẽ conſequitur appetitus naturalis, qui nihil eſt aliud, quàm inclinatio quædam, & propẽſio in id, quod eſt ſibi accõmodum, & in illud, dum abeſt, per deſiderium tendit, dum verò adeſt complacet, & quieſcit: ita etiã neceſſariò formam intellectiuã conſequitur appetitus rationalis, ſeu intellectualis: ad ſuam enim formam naturalẽ quælibet res habet appetitum, & inclinationem: hiç autem appetitus, & habitudo, quæ in rebus cognitione carentibus dicitur appetitus, & inclinatio naturalis, in intellectualibus propriè, ac formaliter dicitur voluntas. Ergo cum demonſtretur Deum eſſe viuens intellectuale, vt videri poteſt citata q. 14. 1. partis. Conſequenter à priori per hoc medium demonſtratur voluntas in Deo. Nec deeſt etiam ratio à poſteriori, qua idem probetur: etenim, cum huiuſmodi appetitus reperiatur in creaturis perfectiſſimis, quales ſunt intellectuales, inde cõcluditur, eãdem perfectionem reperiri in Deo, eſt enim huiuſmodi perfectio talis, quæ in ſuo conceptu formali nullã imperfectionem includit, nam quod ſit accidens, quod per intrinſecam efficientiam, & informationem ſit eius motus, non ſunt de ratione formali huius appetitus.

D. Thom.

Gradus intellectualis eſt mediũ demonſtrãdi in Deo voluntatẽ.

Idem à poſteriori colligitur.

Sicq; ratio dubitandi deficit, & apertè claudicat: etenim licet in diuinis perfectionibus non reperiatur, quod vna ſit cauſa alterius, adhuc tamẽ cũ vna ſit ratio, & à nobis, vt prior altera 5.

concipia-

concipiatur, poteſt eſſe medium ſufficiens ad determinandam aliam.

6. D.Thom. Ad ſecundum reſpondet D. Thom. voluntatem duo habere, & appetere, quæ non habet, & complacere, ſeu diligere, & quieſcere in ijs, quæ habet, hoc vtrumque in nobis, in Deo autem cum ſemper habeat quidquid habet, & habere poteſt, non habere primum, ſed ſecundum, nam de ratione voluntatis non eſt, quod vtrumq; ſemper habeat, imò verò non requiritur, quod ſemper tendat in rem diſtinctam ab appetente. Etenim vnaquæque res dicitur naturaliter appetere ſuam entitatem; vnde etiam in Deo admittendus eſt hic appetitus (qui tamen metaphoricè dicitur appetitus.) Neque obſtat, quod communis ſit hæc inclinatio rebus etiam inanimatis, vt in Deo reperiatur, nam adhuc perfectionem ſimpliciter poteſt includere in ſuo conceptu, cum abſtrahat à ratione vitali, & non vitali, quod tamen non haberet, ſi opponeretur vitæ. Soluitur obiectio. Quod ſi dicas huiuſmodi naturalem appetitum ad bonum proprium fundari in quadam capacitate naturali, & conſequenter imperfectionem includere, Deoq; repugnare, qui ſummam habet actualitaté omnis perfectionis, & in quo nulla cognoſcenda eſt capacitas ad perfectionem aliquam. Non eſt difficile ex dictis diluere dubitationem; capacitas enim ſumi poteſt, vel propriè pro potentia paſsiua, vel latiùs pro quacunque alia aptitudine, ſeu inclinatione etiã ad id quod habetur, ad eum ferè modum, quo etiam de materia dici poteſt habere capacitatem non ſolùm ad formas, quas non habet, ſed etiam ad eam, quam habet, ad quã naturaliter habet etiam propenſionem, & inclinationem; & hoc ſecundo modo hic appetitus in Deo fundatur in naturali quadam inclinatione, imò verò neceſſitate, quam habet ad ſuam perfectionem volendam. Appetitus in Deo pro naturali inclinatione ad bonum proprium. Quomodò verò hic appetitus ſe habeat in Deo per ordinem ad alias res extra ſe, ad id infrà dicendum properamus.

ARTICVLVS II.

Aſsignatur obiectum primariũ diuinæ voluntatis, & quomodo diuina voluntas ſe habeat ad illud.

1. D. Thom. DIuus Thomas citata q. 19. artic. 3. inquirens, vtrùm Deus omnia, quæ vult, neceſſariò velit: hac cõcluſione reſpondet. Voluntas Dei neceſſariò diligit ſuã bonitatem; cætera autem, quæ propter ſuam bonitatẽ diligit, libere vult. De ſecunda parte huius aſſerti, quæ eſt præcipuus noſtræ diſputationis ſcopus, in ſequentibus agendum eſt. Circa primam potiùs ſupponendum erat; quam probandum diuinam eſsẽtiam eſſe primarium obiectum diuinæ voluntatis, id tamẽ oſtenditur, quoniam cum in Deo ſit naturalis appetitus, vt vidim⁹, neceſſariò in aliquod obiectum primarium ferri debet, nullum autem prius obijcitur voluntati diuinę, quã ipſamet diuina eſſentia, quæ & illi eſt maximè propria, ac proportionata, & ab omni alia in ſua bonitate independens, & quamlibet aliam bonitatem in ſe continet, ergo actus diuinæ voluntatis non ſolùm eſt primarius circa diuinam eſſentiam, quia in eam primò tẽdit, ſed etiã quia in omni volitione diuina amatur ipſe Deus, & deinde res aliæ in eo: quod D. Thomas ſenſit, dum dixit Deum velle ſe vt finem, cætera verò propter ſe, vt propter finem. D. Thom.

2. Dubitatio etiam eſt, an perſonæ diuinæ pertineant ad obiectum primarium, an ad ſecundarium diuinæ voluntatis? Quamuis Scotus in 1. d. 1. q. 2. & cũ eo Bachon. & complures alij, quorum ſententiam probabilem iudicat Suar. lib. 9. de Trinit. cap. 5. n. 4. exiſtimet eas pertinere ad obiectum ſecundarium diuinæ voluntatis, & diuini intellectus: communior tamen ſentẽtia eſt, quæ aſſerit, eas pertinere ad obiectum primarium diuinæ viſionis, & conſequenter diuinę voluntatis; neque enim aliud eſt primarium obiectum diuini intellectus, & aliud diuinæ voluntatis; primariũ enim dicimus, quod per ſe primo intellectui, aut voluntati obijcitur. Et hæc eſt ſentẽtia D. Thomæ, quã

Scot. Bachon. Suar. Perſonæ diuinæ pertinent ad primariũ obiectum diuini intellectus, & diuinæ voluntatis. D. Thom.

Digitized by Google

Gerard. de Senis. Argent. Fr. Franc. à Chriſto, Ægid. Luſitan.

ex noſtris tuētur Gerard. de Senis in 1.d.1.q.2.ar.3.§.*Ad rationes,quæ probant*. Argent. q.3. art.2. ad 3. Franciſcus à Chriſto q.6.ad 1.arg. Ægid. Luſitan.lib.5.de Viſione diuinæ eſſentiæ q.14.ar.3.§.9. Et etiā ſi admitteremus,perſonas pertinere ad obiectum ſecundarium diuini intellectus,ſemper diuina voluntas neceſsitate quoad exercitiū ferretur tam in eſſentiam, quā in perſonas. Nec actus diuinæ volūtatis ceſſare poteſt ab amore ſui, quia eſt in Deo ſumma perfectio, nō poſſe non ſemper actu ſe diligere, ad eum modum, quo etiam eſt maxima perfectio non poſſe non ſemper actu ſe intelligere. Etenim actus diuinę voluntatis eſt ipſummet eſſe Dei, quod eſt ens ſimpliciter neceſſariū. Verū tamen velle diuinum ſit ipſummet eſſe Dei ſolum in ſenſu identico, & quatenùs velle diuinum eſt à parte rei idem actu cum ſubſtantia, & eſſentia Dei,ſeu potiùs ſit velle diuinum etiam conſtitutiuū diuinæ naturæ, quémadmodum de intelligere diuino,nonnulli Theologorū dicunt.

3. Complures, quos ſequitur Suar. tum in Metaphyſ. diſp. 30. ſect.16. tum etiam lib.1. de Trinit.cap.5.n.17. & lib.1. de Eſſentia Dei c.3. n. 13. & 14. exiſtimant eſſe aſsignandum diſcrimen inter intelligere, & velle diuinū, nam licet in re ipſa tam intelligere,quàm velle diuinum ſint de intrinſeca ratione, & quidditate diuinæ naturæ, tamen ſecundùm noſtrum modum concipiendi, intelligere diuinum tale eſt, vt abſque eo diuina natura nō intelligatur diſtinctè cōſtituta in tali gradu, & perfectione eſſentiali, & eo poſito talis conſtitutio intelligatur: quod tamen aliter ſe habet in velle diuino: cum enim ſit quid veluti conſequens ad intelligere, habet etiam ſe, vt conſequens ad conſtitutionem diuinæ naturæ, proindeque eam non intelligitur conſtituere, ſed potiùs ſupponit conſtitutā in prædicto gradu. Qui tamen dicēdi modus mihi nūquam placuit, cū ſit expreſſè contra ſentētiam D. Thomæ 1.p.q.14.ar.1.vbi in hæc verba. *Patet igitur, quod immaterialitas alicuius rei eſt ratio, quod ſit cognoſcitiua, & ſecūdum modum immaterialitatis*

Suar.

Opin. Suarij de conſtitutione diuinæ naturæ.

Reijcitur diſcrimen inter velle, & intelligere diuinum.

D. Thom.

eſt modus cognitionis. Vnde in ſecundo de Anima dicitur; quod plantæ non cognoſcunt propter ſuam materialitatem. Vnde colliges duo. Primum ex eo, quod in natura diuina cōcipiatur prius ratio intellectiua, quàm volitiua, non bene infertur per gradum intellectualem conſtitui in eſſe naturæ, non verò per gradum volitiuum. Nam gradus ille intellectualis vel ſumi poteſt latè prout recurrit cum gradu immaterialitatis, & vt ſic eſt quaſi genericum ad intellectiuum, & volitiuū: vel magis preſsè, & quaſi ſpecificè pro tali gradu immaterialitatis nimirùm intelligētis: ex prima acceptione nō rectè colliget Suar. diuinam naturam cōſtitui in eſſe naturæ per gradum intellectiuum, & non per volitiuum, cū ſub gradu ſubſtantiæ ſpiritualis ęquè cōtineatur velle, atque intelligere diuinū: neque etiam ex ſecunda acceptione ſumēdo intellectiuum gradū preſsè; nam gradus intellectualis, etiam vt ſic ex ſua eſſentia, & ratione habet, quod ſit velle, & intelligere; & quāuis nos duos cōceptus de his efformemus cum fundamento in re ipſa inter ſe diſtinctos, id non probat conſtitui formaliter diuinam naturam in eſſe naturæ per gradum intellectiuum, & non per volitiuum: vera enim eſt communis, & antiqua Philoſophia, quæ docet, ſubſtantiam tanquam per differentias nobis ignotas immediatè diuidi in ſpirituale, & materialem, quā probat Ægidius Luſitanus lib. 4. de Beatitudine formali q. 10. art. 4. §. 1. Vnde quicūque gradus concipitur poſteà in ſubſtantia ſpirituali, eam ſaltem ſecundùm rationem ſupponit in ſuo gradu conſtitutam. Vnde ſecundò colliges de omni perfectione ſimpliciter ſimplici, quæ in Deo abſque omni imperfectione reperiri poteſt, pariter quoad hoc nobis eſſe philoſophandū, & per conſequens nullum inter intelligere, & velle diuinū, quoad hoc aſsignari poteſt diſcrimen inter vtrumque, etiā ſi intelligere in Deo ſecundùm noſtram rationem cōcipiatur, vt priùs, quám velle, quod per illud tanquam à priori demonſtratur, nam vtrumque conſequitur, & eodē modo ſe habet ad conſtitutio-

Dupliciter accipitur gradus intellectiuus.

Subſtantia immediatè diuiditur in ſpiritualem, & materialem.

Ægid. Luſitan.

Digitized by Google

ſtitutionem diuinæ naturæ.

4. D. Thom. Obijc.tur. Explica- tur. Neque obſtat D. Thom. 1.p. q.70. art. 3. dum dixit, appetitum non conſtituere ſpecialem gradum, ſeu ordinem entium, nam indè ſolùm colligitur non conſtituere aliquem gradum, ſeu ordinem entium diſtinctum ab eo, quem conſtituit formæ intellectualis, non verò infert velle non conſtituere eundem gradum, quem cōſtituit intelligere. Vnde ſicut ſubſtantia ſpiritualis intelligitur cōſtituta ante gradum volitiuum, ita etiam intelligenda eſt neceſſariò conſtituta ante intellectiuum, & proindè impoſsibile eſſet cōcipere diuinam naturā conſtitutam in eſſe naturæ per vnum gradum, & non per alium.

5. Idem actus diuinæ voluntatis in re ipſa eſt amor, & gaudium. Non eſt tamen hoc loco prętereundum, diuinam voluntatem circa Deum vnum tantùm actum habere in re ipſa, nam cum iſtiuſmodi velle ſit ipſummet eſſe Dei, quemadmodū repugnat in diuinis prædicatis abſolutis vnum ab alio in re ipſa actu diſtinguere, ita pariter in actibus voluntatis idem concluditur: attamen iſte actus, quo velle diuinum tendit in Deum, vt in ſummum bonū ſuum, eſt ſecundùm rationē duplex actus, alter amoris, gaudij alter: rationem habet amoris, quatenùs Deus per illū vult ſibi perfectiſsimū, ac ſummum bonum; habet autem rationem gaudij, quia gaudium ſequitur ad amorē boni poſſeſsi; & in hoc tantùm reſpectu diſtinguuntur iſti actus, quod amor abſtrahit á poſſeſsione eius, quod amatur, gaudium autem directè eſt in poſſeſsione eius: dum verò dicitur, amorem abſtrahere à poſſeſsione rei amatæ, negatiuè intelligendum eſt: quia qua talis nec illam requirit, nec illā ſupponit, non tamen illam excludit, aliter enim Deus non amaret ſe ipſum, & ſuū ſummum bonū, á cuius poſſeſsione ceſſare non poteſt.

ARTICVLVS III.

Quo ſenſu diuina voluntas ſit cauſa rerum.

Certum eſt Deum eſſe omnium rerum cauſam, cum omnia à Deo dependeant, & ab eo ſuum eſſe recipiant, in cuius euidentis 1.

verita-

veritatis cõfirmationem ſuperuacaneum eſt inmorari. Illud inquiri poteſt, vtrùm Deus quatenus eſt rerũ cauſa agat per naturam, an per voluntatem? ſeu potiùs in quantum eſt, aut in quantũ vult, quod idem eſt, atque quęrere. Vtrùm Deus ad extra agat liberè an neceſſario? Neque adhuc hæc quæſtio ſuum locũ habet cum Chriſtiano Philoſopho, ſed cum Ethnico: Deum enim ex neceſsitate naturæ agere, gentiles exiſtimarunt in quæſtionibus, quas proponebãt Iuſtino Martyri, vt ipſe in libro earundem explicatione tertia aſſerit, à quo errore non longè abfuit Auerroes 8. Phyſicorum á commento 6. vſque ad 10. Neque etiam Ariſtoteles ab hoc fuit alienus (quamuis illi ex Philoſophis Chriſtianis multi non immeritò patrocinentur.) Quod 2. Phyſicorum oſtẽderit Deum agere propter finẽ ex directione primę cauſæ, quod nõ diceret, niſi primam cauſam crederet agere per intellectum, & voluntatem, neceſſariò tamen, & indè eſt, quod crediderit mũdum eſſe ab æterno, ſicut 8. Phyſicorum, & 2. Metaphyſicæ dixit ęternorũ eſſe cauſam æternam. Neque enim aſſequutus eſt, quomodò Deus aliquid de nouo producere incœperit ſine mutatione aliqua facta ſaltem per voluntatem. Gregor. in 2. d. 1. q. 1. art. 1. mentem Ariſtotelis fuiſſe dicit intelligẽtias cœlis aſsiſtentes, elementa, & quæcunque alia, quæ ab æterno eſſe ſenſit, non eſſe facta à Deo, eo quod non cognouerit poſſe aliquid ex nihilo fieri. Vnde 1. Phyſic. text. 62. materiam dixit ingenitam, vt aliquod aliarum rerum vltimum ſubiectum aſſignaret. Neque obſtare credit huic reſolutioni id, quod Philoſophus dixit 8. Phyſicorum cap. vlt. Deum ſcilicet eſſe infinitæ potentiæ, proindeq; eſſe magnitudinis expertem, vnde aliqui inferunt, quod ſi Philoſophus crederet Deum agere ex neceſsitate naturæ, cũ crederet eum eſſe infinitæ virtutis, crederet conſequẽter eum mouere primũ mobile in non tempore. Quod tamen eſt contra ipſum Philoſophum; ad hoc enim reſponderi poteſt primò Philoſophum hac in re adeò infirma ratione vſum fuiſſe ad

Iuſt. Mart in lib. quę ſt. à gentilibus explicat 3.

Auerr.

Ariſt. Deum ſenſit agere ex neceſsitate naturæ.

Greg. Philoſophum explicat.

Digitized by Google

oſtendendam in Deo infinitam potentiã, vt ex illa mẽs ipſius ſatis percipi nequeat, qua ratione complures vtũtur. Ego tamen nunquam nimis curaui de authoritate Philoſophi in huiuſmodi rebus, vacuus enim labor erit, Ethnicum philoſophum in re ſupernaturali conari defẽdere: facilius multò dicendũ eſt, ipſum nõ fuiſſe aſſequutum mirabilem modũ, quo Deus ad extra liberè operatur.

Quid ſentiendũ ſit de Ariſt.

2. Veritas ergo præſentis reſolutionis de fide eſt, Deum ſcilicet eſſe cauſam liberè res omnes efficientẽ, proindeq; ad extra non per eſſentiam quatenus eſt, ſed per voluntatem liberè operari ex Pſal. 113 *Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra.* Sap. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes?* & ad Eph. 1. *Qui operatur omnia ſecundùm conſilũ voluntatis ſuæ.* & multis alijs, quæ facilè occurrunt, omiſsis ratio, qua D. Thomas vtitur hoc loco, eſt, quoniam ſi Deus ageret per naturam ad extra quatenus eſt, & nõ quatenus vult, produceret alium Deũm, quod illico pluſquam impoſsibile apparet.

Pſal. 113. Sap. 11. Eph. 1. Ratio Diui Thomæ.

Contra rationẽ D. Thomæ obijcit Caiet. prædictũ abſurdum non ſequi, cum enim effectus primæ cauſæ poſsit limitari á cauſis ſecũdis, quæ cum prima ad productionem illius pariter cõcurrunt, nunquam ad extra poſſet producere aliũ Deũ: nulla enim cauſa ſecunda poſſet illius productionem attingere. Ipſe tamen Caietanus, qui dubium prętitit, ſolutionem adhibuit, ex eo, quia cauſæ ſecundę non cõcurrunt ad omnẽ effectum ad extra, vt cernere eſt in productione rerũ ſpiritualium, & incorruptibilium. Vnde non daretur tunc á quo effectus producendus limitaretur; non enim ab agente aliquo creato efficienter concurrente, vt patet: nõ à cauſa aliqua materiali, ſicut efficacitas ſolis limitatur á materia in qua agit, & qua ad operandum indiget, proindeq; Deus ſi per naturam, & quatenus eſt, ad extra operaretur, alium Deum produceret. 3.

Caietan obijcitur. Soluitur ab eodem.

Suppoſito ergo quod Deus per voluntatem agit. Iam quæri poteſt ſecundo loco, Vtrùm voluntas diuina ſit immediatum principiũ ope- 4.

rationum ad extra, ſeu potiùs ſit cauſa remota, & aſſignandum ſit aliud principium magis proprium per quod Deus ad extra operetur á voluntate diſtinctum.

ARTICVLVS IIII.

Voluntatem eſſe propinquiorem cauſam rerum, quàm intellectum.

1. Inter perfectiones diuinas non datur actu diſtinctio ex natura rei.

ILlud ſupponendum eſt primo loco in re ipſa vnā, & eandem realitatem actu ex natura rei eſſe diuinum intelligere, ac velle, neque potentiam executricē ab his in re ipſa diſtingui, proindeq; Deum tam agere ad extra per voluntatem, quàm per intellectum, aut potentiam: ſed cum hęc, quæ actu ex natura rei ſunt idem formaliter in Deo per rationem noſtram cum fundamēto in re ipſa diſtinguā- tur, quæ diſtinctio fundamentalis dicitur, ſiue virtualis, & cōceptus, qui præciſè reſpondet volūtati, qua talis non reſpondeat intellectui, neq; alteri diuinæ perfectioni, vt alibi latiùs oſtēditur. Hinc datur locus pręſenti dubitationi, vtrū Deus ad extra agat immediatè per voluntatem, an in Deo detur aliud attributum ratione à voluntate diſtinctum, quod propriè habeat rationem potentiæ actiuæ ad extra? dixi immediatè, nam remotè non eſt dubitandum Deum agere per intellectū, & voluntatem, cum ſit agēs intellectuale, & liberū. Notandum eſt ſecundò voluntatem diuinam, quanuis ſit in Deo puriſsimus actus, & idem pariter de diuino intellectu ſentiendum eſt, vel cōcipi poſſe à nobis ad modum potentiæ, & veluti in actu primo, vel ad modum actus, & veluti in actu ſecūdo, quomodo potiùs debet dici velle, quàm voluntas. Duplex acceptatio diuinæ volūtatis.

Quibus poſitis, quidam potētiam executricem operationum ad extra proximè, & immediatè in intellectu diuino, ſeu potiùs in ſcientia diuina; remotè verò in voluntate conſtituebant. Horum meminit Durandus in 2. d. 45. q. 2. idque probant exemplo ſigilli; quod ſicut propinquius figuram, quā imprimit, attingit, quam ipſa manus ſigillum mouens, & applicans, ſic & ſcientia 2. *Durand.*

Dei,

Dei, quę eſt diuinum exemplar, & efficax, propinquius attingit rem, quam volũtas, quæ eſt veluti manus, quæ ſigillum applicat.

3\. *Caiet. Scot. Ferrar. Durand. Vaſques.* Idem Vaſq. 1 p. diſput. 102. c. 2. in principio

Nihilominus ex oppoſito voluntatem Deĩ eſſe proximum principium operationum ad extra videtur eſſe ſententia Caietani 1. part. quæſt. 25. art. 1. Scoti. in 1. d. 37. Nec diſſentit Ferrar. 4. contra gentes cap. primo & cap. 16. quanquam ibi indiſtinċte loquatur, cum dicat agere Dei aut eſſe velle, aut intelligere. Eam tamen expreſſe tenet Durand. in 1. d. 38. quæſt. 1. pro ea à Vaſq. citatus diſput 81. capit. 2. §. Mihi placet. Et ab eodem citatus pro oppoſita eadem 1. part. diſput. 102. capit. 2. in principio, quaſi Durand. proximum principiũ operationum ad extra in Deo neget eſſe ſcientiam, ſeu voluntatẽ, conſtituatque principium aliud immediatum, quod nõ ſit intellectus, nec voluntas; cum tamen deberet aduertere vir doċtiſsimus Durandum ab eo primo loco citatum non eſſe ſibi contrarium, nam primo loco ſolum contulit voluntatem cũ intelleċtu diuino; in ſecundo veró abſolute loquitur.

Hæc tamẽ ſentẽtia, quatenus docet voluntatem diuinam eſſe proximum principium operationum ad extra, probatur ex illo Pſalmi 113. Vbi dicitur, omnia quęcumque voluit, fecit Dominus. Et ad Epheſ. 1. qui operatur omnia ſecundũ conſilium voluntatis ſuæ. Et ratio huius ſententiæ efficax eſt, quoniam cum voluntas Dei ex ſua ratione ſit efficaciſsima, niſi eſſet operatiua omnium, quæ vult vt fiant, aliquid imminueretur de eius perfeċtione, nã iã tũc de ſe, ſecluſo quocũq; alio, non eſſet potens efficere id quod vult. Nec ſolues rationem ſi dicas, indigere quidẽ alio attributo, quod tamen idẽ aċtu formaliter eſt cũ ipſa volũtate, proindeq; eã ex hac parte nihil habere imperfeċtionis: nõ in quam ſolues, quoniã ad eam perfeċtionẽ, quæ ſuo genere eſt efficaciſſima, pertinet per ſe ipſã qua talis eſt exequi quod vult: aliter enim iã nõ cõcipitur per ſe ſolam æque ſufficiens ad producendũ, atq; concipitur ad volendum. Et hæc videtur eſſe mẽs Patris Auguſt.

Efficaciter ſuadetur voluntatem diuinã eſſe immediatũ principium agẽdi ad extra.

Obijcitur.

Diluitur.

in meditationibus capit. 29. dum de Deo, inquit, Cuius voluntas opus, cuius velle poſſe eſt, qui omnia de nihilo creaſti, quæ ſola tua volũtate feciſti.

5. *Ludouic. Molin.* Hanc ſententiam Ludouicus Molina prima parte quæſtione vigeſima quinta diſputation. ſecũda §. ſit verò prima concluſio, cum ſequentibus ita exiſtimat veram, vt neque intellectus, nec ſcientias, aut voluntas ſumptam pro potentia, & veluti in actu primo habeant rationem potentiæ executricis, ſed tantum actus voluntatis, & intellectus, ita tamẽ, vt immediatum principium efficiens ad extra ſit actus volũtatis, inter quem, & rem creatam ſolum mediet actiò quædam trãſiens in ipſa re creata ſubiectata, de quo vltimo modo non diſſerimus. Primum probat ille, quoniam res creatæ nec ab intellectu, nec à voluntate immediate emanant, niſi mediantibus actibus harum potentiarum: ergo actus ſunt proximum principium, nõ verò potentiæ ipſæ.

6. *Vaſq.* Vaſq. citatus diſput. 102. capit. quarto dicit, potentiam executricem ad extra formaliter eſſe ſcientiam, & voluntatem, ita tamen vt voluntas ſit magis proxima cauſa rerum, quam ſcientia, ſicut dixerat diſputation. 81. Dum dicit ſcientiam, & volũtatem, intelligit ſcientiam in actu ſecundo, & voluntatem in actu primo pro potentia: non intelligit præterea de ſciẽtia viſionis rerum futurarum, quæ eſt poſterior, quam potentia, ſed rerum poſsibilium, quatenus practica eſt, & ad earum exiſtentiam ordinatur: dicit autem ſcientiam in actu ſecundo, & non intellectum, quoniam potentia debet cõſtitui proximum principium rerum, quantum fieri poteſt, at verò ſcientia in actu ſecundo proximior eſt cauſa rerum, quam intellectus: de voluntate autem loquitur in actu primo, nam licet volitio propinquius operetur, quam voluntas, tamen principium operis poximum tale eſſe debet, vt ex natura rei inſit operanti, & non libere: quia ſicut Diuus Thomas dicit quæſtione decima nona, articul. quinto, ad primum, non ideò Deus debet dici potens, quia vult, ſed quia eſt. *Fundamẽtum ſententiæ Vaſq. explicatur* *D. Thom.*

Vnde

Vnde etiam ſi nihil Deus vellet producere, nō minus eſſet potens, quam modo eſt, proindeq́ue eius potentia in voluntate, & non in volitione conſtituenda eſt.

Impugnatur Vazq. Quid de hac ſententia dicendum ſit, infrá apparebit: diſcrimen ſanè, quod aſsignatur inter voluntatem, & velle, nec bene traditur, nec bene colligitur ex Diuo Thoma: nam licet principium operis proximum ex natura rei debeat ineſſe operanti, ipſum actuale velle diuinum propter hanc rationem non poſſet excludi á ratione proximi principij operationum ad extra, cum ex ſententia eiuſdem Diui Thomæ communiter recepti velle diuinum ſit ipſummet eſſe Dei; neque quod liberè tendat ad creaturas aliquid de perfectione eius imminuit, ſiue auget, & hoc eſt, quod Diuus Thomas citato loco intendit, dum dicit, Deum non eſſe potenté, quia vult, ſed quia eſt.

7. Suarius. Doctiſsimus Suarius in Metaphyſica, diſputatione trigeſima, ſectione decima ſeptima, numero quadrageſimo ſeptimo, exiſtimat diuinam potentiam eſſe per rationem diſtinctam ab intellectu, & voluntate, nihilque aliud eſſe, quàm ipſam diuinam naturam, quæ quatenùs eſt ipſum eſſe per eſſentiam eſt effectrix cuiuſlibet eſſe participabilis, ſi accedat voluntas vt applicans, & ſcientia vt dirigens: quod verò ipſa diuina natura, quatenùs eſt ſuum eſſe per eſſentiam, & quatenùs eſt infinita in genere entis, continetq́ue in ſe omnem perfectionem participabilem, ſit proximum principium efficiens ad extra, neque aliud attributum diſtinctum aſsignare liceat, probat exemplo caloris, qui quatenùs eſt forma dans eſſe calidum, & quatenùs eſt principium calefaciendi, in re eſt vna, & eadem forma, quæ ratione ſui eſſe eſt actiua. Fundamētum Suar Vnde licet ratione diuerſarum habitudinum diuerſis á nobis conceptibus inadæquatis concipiatur, tamen ibi non diſtinguitur proxima potentia, & principalis calefaciendi, ſed ratione ſuæ entitatis habet calor, quod ſit ꝓxima, & principalis. Et in forma ſubſtan-

tiali ignis idem pariter oſtenderetur, ſi per ſe produceret alium ignem, quod ſi non habet, eſt, quia cum ſit forma in ſuo eſſe limitata, indiget ex imperfectione ſua, forma accidentali, ſiue diſpoſitionibus ad agendum: cum ergo diuina natura ex ſua perfectione illimitata ſit, & in ſuo eſſe ſubſtantiali omnem modum, perfectionemq; agendi contineat, ſimul erit principale, ac proximum principium efficiens ad extra, proindèque ratione ſui eſſe, & continentiæ eminentialis id habebit, non verò ratione ſcientiæ, aut voluntatis: vnde nec ſcientia, nec voluntas in Deo, nec aliud attributum ab eſſentia ratione diſtinctũ aſsignabitur, quod in Deo habeat rationẽ proximi principij operandi ad extra.

8. Reijcitur fundamentum Suarij & retorquetur in ſuã ſententiam efficaciter.

Cæterum de hac ſententia etiam in ſequentibus: ratio tamen, & exemplum, quo illam perſuadet ſapientiſsimus Suarius non ſolùm non conuincit, ſed poteſt facilè in ipſum retorqueri: enim verò philoſophia de calore, qui ſecundùm vnam, & eandem formam accidentalem dat eſſe calidum, & eſt principium calefaciendi non bene transfertur ad Deum, vt indè colligatur ipſam diuinam naturam ſecundùm ſe eſſe proximum principium operandi ad extra, imò retorquetur argumentum, & vtrumque pariter oſtenditur, non conuincere, quoniam multó maior ſimilitudo reperitur inter naturam aliquam ſubſtantialem cum diuina natura, quam inter formam accidentalem; perfectius enim ſubſtantialis forma participat eſſe diuinum, vnde ſicut ex eo, quod forma accidentalis nõ indiget alia, neque diſpoſitionibus, quibus mediantibus attingat effectum, quibus tamen indiget forma ſubſtantialis, non colligitur maior præſtantia in forma accidentali; imó eſt multo perfectior modus operandi formæ ſubſtantialis: ita ex infinitate, & perfectione diuinæ naturæ, continentiaque eminentiali ipſius, non bene colligit ipſam diuinam naturam per ſe, & non per voluntatem, aut aliquid aliud ab ipſa ratione diſtinctum de-

bere

Digitized by Google

bere cõſtitui in ratione principij proximi operandi ad extra, ex eo quia ſimilis modus agendi cernitur in forma accidentali.

9. Authoris ſententia. Supereſt, vt auditis alijs noſtram ſententiam proferamus. Dicendum ergo eſt primo voluntatem ſi cum intellectu diuino comparetur eſſe proximiorem cauſam rerum. Hanc tenet Durand. loco ſupra citato. Eſt tamen cõtra Auctores quos ipſe pro prima ſententia allegat. Et probatur rationibus pro ſecũda adductis, neque exemplum ſigilli, quo prima ſententia vtitur, oppoſitum conuincit: nam nec ſcientia diuina ſe habet ſicut ſigillum, nec voluntas diuina ſicut manus applicans; ſcientia quidem, quoniam non agit imprimendo figuram ſui, vt etiam patet in artifice creato, ſed tãtum proponendo obiectum voluntati; voluntas autem non etiam ſe habet ſicut manus applicans, nam voluntas diuina eſt cauſa per ſe operis in ſuo genere, at vero manus applicans ſigillum adeò eſt cauſa per accidens, vt ſi per impoſsibile ſigillũ caderet ſine applicatione alicuius, adhuc eundem effectum præſtaret, eandemque figuram imprimeret, potentia verò ſine applicatione voluntatis effectum nõ produceret, ſiue voluntas ſit ipſa potentia executrix, ſiue attributum aliud diſtinctum quod ſemper ad agendum omnino indigeret applicatione voluntatis.

Durand.

Neque obſtat id quod Suarius obiicit ſupra citata ſectione nũm. 50. dicens tam intellectum, quam voluntatem, & etiam potentiam ipſam ad eundem effectum ad extra immediatè concurrere vnumquodque in ſuo ordine, intellectum dirigendo actu, voluntatem applicando potentiam ad exercitium, potentiam verò exequendo. Reſpondetur enim verum quidem eſſe ex parte intellectus non ſolum conſiderari actum illum quo intellectus proponit obiectum voluntati, vt illud velit, ſed etiam actualem directionem, quàm ſimul præſtat dum opus ad extra fit, & tunc ſimul etiam datur actualis applicatio volũtatis, executioque ex parte potentiæ, ſi aſsignetur attributum diſtinctum á voluntate ve- 10. *Suarius.*

rum adhuc voluntas dicetur proximior cauſa rerum, quã intellectus, nam ſuapte natura actualis applicatio voluntatis in exercitium proximius ſe habet ad effectũ, quàm directio actualis ſciētiæ, ſiue artis, quæ ſuapte natura remotiùs cõparatur ad effectum, ſicut etiam executio ipſa proximior eſt, quám actualis applicatio.

ARTICVLVS V.

Potentiam executricem ratione diſtinctam ab intellectu, & voluntate eſſe proximum principium operationum ad extra.

1. Probabile eſt voluntatem diuinã e im mediatum principiũ agendi ad extra.

PRobabile ſanè eſt voluntatem diuinam eſſe proximum principium operationum ad extra. Hoc probatur rationibus pro ſecunda ſententia, quæ illam probabilem reddunt, & imprimis ſi quis cum Caietano q.54. primæ partis art.5. exiſtimet potentiam mouentẽ ſecundum locum in intelligentijs non eſſe diſtinctam ab intellectu, & voluntate, ſolùmq; propter molẽ corporeã poni diuerſam in corpore, ſatis, ſuperq; probabiliter colliget in Deo non eſſe diſtinctam potētiam executricem ad extra ab eius intellectu, & voluntate; cuius doctrinæ fundamentum ſumitur ex Philoſopho 3. de Anima cap.10. Vbi explicãs quidnã ſit potentia mouens ſecundum locum, ait: Hæc igitur ambo, intellectus ſcilicèt, & appetitus mouendi motu dicto principia ſunt: & poſteà idem quaſi reducens ad vnum, inquit: Vnũ igitur eſt id, quod mouet ipſum inquam appetitiuum. Qua ratione nonnulli hoc probatum putant, ſed re vera, aut mens Philoſophi lõgè alia eſt hoc loco, aut ad minus ſatis eſt dubia: ea ergo ratione redditur probabilis hæc ſententia, ſi attendatur efficacitas diuinæ voluntatis, perfectioq; eius infinita, vnde cum voluntas diuina ſufficiat, non eſt cur aliud attributum ratione diſtinctum á voluntate conſtituamus pro proximo principio operationum ad extra, & pro hac ſentẽtia, qui probabiliter illam tueri voluerit ad fundamentum oppoſitũ reſpondebit Deum agere ad

Caietan.

Digitized by Google

extra per ſuam eſſentiam in quantum vult efficaciter res producere, & per ipſammet volũtatem attingere immediatè res omnes, inter eam tamen, & effectum mediare actionem ipſius voluntatis, quæ licet immediatiùs concipiatur attingere effectum, hoc non tollit, quominùs ipſa voluntas dicatur immediata potentia executrix, in quo deceptus eſt Molina ſupra citatus, nam potentiam producere effectum media ſua actione non tollit quominùs in ratione cauſæ, & principij potentia ſit proximum principium operans, ſicque voluntas, ſeu potiùs velle diuinum probabiliter dici poteſt proximum principium operationum ad extra.

Molin. vbi ſupr.

2. Vera ſententia.

Dicendum vltimò probabilius multò eſſe aſsignandum in Deo pro proximo principio rerum ad extra attributum aliud diſtinctum ab intellectu, & voluntate, atque adeò ratione etiam diſtinctum ab ipſa natura diuina ſicut & cætera attributa. Hæc ſane eſt Durandi ſẽtentia; licet illi non multùm ſuffragentur alij tum ex recentioribus, tũ ex antiquioribus. Quod mihi efficaciter probat ea ratio, quia non apparet, quare de potentia diuina non pariter philoſophemur, atque de alijs diuinis attributis, perfectionibusq; abſolutis, quas ration[e] cum fundamento in re tum inter ſe ipſas, tum ab eſſentia agnoſcimus diſtinctas. Præterea quod debeat diſtingui á ſcientia, & voluntate ſatis probat ratio pro vltima ſententia adducta: quod verò ab ipſa diuina natura potẽtia executrix etiã ratione diſtinguatur, probatur. Quoniam Deus non agit formaliter, & proximè ad extra in quantum eſt infinitus in eſſendo, infinitas enim in eſſendo neceſſariò eſt attributum diſtinctum ab omnipotentia; ergo in quantum eſt infinitus in potentia ad operandum, proindeq; licet radicaliter, & remoté ex eo in Deo cõſideretur potentia ad agendum ad extra, quia eſt infinitus in eſſendo, & omne eſſe participabile in ſe cõtinet, tamẽ proximè loquẽdo attẽdendum eſt aliud attributum ratione diſtinctũ ab infinitate in eſſendo, ad quod ſpectet agere ad extra, taleq; attributum eſt diuina

Sub qua ratione [illegible] intelligatur agere ad extra.

potentia, & ſic corruit præcipuum fundamentum vltimæ, oppoſitæque ſententię: nec exemplum in eo adductum, vt iam ſupra tetigimus: aliquid conuincit, imo verò ſemotis imperfectionibus, quę in agente creato reperiuntur, proportionaliter dicendum eſt, Deum radicaliter per diuinam naturam operari, proximè vero per ſuam potentiam, ſicut agens creatum, ignis videlicèt, remotè, & radicaliter agit per formam ſubſtātialem ſuam, proximé verò per formam accidentalem, nimirum per calorem: cumque potentia, quam aſsignamus ratione diſtinctam à natura, intellectu, & voluntate diuina, ſit actu ex natura rei ipſemet Deus, nunquam re ipſa agit per aliquid diſtinctum à ſe, tunc enim ſi tali modo ageret, imperfectionem aliquā in Deo argueret iſtè modus operandi: nec conſequenter aliquam imperfectionē arguit in volūtate diuina, cui, vt dicitur Sapientiæ 12. *Illi ſubeſt cū voluerit poſſe*, nec naturæ diuinæ aliquid detrahitur perfectionis, quæ non ideò eſt omni potens, quia vult, vt docet D. Thomas 1. p. q. 25. art. 5. Nec quia poteſt velle producere, ſed proximé quia poteſt producere, remotè verò, & radicaliter quia continet in ſe omne eſſe participabile.

Excluditur fundamentū à Suario adductum pro ſua ſententia.

D. Tho. 1. q. 25 a 5

3. Explicātur loca ſacræ Scripturæ ſupra adducta pro oppoſita ſententia.

Nec auctoritates pro ſecunda ſententia allatæ oppoſitum probant, ſed tantū volūtatem eſſe actu formaliter idem, atque potentiam in Deo, ſicque Deū operari per voluntatē, quę actu formaliter eſt idem, atque ſua potentia, & per potentiam non minus infinitam, quam voluntatem: vnde ſicut non eſt inconueniens, quod hæc propoſitio formaliter ſit falſa, *Deus intelligit per voluntatem* ſumendo *voluntatē* prout per rationem noſtram cum fundamento in re diſtinguitur ab intellectu, ita etiam nihil obſtat, quod hæc falſa ſit, *Deus operatur ad extra proximè, & immediatè per voluntatem* ſumendo *voluntatem* prout ſimili modo diſtinguitur à potentia, cum tamen in ſenſu formali identico in re ipſa prædictæ propoſitiones ſint veræ *Deus intelligit per voluntatem, Deus operatur ad extra proximè per voluntatem*. Neque oppoſitū docuit Auguſtinus loco in

Auguſtin. explicatur.

argumēto citato, dum enim dixit, Deum ſola ſua voluntate feciſſe omnia, intelligit non dependenter á voluntate alterius, non veró aſſeruit non egiſſe immediatè per potentiam, ſaltem à voluntate diſtinctam per rationē, imò quarto ſuper Geneſim ad literam cap. 12. expreſsè facit mentionē attributi potentiæ per ordinem ad operationes ad extra dicēs, *Creatoris potentia, & omnipotentis, atque omnitenentis virtus cauſa eſt ſubſiſtēdi omni creaturæ, &c.* Quæ proſequitur.

Idem ad 4. ſuper Geneſim cap. 12.

4. Corollariū ex præcedētibus.

Colliges breuiter ex dictis, in quo ſenſu voluntas diuina ſit cauſa rerum omnium, quové intellectus, & potentia ad earum productionem concurrant; diuina igitur ſcientia proponit voluntati, quæ ſunt facienda, & actualiter dirigit in executionem; voluntas potentiam in exercitium applicat: potentia veró ab eſſentia, intellectu, & voluntate ratione diſtincta eſt proximum principium exequens, ipſa veró natura diuina radicale, & remotum. Sed ſtatuto iam quod in Deo ſit voluntas, qua ratione id colligatur, quomodo ſe habeat ad obiectum primariū, & ad cōſtitutionem ipſius Dei, quo ſenſu, quavè acceptione ſit rerum cauſa, ſupereſt inquirēdum, quomodo ſe habeat circa res omnes extra Deū, & primò circa creaturas poſſibiles.

ARTICVLVS VI.

Quomodo voluntas diuina ſe habeat circa creaturas poſſibiles?

1. Poſsibiles quibus modis accipiantur?

RES omnes, quoad preſēs attinet, dupliciter ſpectari poſſunt, vel præciſè vt poſsibiles, abſtrahendo ab eo quod futuræ, vel non futuræ ſint: vel etiam determinatè vt futuræ, quo pacto iam concernunt futuram aliquando in tempore exiſtentiam. Rurſum creaturæ poſsibiles, vel poſſunt ſpectari, vt ſunt eminenter in Deo, & vt ſic nihil aliud ſunt, quàm ipſemet Deus; vel in ſe ipſis ſecundùm ſuas eſſentias poſsibiles.

2. Primo ergo modo quod attinet ad creaturas futuras certū eſt liberè diligi à Deo: eo enim modo voluntas diuina in illas tendit, vt vult

illas,

Voluntas diuina eo modo in res tendit, quo ipſæ ſunt in ſe.

illas, loquimur de voluntate efficaci, imò verò velle illas eſſe futuras, eſt velle illas fore, ſed Deus liberè vult illas eſſe futuras, ergo liberè illas diligit. Vtrum verò in aliquo ſenſu eas neceſſario diligat? mox dicemus. De creaturis etiam poſsibilibus prout ſunt in Deo certum eſt neceſſario voluntatem diuinam in illas ferri; nam cum vt ſic conceptæ nihil aliud ſint quàm ipſemet Deus, & in Deum voluntas diuina neceſſario feratur, cõſequẽs eſt vt neceſſario quoque tẽdat in creaturas poſsibiles prout ſunt eminẽter in Deo. Præſens ergo dubium eſt, vtrum Deus neceſſario, an liberè diligat creaturas poſſibiles in ſe ipſis ſecundùm earum poſsibilitatẽ ſpectatas abſtrahendo ab eo, quod futuræ, aut non futuræ ſint, & ſicut in Deo datur cognitio quædã, quæ dicitur ſimplicis intelligentiæ tendens in res poſsibiles ſpectatas ſecundùm ſuam poſsibilitatẽ in ſe ipſis, ita quoque detur aliquis amor ſimplicis complacentiæ, vt dicitur, qui tẽdat in creaturas eodem modo ſpectatas? Amorem autẽ ſimplicis complacentiæ reſ-

Explicatur ſenſus quæſtionis.

pectu creaturarum poſsibilium illum intelligimus, qui communiter dicitur inefficax, & nõ ordinatus ad poſſibilium exiſtentiam, nam de amore efficaci, qui tendat in eas, volendo eas creare, eadem ratione cum ordinetur ad earum exiſtentiam, conſtat huiuſmodi amorem eſſe liberum.

Rationem tamen dubitãdi præcipuam pro parte negante tangit D. Thomas q. 19. ar. 3. ad 6. aſsignans enim diſcrimen inter ſcientiam diuinam, & voluntatem, dixit voluntatem ferri in res, vt ſunt in ſe ipſis, ſcientiam verò in eaſdem res, vt ſunt in Deo, non verò, vt ſpectãtur in ſe ipſis: vnde etiam ſi Deus neceſſariò eas cognoſcat, nũquam tamen neceſſario, ſed liberè eas vult. Ex quo iam pro eadem parte ſic poteſt confici ſecunda ratio. Creaturis ſecundam eſſe poſsibile præciſè conſideratis nulla bonitas conuenit; ergo neq; affectu ſimplicis complacẽtiæ poteſt voluntas diuina ferri in illas. Antecedẽs exiſtimat certum D. Thomas: conſequentia indè colligit, quoniam voluntas per affectum ſimplicis complacen-

3. D. Thom. aſsignat diſcrimen inter ſcientiã diuinam, & voluntatem.

tiæ

tiæ ſolum verſatur circa bonum.

4. Obijcit Molina

4. Tertio obijcit Molina. Deus cognoſcit res, tũ quatenus ſunt in ipſo eminẽter, tum quatenus per ſuã omnipotẽtiam eſſe poſſunt, ergo ſicut Deus non poteſt efficere, vt res in ipſo non ſint eminenter, aut non poſsint eſſe per ſuam omnipotentiam, ita non poteſt efficere, quod eas non cognoſcat, & per conſequens neceſſario: ſicut ergo voluntas diuina libere volendo, aut nolendo eſt cauſa, vt res ſint, aut non ſint, ita quoq; nõ neceſſario, ſed libere in illas tendit.

5. Confirmari poſſunt ſupradictæ rationes, quoniam actus voluntatis diuinæ circa creaturas poſsibiles, qui non ordinetur ad earum exiſtentiam videtur fictitius, vel ſaltem ſuperfluus, cum neq; ad diuinam perfectionem conducat, neque ad aliquam perfectionem diuinã ſequatur, imò verò ſi voluntas diuina admittatur immediata cauſa rerum, quí fieri poterit, vt voluntas diuina velit rem aliquam, quin per eundem actum voluntatis, quo volita eſt, nõ ordinetur ad exiſtẽtiam? Vnde iam cũ quicumq; actus diuinæ voluntatis, qui verſatur circa exiſtentiam, aut productionem creaturarum, liber ſit, fit cõſequens, vt Deus, ſi creaturas poſsibiles vult in ſe ipſis, libere eas velit, volendo ſcilicet earum exiſtentiam.

6. Præterea liberũ arbitriũ creatum à ſolo ſummo bono neceſsitari poteſt, & ad ſummum, præter ſummum bonũ, ſolum ſe ipſum neceſſario diliget: ergo à fortiori hæc perfectio nõ negabitur libertati diuinæ, quæ longe eſt perfectior, & cuius creata libertas eſt participatio quædam. Antecedens adeò eſt certum, vt etiam in ipſis beatis, qui Deum clarè viſum neceſſario amant, cerni poſſit: nam, vt probabilius exiſtimo, viſo Deo, neceſſario in eo vident aliquas creaturas ex vi ipſius viſionis, nõ verò neceſſario eas amant. Et cõfirmatur, quoniã amare vnumquodque ſecũdum rationem ſuæ bonitatis eſt perfectio quædam non deneganda voluntati diuinæ: ergo ſolum bonum abſolute & ſimpliciter, quale eſt ipſe Deus, voluntas diuina neceſſario diliget.

Neceſſario beati videt creaturas aliquas in Verbo.

7. Tandem idem oſtẽditur

ex diſ-

ex diſcrimine quod cõmuniter aſsignatur inter proceſſionẽ Verbi, & proceſsionem Spiritus Sancti, quod illa eſt ex cognitione creaturarum poſsibilium, non verò iſta ex ſimili amore, non alia de cauſa, niſi quia nullus amor creaturarũ in Deo eſt neceſſarius. Et hanc ſententiam tenet Bonauentura in 1. d. 45. ar. 1. quæſt. 2. Alenſ. 1. p. q. 34. ar. 4. Suar. in Metaph. d. 30. Sectione 16. à n. 39. magis probabilẽ iudicat, quam oppoſitã. Mol. 1. p. q. 19. art. 3. in fine, & ibi Thomiſtæ communiter.

Bonauentura. Alenſ. Suarius. Molina. Thomiſtæ.

8. Oppoſita tamen ſententia eſt Scoti in 3. diſtin. 32. quęſt. vnica, eamque tenet Caiet. 1. par. quæſt. 34. art. 3. Richard. in 1. diſt. 45. art. 1. quæſt. 5. Dum enim concedunt creaturas poſsibiles diligi à Deo ſecundum poſsibilitatem tantum, & abſque vllo ordine ad exiſtentiam, docent diligi, in quantum quędã neceſſaria entia ſunt, proindeq; neceſſario, & nõ libere: nam ſi libere diligerentur, ita ab æterno diligerentur, vt poſſent nõ diligi: hoc autem in creaturis poſſibilibus ſtare non poteſt; nam huiuſmodi denominationes (Deum poſſe diligere ab æterno, & Deum poſſe non diligere ab æterno) cõcipi nequeunt vt veræ, niſi ex parte ſaltem alterius extremi mutatio aliqua intelligatur, quæ cũ ex parte diuinæ voluntatis reperiri nequeat, cõſiderabitur ex parte obiecti voliti: cũ ergo res poſsibilis, qua talis ſpectata, ſemper eodẽ modo ſe habeat, conſequens eſt vt ita ab æterno diligatur à Deo, vt non poſsit non diligi, proindeque neceſſario. Quod ſecus ſe habet in creatura futura, nam ex eo quod voluntas diuina velit creaturã futuram, ita vt poſſet nõ velle, neceſſariò ex parte obiecti conſideramus eam mutationem, qua res futura ſubiacet diuinæ libertati: ſi enim diligatur, cõcipitur vt futura, ſi non diligatur, vt nõ futura: ſicq; hæ cõtradicẽtes denominationes fundantur in mutatione rei libere volitæ.

Præfertur contraria ſententia. Scot. Caiet. Richard.

Diſcrimẽ inter poſsibile, & futurum.

Secũdo idem etiã oſtenditur, quoniã bonitas, quæ eſt paſsio entis, reperitur, & conuenit nõ ſolum enti exiſtenti, ſed etiam poſsibili, ſequitur enim rerum eſſẽtias, quæ ſicut vt poſsibiles ab exiſtẽtia præſcindunt ita & 9.

illarum

illarum bonitas: ergo qua talis poteſt eſſe obiectũ ſimplicis complacentiæ voluntatis diuinæ, quod autem vt ſic neceſſario voluntas diuina in eam tédat apertè oſtéditur, quia voluntas diuina tendit in obiectum ad modum ipſius, neque illius naturam, dum in illud tendit, immutat; ergo cum bonitas neceſſario, & non libere, cõueniat rei poſſibili, quæ abſtrahit ab exiſtentia, neceſsario quoq;, & nõ libere, volũtas diuina tendet per ſimplicem affectum in tale obiectum ſic propoſitum, & ex hoc fundamento ſoluuntur ſecunda, & tertia ratio oppoſita.

Soluuntur duo argumenta ex ſuperioribus.

10. Tertio, & vltimo idem oſtenditur, quoniam Deus neceſsario diligédo ſe ipſum diligit ſuam omnipotétiam, proindeq; neceſsario diliget illius obiectũ, ergo cũ creaturæ poſsibiles ſint obiectũ diuinæ omnipotentiæ, dum Deus vult ſuam omnipotétiã, neceſsariò etiã vult creaturas poſsibiles per ſimplicem affectum volũtatis, cõplacẽdo videlicet in obiecto ſuæ omnipotentiæ. Vrget hæc inſtantia, & quãuis, qui oppoſitum probabilius cenſet, illi ſatisfactum putet, ſi dicat, huiuſmodi actũ, quo Deus vult ſuam omnipoté-tiam nõ eſſe amorem neceſſarium reſpectu creaturarũ poſſibilium, eo quod licet præſcindat ab earum exiſtétia, non tamen omnimode abſtrahit ab illa, eo quod feratur iã in exiſtétiam ipſius omnipotentiæ, proindeque quodammodo in exiſtétiam ipſarum rerum: facile tamen reijcitur hęc euaſio, quæ debili proculdubio nititur fũdamento: nã vt aliquis actus ſit neceſſarius reſpectu alicuius obiecti, ſatis eſt quod abſtrahat ab exiſtentia illius rei, reſpectu cuius dicendus eſt neceſſarius, vnde cum actus diuinæ volũtatis, quo Deus volendo ſuam omnipotentiam extenditur, vt velit eius obiectum, creaturas ſcilicet poſſibiles, abſtrahat ab illarũ exiſtétia, nõ apparet quare reſpectu illarũ nõ ſit neceſſarius: & conuincitur amplius excogitata ſolutio, quoniã reſpectu ipſius omnipotétiæ eſt prædictus actus diuinæ volũtatis ſimpliciter neceſſarius; ergo neceſſarius etiam eſt reſpectu creaturarum poſſibilium, à quarum exiſtétia abſtrahit,

Suarius.

Excluditur optima ſatione illius inſtantia.

11. & quę dicũtur volitæ, vt obiectũ diuinæ omnipotẽtiæ.

Et cõfirmatur, quoniam volũtas diuina nõ minus eſt ſuo modo comprehenſiua, quam diuina ſciẽtia, ergo ſicut diuina ſcientia per ſimplicem cognitionem attingit res poſſibiles in ſe ipſis, ita voluntas per ſimplicem affectũ eaſdem attinget ſub ratione ſuæ bonitatis. Vnde merito Caietanus dixit Spiritum Sanctum procedere ex amore creaturarum poſſibilium, quod non diceret, niſi crederet illũ eſſe neceſſariũ. Eſt verò hæc maxima perfectio diuinæ volũtatis, quod ſicut diuina ſcientia tendit neceſſario in omne intelligibile, ita diuina voluntas tendat in omne diligibile in neceſſarium neceſſario, & in liberum libere, conformiter ad uniuſcuiuſque naturam; quod tamen nõ cernitur in libero arbitrio creato, quod cum non ſit de ſe cõprehenſiuum omnis bonitatis diligibilis, non neceſſario fertur in omne bonum neceſſariũ: & ex dictis patet ſolutio ad alias confirmationes in oppoſitum; ſolum ſupereſt dubitatio de creaturis futuris, de quibus modo.

Caiet. Soluitur aliud ſuperius argumentum.

ARTICVLVS VII.

Quomodo voluntas diuina ſe habeat circa creaturas futuras quas libere vult.

STatuto iã, quod voluntas diuina feratur in res poſſibiles, vt tales ſũt, quod potius prouenit ex perfectione infinita diuinæ volũtatis, quæ admodũ rerũ volitarũ in eas tendit, attingẽs cũ cõprehẽſiua ſuo modo ſit, omne obiectũ volibile, quod nõ cernitur in volũtate creata, quę ſolũ in ſummũ bonũ, aut in ſe ipſã neceſſario fertur, iã locus eſt inquirẽdi, quomodo diuina volũtas tẽdat in res futuras, in quibus videtur habere locum diſcrimẽ, quod D. Thomas ſupra aſſignauit inter ſciẽtiam, & voluntatẽ, apertè enim Sanctus Doctor intendit oſtendere ſcientiã ferri neceſſario in res, quas cognoſcit, volũtatẽ verò libere in eas, quas vult, & ideò dixit ſciẽtiã ferri in creaturas, vt ſũt in Deo, hoc eſt, ſecũdũ eſſe neceſſariũ, quod habẽt, volũtatẽ verò in creaturis, vt ſũt in ſe ipſis, hoc eſt, ſecũdũ eſſe quod habent non neceſſariũ: quæ tamẽ ratio, ſi intelligatur de creaturis poſſibilibus in eo 1.

D. Thom

ſenſu

ſenſu in quo locuti ſummus art. præcedenti aperte claudicat, cum voluntas nõ minus neceſſario feratur in res poſſibiles, qua tales ſũt, quã ſcientia; idcirco diſcrimẽ aſſignatum à D. Thoma conſtituitur in rebus futuris, in quas ſciẽtia neceſſario tẽdit, voluntas verò libere. Quod Caiet. ſic explicat, quia poſito quod obiectum ſcientię ſit futurũ, neceſſario ſciẽtia in illud fertur: at verò ſuppoſito, quod obiectũ bonũ ſit futurũ, voluntas non neceſſariò fertur in illud, ſed liberè; & ratio eſt optima. Nam hoc ipſo, quod obiectum ponitur vt futurũ, cõcernitur eius exiſtentia, in creaturæ autem exiſtẽtiam voluntas nũquam neceſſario fertur, ſed libere.

D. Thom. *Caiet.*

2. Quod ſi Caietano opponas etiam voluntatem ex ſuppoſitione obiecti futuri in illud neceſſario ferri, ſicut ſuppoſito quod res ſit futura diuinus intellectus neceſſariò cognoſcit illã ſub ratione futuræ. Reſpõdetur adhuc eſſe diſcrimen inter ſcientiã, & amorem. Nã ſcientia futurorũ ſupponit ipſa obiecta, vt futura, ſicut enim cõmuniter dicitur, nõ ideo res futura eſt, quia cognoſcitur à Deo, ſed potius ideò cognoſcitur, quia ipſa re vera futura eſt; at verò voluntas non ſupponit obiectum futurum, ſed potius illud ordinat ad ſuam futuritionẽ, dũ vult illud eſſe futurum.

Diſcrimen inter ſciẽtiã & amorem.

Addendum eſt pro pleniori huius rei explanatione velle diuinũ nõ ſolũ eſſe liberum reſpectu creaturarũ futurarum, ſi ſigillatim vnaquæq; ex illis ſpectetur, ſed etiã reſpectu omniũ collectiuè ſumptarum; etenim Deo liberũ eſt cõmunicare ſe ad extra, nullaq; Deo ex tali cõmunicatione perfectio aduenire poteſt (quod tactũ eſt in argumento art. præcedentis) nã bonũ creatũ neq; in particulari, neq; in communi ſumptum poteſt eſſe Deo neceſſariũ, cũ Deus ſibi omnino ſit ſufficiens, ac nullius indigens: communicare ergo Deum ſe ad extra libere rebus futuris prouenit ex diuina perfectione ipſius Dei, quam tamen non auget. 3.

Quod ſi dicas, ergo ſi Deus nulli ſe creaturæ cõmunicaret, ageret ſaltem contra prædictã perfectionem, ex qua prouenit, quod ſe communicet creaturæ, & con- 4.

Obiectio. ſequenter contra ipſammet veluti inclinationem diuinę naturæ, bonitatemq́; ipſius infinitam, cui proprium eſt eſſe ſui diffuſiuam, ſeque ita velle, vt etiam velit ſe communicare creaturis. Dilutio. Neganda tamen eſt cōſecutio, neq́; enim ex dictis ſequitur, Deū agere contra perfectionem ſuam, aut aduerſari diuinæ naturæ inclinationi, ſed tantum ſequeretur Deum tunc non agere ſecundum omnē modum ſuæ inclinationis, aut perfectionis, nō abſolutè, ſed provt talis perfectio libere reſpit creatum bonū, quod tamen nulla eſſet imperfectio in Deo, neq; enim careret Deus aliqua perfectione ſibi debita, ſed tātum careret actione aliqua poſſibili, ſibique ſolū pro libertate ſua conueniente, quæ tamen ſi Deus non ſtatueret ſe communicare creaturæ, iam non intelligeretur Deo conueniens, vnde ſicut ſe cōmunicare creaturis libere voluit, ita etiā ſi oppoſitū libere decreuiſſet nihil ſibi detraheret.

5. Quæres adhuc, An ſicut voluntas diuina libere vult effectum ad extra, ita etiam dici poſſit reſpectu illorum cauſa contingens? hunc loquendi modum probat Scotus in 1.d.39 q. vnica §. quātum ad ſecūdum, vbi inquit, *quod voluntas diuina nihil aliud reſpicit neceſſario pro obiecto ab eſſentia ſua, ad quod libet igitur aliud contingenter ſe habet, ita quod poſſet eſſe oppoſiti*, quem nonnulli ſequuntur. Scotus. Ex oppoſito Thomiſtæ 1. part. q. 19. art. 8. cum Caietano hunc loquendi modum reprehēdunt, nam cōtingentia præter indifferentiam vt ſit, & non ſit, dicit mutabilitatem aliquam ex parte cauſæ, cuius non eſt capax voluntas diuina ſed immerito Caietanus Scotū reprehendit, quē etiam excuſat vaſquius diſp. 49. primæ partis c. 3. §. 3. tertio addendum: nā licet quæſtio ſit de modo loquendi vt etiam notauit Suar. citata ſectione Metaphyſicæ numero 43. contingentia dicitur de omni eo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, ſicque cōmuni acceptione apud Doctores recurrit cum libertate ex parte cauſæ, neque opus eſt, quod in hac latitudine denotet imperfectionem aliquā, ſeu mutabilitatem, ſed ſolum cauſam ita potentem operari, vt in eius volūtate ſit operari, aut non operari, & ex

Thomiſta. Caietanus. Vaſq. Suar.

Digitized by Google

Contingẽtiã Scotus dixit pro libertate ad oppoſitum

parte effectus denotet talem eſſe, vt quãtum eſt ex vi ſuæ cauſæ poſſit eſſe, & nõ eſſe: neque alia potuit eſſe mens Scoti; nam §. præcedenti loquens de contingentia, quæ poteſt reperiri in voluntate diuina reſpectu volitorum, vbi pro ea ſententia citatur, nec verbum de hoc habet, ſed quæſtioni reſpondet in §. quem citauimus: & hic, vt patet ex poſtremis eius verbis, cõtingentiam explicat per hoc, quod voluntas diuina circa creaturas ita ſe habeat, vt poſſet eſſe oppoſiti. Vbi aperte ex mẽte Scoti voluntatem diuinam contingenter circa illas ſe habere nihil eſt aliud, quam cum libertate ad oppoſitum. Ex immutabilitate verò aliud diſcrimẽ aſſignari poteſt inter libertatẽ voluntatis creatæ, & diuinæ, nam voluntas creata ita ſe habet, vt poſita iam ſemel determinatione ipſius circa vnum effectum, adhuc deinceps poſſit mutari, & velle oppoſitum, aut ab actu ceſſare: voluntas verò diuina poſita iam ſemel determinatione ipſius circa aliquod obiectum, iam deinde non poteſt mutari ad oppoſitum, aut ceſſare à volitione, repugnat enim hoc perfectioni diuinæ immutabilitatis; vnde non potuit diuina voluntas incipere velle hanc, vel illam creaturam in tempore, ſed ab æterno incepit velle hanc, aut illam, pro hoc tamẽ, aut illo tempore, futuram: neq; ad hoc, vt hanc potius vellet, quam illã ex infinitis poſſibilibus ſibi ab intellectu diuino propoſitis indiguit aliquo alio, à quo determinaretur, ſed potius ipſa ex vi ſua, ac propria ratione, perfectaq; libertate, habet, quod ſe in exercitio ad hoc potius obiectũ, quã ad illud determinauerit.

6. Neque obſtat, quod cauſa indifferens neceſſario indigeat aliquo, à quo potius ad hũc, quam ad illum effectum in ſingulari determinetur, vt patet in cauſa ſecũda creata, non obſtat inquã ſimilitudo, nam hoc ſolum habet locum in cauſa indifferente imperfecta, & quæ ſe ſola non eſt completa ratio agendi hic, & nunc; vnde cum ſit indifferens, & in procinctu ad agendum, indiget aliquo, quo adiuuetur & veluti cõpleatur tollatq; indifferentiam: quod tamen non poteſt habere locum in

Diſcrimen inter libertatem cauſæ creatæ, & increatæ

cauſa infinita, in qua ſolum indifferentia eminenter reperitur abſque omni imperfectione, quam importare poteſt, & quæ, vt ſic, nihil aliud eſt, quam libertas diuina, qua Deus ita voluit hunc effectum, vt potuiſſet velle oppoſitum, vndè voluntas diuina nullo alio indiget, à quo determinetur ad exercitium. Vidè D. Thomam 1. part. quæſt. 19. art. 3. ad 5. Et 1. contra gentes capit. 82. Henric. in ſumma art. 36. q. 4. & quodlibet. 8. q. 1. vbi dicit volũtatem diuinã, neq; ab eius ſcientia determinari, eo quod diuinus intellectus ita proponat voluntati omnia, ſicut ipſa in ſe ſunt, vndè nõ poteſt nõ proponere, vt melius id, quod melius eſt, proindeq; determinatio ad hoc potius, quã ad illud ex mera libertate diuinæ volũtatis prouenit.

D. Thom. *Henric.*

Sed iam nos vocat præcipua difficultas in hac diſputatione examinanda, & quę multorum, tum ex antiquioribus, tum ex recentioribus Theologis extorſit ingenia, & in qua præſtantiores ingenue fatentur Ædypo diuinatore illis opus eſſe, non ad illam exhauriendam, ſed ad attingẽdã, vt tamen, quid alij cẽſerint, quid nobis magis probandũ ſit, aut impugnandum appareat, ſunt auctorum placita in ſequentibus diſtinctè adducenda.

ARTICVLVS VIII

Quid velle liberum Dei addat ſupra neceſſarium ex Caietani ſententia.

DECET Gabrielis Cathedræ moderatorem eũ à male impoſita calũnia defenſare (talem tunc tẽporis, cũ quæſtiones quodlibethicas diſputauimus, regebamus). Nõnulli ex recẽtioribus ita Gabrielem citãt in 1. d. 45. quaſi ille crederet actũ liberum, quo Deus vult creaturas eſſe omnino idem & re, & ratione cum diuina eſſentia, cum tamen nihil tale dixerit, ſed ſolum quæſt. vnica in ſecunda concluſione, vt oſtendat voluntatem diuinam eſſe cauſam omnium rerum, inquit, *voluntas diuina, ſeu eſſentia, quod omnino idem eſt, eſt cauſa immediata omnium rerũ*, nec verbum amplius. Quibus verbis ſolum voluit oſtendere

1. *Gabriel.*

propter ſummam identitatem, quam habet eſſentia cũ voluntate diuina, tam eſſentiam, quam volũtatem eſſe immediatum principium operationũ ad extra, ſupraq; in reſolutione litteræ magiſtri idem iam dixerat, *voluntas, ſcilicet, ſiue volens de eo ſecũdum eſſẽtiam dicitur*, loquitur autem de Deo, & rationem reddens ait, *quia non eſt ei aliud velle, aliud eſſe*, & in tota diſtinctione 45. nec verbũ amplius habet, vnde colligi poſſit in eius ſententia volũtatẽ liberã Dei eſſe omnino idem, & re, & ratione cũ ipſomet eſſe Dei; ex verbis autem ipſius nunc citatis ſolum colligi poteſt voluntatem idem eſſe cũ velle diuino, & ipſum velle non eſſe aliud ab eſſentia Dei, vt patet ex illa particula, ſeu eſſentia, quod omnino idem eſt, & hoc eſt certiſſimum. Cuiuſcunque verò talis dicendi modus eſſe poſſit, ſane falſiſſimus eſt, & eo ſuppoſito, nullus quæſtioni ſupererat dubitandi locus, nã ſi actus liber diuinæ voluntatis & re, & ratione eſſet omnino idem cum eſſentia Dei, fruſtra quis inquireret quid actus liber adderet ſupra neceſſarium, cum tamẽ in hoc ſit poſita maxima, & ſatis cõtrouerſa difficultas. Poſito ergo, quod actus liber ſit aliquid in Deo ſub aliquo modo, aut ratione ab ipſo Deo diſtinctum, libereque in eo repertum, proindeque talis naturæ vt potuiſſet nõ eſſe, hinc conſurgit dubitandi ratio, quid nam illud ſit, quod addit ſupra actum neceſſarium eiuſdem voluntatis diuinæ, quo ſaltẽ per cogitationem ſeparato, nõ intelligamus aliquam mutabilitatem in diuina voluntate, non quidem veram, & phyſicã, qualem haberet, ſi huiuſmodi actũ inciperet elicere in tempore, aut ſi poſtquam illũ elicuit, ab eo ceſſaret: ſed qualis concipitur, ſi Deũ, qui ex æternitate talẽ actũ habet, concipiamus, quaſi in aliquo priori inſtãti naturæ non haberet illud, (quodcumque ſit) quod liberum addit ſupra neceſſarium.

[ſ]enſus du[b]itationis.

2. Circa quod ne inutilia vtilibus in ſeramus, mittimus etiam eorum ſententiã, vt parui momenti, qui dicũt huiuſmodi actus liberos nihil in Deo dicere, niſi extrinſecam quandam de nomina-

Digitized by Google

tionem operantis, aut non operantis, ſolũque Deũ dici libere velle, quia aliquid ad extra libere operatur, quod poteſt non operari; cum verò nõ producit id quod poteſt producere, dicitur nolle. Redacti ſũt ad has anguſtias ne cõcedant actum liberum addere aliquid Deo, quod potuerit in Deo non eſſe: ita locuti ſunt aliqui, quos refert Gregorius in 1.d.45. Et ſequitur Altiſiod orens. Prima parte ſummæ Theologiæ c.13. Et pauci alij; mittimus inquam hanc ſententiã vt parum conſonam veritati, & ſacræ ſcripturæ locutionibus, in quibus abſque vlla metaphora, & dependentia ab effectu producto fit mẽtio volũtatis diuinæ, ſic Prouerb. 11. *voluntas Dei dicitur in ijs, qui ſimpliciter ambulãt: &* 19. *voluntas Domini in æternũ permanebit*. Et Genes. 50. *Nũ Dei poſſimus reſiſtere voluntati?* Et Danielis 4. *Iuxta voluntatem ſuam faciet Deus*. Et Matth. 7. *Qui facit voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis, ipſe intrabit in regnum cælorum.* Et Pſalmo 26. vnum requirit Dauid, videre ſcilicet voluntatem Dei, quæ eſt pulchritudo ipſius Dei, vt ex Hebræo vertit Sanctes Pagninus, & paſſim alibi eadem locutio reperitur, vbi diuina oracula, quæ de diuina voluntate agũt, abſque vllo tropo ſunt intelligenda. Rationi præterea manifeſtè opponitur, nam aliter in ipſis Dei operibus externis nulla libertas cerneretur, quæ ex ipſa voluntate, ex ipſoque opere Dei in ſe ſumi poſſet, ſed tãtum ab effectu libera dicerentur, cum tamen libertas ipſa formalis in volũtate reſideat, ſitque maxima eius perfectio: imò verò cum libertas potentiæ creatæ ſit quædã perfectio participata á libertate diuina, & hæc in ipſa potentia reperiatur, quí fieri poterit vt hoc denegetur diuinæ voluntati? De his latius egimus ad nonum Metaphyſicæ in tractatu de libertate potẽtiæ creatæ. Secũdo inauditum etiam erit, quod actus liber, qui vitalis eſt, non accipiat ab eodem principio, á quo vt vitalis oritur, quod etiam ſit liber, ergo actus voluntatis diuinæ, qui verſatur circa res ad extra, nõ habet ab illis, quod ſit liber, ſed potius ipſi effectus, ipſeque actus externus ab interno actu diuinæ vo-

Gregor.
Altiſiodor
Prouerb. 11. & 19.
Genes. 50.
Daniel. 4.
Matth.

luntatis ſunt & dicuntur liberi. Tandem niſi ita dicamus actum liberum Dei ex ſe, & vt eſt à voluntate diuina eſſe formaliter liberum, nõ ſupereſt ratio aſſignanda quærẽti, quare Deus potius voluit hoc facere, quam nõ facere, neque enim voluntas diuina, ſicut noſtra moueri poteſt ab aliquo obiecto extrinſeco, imò verò, & noſtra opera externa libertatẽ obtinent ab actu volũtatis noſtræ interiori, quo fiunt. An verò ſit idemmet actus voluntatis, qui tunc producitur, an aliquis alius, qui intelligitur virtualiter antecedens ad hunc in voluntate

Voluntas virtualis in actu qualis ſit, & quomodo admitẽda. Soluitur incidẽs obiectio.

creata? ne detur proceſſus in infinitũ mihi potius placet in ipſo actu libero voluntatis creatæ in exercitio intelligendum eſſe alium actum virtualiter antecedentem, à quo voluntas intelligatur libere determinata potius ad agendum hoc, quam ad non agendum. Neque obſtabit, ſi dicas voluntatem creatã determinari à iudicio practico antecedẽte prædictum actũ voluntatis, eſt enim manifeſta inſtantia, nam vel iudiciũ practicum antecedenter ſe habens neceſsitat voluntatem, vel non, ſi neceſſitat. vt aliquibus placet, iam ex parte voluntatis requiritur libertas ad conſtituendũ tale iudicium practicum, aliter enim actus erit ſimpliciter neceſſarius, cum procedat à volũtate determinata neceſſariò per iudicium practicũ; ſi verò dicatur practicũ iudicium non neceſsitare voluntatem adhuc idem dubiũ manet, à quo ſcilicet voluntas determinetur?

4. Sententia Caietani.

His ergo omiſsis. Primus cum quo recẽtiores agunt, eſt Caiet. qui 1.p.q.19 ar.2. & 3. & 3.p. q.1. ar.1. aſſerit in actibus liberis diuinæ voluntatis includi perfectiones quaſdam in Deo exiſtentes, quæ tamẽ ex æternitate potuerũt in Deo nõ eſſe, quãuis poſtquã ſemel in eo fuerunt, non potuiſſent ab eo abeſſe, cũ enim huiuſmodi perfectiones liberę ſint, nihil de diuina perfectione detrahi exiſtimauit, ſi diceret eas ab æterno potuiſſe non eſſe in Deo, nam, ſicut Deus decreuit producere hãc rem, oppoſitum decreuiſſet, non proinde careret aliqua perfectione, nam æque perfectus eſſet actus ille in Deo, quo nollet eam producere,

Digitized by Google

atque eſt ille quo decreuit eam producere: nam cũ tota perfectio horum actuum ex fine, & nõ ex obiecto ſumatur, & Deus ad extra nihil operetur niſi propter ſe, æque perfectũ eſſet in Deo nolle rẽ producere, atq; eſt velle eam producere, vtrũq; enim propter ſuam bonitatem præſtaret. Totũ fundamentum Caietani, quo ductus eſt in eam ſentẽtiã, fuit, quoniam inintelligibile videtur, quod per illum actũ ſimpliciſſimũ, quo Deus ſe ipſũ vult, poſſit velle quidquam aliud aut eſſe, aut non eſſe, idque libere, ita vt naturaliter, ac vere denominetur volens libere: ergo prædicto actui neceſſario debet addi aliquid, per quod dicatur velle libere, & cũ huiuſmodi denominatio vera ſit, ac naturalis, ſine dubio id, quod prædicto actui addi debet, erit etiã aliquid reale nõ depẽdẽs ab operatione intellectus, proindeque realis perfectio erit in Deo, quæ cum neceſſaria non ſit, non erit perfectio ſimpliciter in Deo, ſed voluntaria, & libera. Et confirmatur communi ratione philoſophica, quæ magis vrget rationem dubitandi Caietani: nã eadem forma eodem modo ſpectata nõ poteſt ex ſe emittere effectus niſi etiã eodem modo ſe habentes: ergo volũtas diuina non poteſt ab vna & eadem forma, ſeu quaſi forma, denominari volens neceſſariò, & volens libere, proindeq; ab eodẽ ſimpliciſſimo actu, quo Deus ſe ipſum neceſſario vult eodem modo inuariato ſe habente non poteſt dici volens neceſſariò reſpectu ſui, & volens libere reſpectu creaturarum; vnde cũ talis denominatio reſpectu creaturarum realis ſit, & vera aliquid debet dari in prædicto actu, quod habeat rationẽ formæ, aut quaſi formæ, à quo procedat prædicta denominatio liberi: quæ cũ non ſit denominatio extrinſeca, nec rationis, neceſſario erit realis, & in ipſo actu diuinæ volũtatis intrinſece reperta. Exiſtimat præterea Caietanus habere ſe pro ſua ſẽtentia Diuũ Thomam loco citato primæ partis qui ex eo colligit Deũ velle creaturas, quia communicare ſe alijs eſt perfectio eius, qui communicatur: ergo cum in Deo non poſſit eſſe neceſſarium quod ſe communicet,

Ratio quæ Caietanũ mouit.

D.Thom.

neque etiam perfectio, quæ ex tali communicatione, & volitione creaturæ reſultabit, poterit eſſe neceſſaria, ſed libera, proindeque talis, quæ potuerit in Deo nõ eſſe

5. [illegible] fun[illegible] [illegible]cum [illegible]ſentẽ[illegible] Caieta[illegible]

Et cõfirmatur, quoniam in eo priori ſigno, in quo ſecundum rationem Deũ cõcipimus prius, quam illum intelligamus, vt volentem hoc, aut illud obiectum extra ſe, illum iam concipimus vt potentem ad volendum, aut nolendum hoc, aut illud, nam etiam ſi voluntas eius ſit in re ipſa actus ſimpliciſſimus, tamen ſecundum rationem noſtram illum concipimus prius, vt potentem ad volendũ, & quaſi in actu primò, quam actu volẽtem, & veluti in actu ſecũdo; aliter enim volitio rei ad extra nõ eſſet libera: ſed in eo priori cõſideratur iam cum tota ſua perfectione neceſſaria, ergo neceſſariò intelligendum eſt aliquid additum in Deo per quod denominetur in poſteriori ſigno actu volens, cumque talis denomitio realis ſit, reale etiã oportet aſſignare fundamentũ à quo oriatur. Quod amplius cõfirmatur, quia ſi huiuſmodi additio, quæ ex æternitate intelligitur fieri in Deo, fieret in tempore per illam realiter mutaretur Deus, vt negari nequit: ergo neceſſariò debet eſſe alicuius entitatis realis nã ex additione rationis nõ poteſt colligi in Deo realis mutatio.

6. Reijcitur Caietanus.

Hæc, & ſimilia adducũtur pro Caietani ſententia, quæ ſane ad minus eſt improbabilis, & parũ conſona diuinæ perfectioni, & immutabilitati, nã præter quã quod communi Theologorum conſenſui repugnet, ex ea primo ſequitur Deũ non poſſe concipi ſummè, & abſolutè perfectum ante omnem ordinem ad creaturas in eſſe reali futuras, & conſequenter ab ipſarum quodammodo volitione actuali pendere ſecundum aliquam ſui realem perfectionẽ: tollit præctereà diſcrimen latum, quod cernitur inter agens increatum, & agẽtia creata, nã hæc per ordinem ad ſuos effectus extenſiuè perficiũtur, hanc enim dependentiã in limitatione ſuæ entitatis creatæ habet agens creatum quod in eſſendo, & in operando eſt finitæ, ac limitatæ virtutis, quod cum ſecus reperiatur in agẽte infinito, &

Quæ in cõ[illegible]oda ſe[illegible]antur [illegible]x eius ſẽ[illegible]ntia.

increato

in creato perperam, & contra rationem ſuæ perfectionis dicetur perfici per ordinem ad obiecta libere volita. Neque fundamentũ Caietani quoad hoc vrget, nã quando Deus ex nõ volente negatiuè in priori ſigno, fit abſolutè volens in ſequẽti ſigno poſitiuè, non opus eſt vt fiat aliqua mutatio in ipſo eſſe diuino, ſed ſatis eſt, quod fiat in obiecto: in obiecto autẽ dupliciter poteſt intelligi mutatio, vel ſecundum eſſe reale quod habebit in tempore, vel in eſſe obiectiuo ſecundum illum ordinem rationis, quem ex reali actu volũtatis diuinæ creatura obtinet ad ſui exiſtentiam: primo modo non poteſt dici creatura tunc mutata in eo ſecundo ſigno æternitatis; ſolum ergo poſteriori modo intelligitur mutata eo modo quo amplius patebit ex alijs ſententijs.

7. Illud etiã apertè conuincit opinionẽ Caietani, quod Deum apertè conſtituit capacem, & veluti in potẽtia receptiua ad vlteriorem aliquã perfectionem realem, cum qua pro aliquo ſigno æternitatis Deus non poſſet concipi. Neque obſtat dum dicit prædictum actũ ſecũdum, & perfectionem, quæ ex illo cõſurgit in Deo, poſtquam ſemel intelligitur in Deo, non poſſe ab eo abeſſe, nam ſemper ſtat inconueniens maximum dũ admittit in Deo perfectionem realẽ, quæ re vera potuit in Deo nõ eſſe: & conſequenter cũ huiuſmodi perfectio realis ſit, erit eſsẽtialiter ipſe Deus; cum verò dicatur libera, & nõ neceſſaria, habebit rationem entis participati, & nõ erit neceſsario, & eſſentialiter ſuum eſſe, quod eſt manifeſta repugnantia.

Conuincitur amplius Caietanus.

8. Adde pariter, quod ſicut Caietanus in Deo concedit perfectionẽ liberam, poſſet eodem modo cõcedere relationem realẽ in tempore ex actuali productione creaturæ ei aduenientem. Neque enim minus aduerſatur immutabilitati, & ſimplicitati diuinæ, qui dixerit Deũ ab æterno potuiſſe non eſſe eo modo quo nunc eſt, quam qui aſſeruerit cũ nunc poſſe incipere aliter ſe habere: nã ſicut hoc poſterius argueret mutationem vnius in aliud, primũ etiam argueret poſſibilitatẽ varietatis in eſſe diuino, dũ aſſignat in eo poſſe

realiter aliquid ab æterno contineri, quod ab eo etiam ab æterno potuerit abeſſe: vnde Deus adæquate non eſſet neceſſario, & eſſentialiter ab æterno ſuum eſſe.

ARTICVLVS IX.

Recentiorum placita velle liberum Dei.

1. COmmunis ſentẽtia eſt actum liberum Dei ſupra actũ neceſſariũ, qui eſt ipſũmet eſſe Dei, ſolum addere reſpectũ quendã rationis ad rem libere volitam, quemadmodum etiã actus liber diuini intellectus ſupra actum neceſſarium ipſius, qui eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ ſolũ addit ſimilem reſpectum rationis: & quoad hunc reſpectum dicunt potuiſſe hunc actum liberum in Deo eſſe, & non eſse, non verò quoad ſuã entitatem ſecũdum quã neceſsarius eſt, nec poteſt à Deo abeſse, & ita exiſtimãt difficultatem eneruare. Huius ſentẽtiæ eſt Ferrar. 1. contra gentes cap. 75. & 76. cũ Recentioribus Thomiſtis ad 1. p. q. 19. art. 2. & 3. eandẽ in re ipſa tenet Capreol. in 1. d. 45. q. 1. art. 2. ad argumenta cõtra primã & ſecũdam concluſionem, Fonſeca lib. 7. metaph. cap. 8. quæſt. 6. ſect. 4. Suar. diſp. 30. metaph. ſect. 9. n. 35. Vaſq. loco citato primæ partis, & alij complures non multũ ab ea diſtant in re ipſa cæterũ non conueniunt omnes in aſſignãdo modo, & ratione, qua hæc ſentẽtia præcipuam difficultatem expediat, Capreolus ergo in 1. d. 45. quæſt. 1. art. 2. Ad argumenta contra primam & ſecundam cõcluſionem vidẽs difficultatem, & quod relatio rationis per ſe ſolam non poſſit conferre Deo realem denominationẽ volẽtis libere creaturas, duo dicit. Primum diuinum velle addere directionem diuinæ ſcientiæ practicæ oſtendentis volũtati tale obiectũ, illudq; proponentis ad volendũ, & hoc dicit eſſe illud reale, quod velle liberũ addit ſupra neceſſarium, non tamen realiter, ſed ſola ratione diſtinctũ ab actu neceſſario voluntatis diuinæ, & ſecundum hoc Deum denominari realiter libere volentem, præter hoc autem dicit actum liberum diuinæ volũtatis nihil aliud addere ſu-

Ferrar. Thomiſt.

pra neceſſarium, niſi ſolum reſpectum rationis.

2. Petrus Fõſeca citato loco Metaphyſicæ dicit quidem velle liberũ ſupra neceſſariũ nõ addere ſolã relationẽ rationis, ſed extenſionẽ quandã illius actus neceſſarij ad creaturas, in qua relatio ad ipſas fundatur: vnde nullam videtur admittere perfectionẽ, quæ in Deo potuerit nõ eſſe. Itaq; dicit actũ illũ vnicũ, & ſimplicisſimũ diuinæ voluntatis primò terminari ad ipſam diuinã eſſentiã tàquã ad primariũ eius obiectũ, ſecundario verò, ſed etiã necesſario, ad omnes creaturas in eſſe posſibili, tertio tãdem ad aliquas in eſse reali, ſed non ex necesſitate: dicit vero ad aliquas, quoniã cũ omnes, neq; etiã ſucceſsiuè futuræ ſint in rerũ natura, nunquã actus voluntatis diuinæ ſecundũ eſſe reale poterit terminari ad omnes ſimul: vnde vlterius cũ actus ille nõ neceſſario feratur in creaturas, ſitque liber, terminationem ad ipſas creaturas includit, & ſecundũ cõſiderationem noſtrã per diuerſas terminationes poterit in plures actus liberos diſtingui: eodemq; modo procedit in actibus liberis diuini intellectus, præſcientię ſcilicet & intuitiuæ cogitationis. Probat verò ſuã ſententiam primo, quia illa extenſio nõ eſt neceſſaria: ergo non eſt perfectio in Deo. Nõ pendet ab operatione intellectus in ſuo eſſe: ergo non eſt relatio rationis. Quod vero relatio rationis in ea fundatur, oſtẽdit, quoniam illa non poteſt fundari in actu neceſſario diuinæ voluntatis, qua talis eſt; ergo fundabitur in illo quatenus extẽditur ad liberam volitionem creaturarũ.

Suarius ab explicatione præcedẽtis ſententiæ parum diſtat, nam loco ſupracitato numero 37. dicit Deũ eodem omnino actu ſimpliciſſimo indiuiſibili abſque vlla reali additione, vel diminutione velle omnia, quæ vult, & nolle, quæ non vult, ſiue neceſſario, ſiue libere ea velit. Quod probat primo, quia velle Dei eſt infinitum non ſolum in ſua entitate, ſed etiã ſecundum rationem appetitus, quam in eo cõcipimus; nec ſolum eſt infinitus per modum potentiæ, & veluti in ratione actus primi, ſed etiã in perfectiſſima ratione actus ſecũdi, & vltimi, ergo 3.

de ſe

de ſe ſemoto quocũque alio attingere poteſt omnia obiecta volibilia, vnũ quodq; ſecundũ propriã rationẽ ſuæ entitatis, ita vt Deus per vnũ indiuiſibilem actum amet ſe ipſum propter ſe, & alia propter bonitatem ſuam vt propter finem, ſe ipsũ neceſſario, alia veró libere. Quod vt probabilius reddat concipit actũ diuinæ volũtatis ad modũ cuiuſdã formæ, quæ ſecundũ ſuã totã realitatem adæquate eſt in Deo, ſeu potius eſt ipſe Deus, nõ tamen neceſſariò confert totũ quaſi effectũ formalem, proindeq; nihil mirũ ſi ab vna & eadem eiuſdẽ actus realitate Deus reſpectu ſui denominetur neceſſario volens, & reſpectu creaturæ libere volẽs: hanc enim dicit eſſe eminẽtiam, & infinitudinem actus diuini: quod ſecus reperitur in formis creatis, quæ propter ſuã limitationem, & imperfectionem non poſſunt nõ cõferre totũ ſuũ formalem effectũ potẽtiæ, quam informant. Quod deinceps probat, & declarat ex ſimilibus differentijs, quæ reperiuntur inter actus diuinæ volũtatis, & actus ſiue formas potẽtiæ create. Vaſquius capit. 2. citata diſp. 80. primo dicit, velle liberũ Dei non eſſe aliquã perfectionẽ Deo intrinſecã, quæ ei libere cõueniat, quia hoc cum diuina ſimplicitate, & immutabilitate pugnat. Secũdo dicit, nõ eſſe purã relationẽ rationis, nã per hoc quod eſt Deũ velle producere creaturas, aliquid reale denotatur, aliquidq; Deo intrinſecum per modum vitalis operationis, quod cũ ſola relatione rationis ſtare nõ poteſt. Dicit tertio, velle liberũ nõ eſſe ipſã eſſentiã diuinã præciſẽ ſũptam; hæc enim cũ in Deo ita ſit, vt nõ poſſit non eſſe, nõ poteſt illi eſſe ratio adæquata volendi producere libere creaturas: dicit ergo volũtatẽ liberã Dei eſſe ipſãmet diuinã eſſẽtiã ſignificatã per modũ actus vitalis, & affectus eliciti prout includit habitudinẽ quandã rationis ad res futuras, quæ ita Deo libere cõuenit, ſicut & ipſæ res liberè ſũt futuræ, & eodẽ modo etiã diſp. 68. cap. 3. & 6. de præſcẽtia Dei locutus fuit.

4. En tibi, quæ circa velle liberũ Dei, & antiquiores & recentiores Theologi excogitarunt, vt cum eo diuinam ſimplicitatẽ, & immutabilitatem

taté cóponerent: oportet iã vnãquãq; ex prædictis ſentétijs examinare, nã in hac re facilius multo eſt de alienis propriũ ferre, quam de proprijs alienũ ſubire iudicium.

ARTICVLVS X.

Deciditur dubitatio inter aliorum ſententias.

1. INTER prædictas ſententias ſic eſt iudicãdum, vt opinio Caietani nullo modo ſuſtineri poſſit, propter eã ineuitabilem rationem, quã neceſſario inuoluit, dum admittit in Deo perfectioné realem, quæ in Deo potuerit nõ eſſe. Quod aſſertum apertè derogat diuinæ ſimplicitati, & immutabilitati: nec ſoluũt difficultatem nonnulli diſcipuli Caietani dũ dicunt, talem perfectionem, quam Caietanus aſſignat, eſſe omnino actu ex natura rei idem cũ diuina eſſentia, & proinde etiã ſi intelligatur ei libere cõuenire, nihil ſubtrahi de diuina perfectione. Verum & contra Caietani ſententiã etiã hoc modo explicatã eadem ferme, & forte maiora, ſequuntur abſurda, primo qui nihil tàm inintelligibile dixit Caietanus, quàm aſſerere, vnã & eãdem realitatem actu ex natura rei ſecundũ vnam ſui partem ita ab æterno eſſe neceſſariam, vt nõ potuerit nõ eſſe, quod neceſſariũ eſt aſſerere de diuina eſſétia; ſecũdũ alterã verò ita ſe habere, vt ab æterno potuerit nõ eſſe. Caiet.

At obijciunt, diuinã filiationem aliquid perfectionis addere diuinę naturæ ſecundũ ſe cõſideratæ, quæ tamé perfectio noſtro modo loquédi per Filij generationé producitur, vel comproducitur; & tamen quia non eſt diſtinctũ in re à ſubſtantia Dei, non detrahitur aliquid de diuina perfectione dum in primo quodam ſigno cõſideramus ipſam naturã diuinã vt antecedentem Filij generationem. 2. Obiectio.

Verum & obiectio facilè diluitur, & facilius in authores ſuos retorquetur: nã imperfectio, quæ aſſeritur in Deo ex eo quod per volitionem liberam creaturarũ illi aduenire intelligatur aliqua realis perfectio, non ſumitur ex eo quod pro aliquo priori ſigno, quatenus Deus non cõcipitur adhuc volens ad extra, cõcipiatur ſine illa: nam etiã voluntas, qua vult 3. Diluitur, & retorquetur.

Digitized by Google

creaturas poſſibiles ſecundũ ſe ipſas ſpectatas neceſſaria eſt, vt diximus ſupra, & tamẽ Deus abſq; imperfectione aliqua cõcipitur à nobis quando illum cõſideramus vt, ſecundum rationem noſtram, ſolum vult primariũ obiectum ſuæ voluntatis, & antecedit volũtatem ſimplicis complacentiæ circa res poſſibiles; impefectio ergo præſertim ſtat in hoc, quod in Deo concipiamus perfectionem aliquam realem taliter, vt illa in Deo potuerit nõ eſſe: vnde Theologi omnes indubitãter aſſerũt, proceſſiones omnes ad intra etiã ſi voluntariæ ſint, prout voluntariũ diſtinguitur à coacto, non eſſe tamen liberas propria libertate indifferentiæ, qua id dicitur liberum, quod poteſt eſſe, & nõ eſſe: repugnat ergo diuinæ naturæ, & omnibus, quæ cũ illa in re ipſa identificantur, potentia ad eſſendum, & non eſſendũ, vnde eo ipſo, quod à Caietani patronis de illa perfectione dicitur, quod eſt idem actu cũ ſubſtãtia Dei, cõſequẽter debet dici, quod ſit ſimpliciter neceſſaria: vel ſi dicitur quod ſit libera, in ipſis terminis pugnantia loquuntur. Vnde ad obiectionẽ nihil amplius eſt quod reſpondeatur. Prætereo de hac eadem reali perfectione eadem conſurgere incõmoda, ſi dicatur eſſe idem actu cũ ipſa ſubſtantia Dei: ſequeretur enim primo aliquid de ſubſtantia in re ipſa ipſius Dei non eſſe ens ſimpliciter neceſſarium, & potuiſſe ab æterno à Deo abeſſe: ex quo vlterius ſexcẽta alia ſine labore inferres deliramẽta.

Proceſsiones ad intra ſũt voluntariæ.

Non ſunt liberæ libertate indifferẽtiæ.

Dicendũ eſt ſecundo Capreolum vidiſſe quidẽ difficultatem, ſed nõ attigiſſe veritatis ſcopũ: vidit quidem, quia realem denominationẽ volentis liberè in Deo non poſſe prouenire à ſola ac pura relatione rationis recte aſſeruit, vt mox apparebit ex impugnatione huius partis: deinde quia non eſt auſus cõcedere in Deo perfectionẽ realẽ, quã ſupra velle neceſſariũ ei addit libera creaturarũ volitio, vnde merito aliquid aliud addẽdũ prædictę ſẽtẽtiæ iudicauit, quod antecederet relationẽ rationis ex libera volitione creaturarum reſultãtẽ, & à quo talis realis denominatio proueniret: declinauit tamẽ in aſſignanda directione diuini intellectus 4.

Capreol. reijcitur.

oſtendentis volũtati tale obiectum, & illud proponentis ad volendum: nam hæc directio, quæ ibi ex parte intellectus reperitur, eſt vt ſupra oſtendimus directio ſcientię diuinæ practicæ, quæ antecedit actualem concurſum voluntatis liberæ, vnde non poteſt voluntas libera addere ſupra actum neceſſarium prædictam directioné intellectus, imò potius illam ſupponit, neque enim volũtas in exercitio actu vult, niſi præcedente ex parte ſcientiæ diuinæ propoſitione obiecti volédi, & inſuper etiã ſi voluntas libera ſupra neceſſariam adderet hanc intellectus directionem, adhuc Capreolus nõ euitabat difficultatem, quã conatur elidere: nã illa directio vel eſset formaliter libera, vel neceſsaria; ſi neceſseria, quo pacto poſſet conſtituere Deum libere volentem? profecto nõ magis per hãc directioné Deus poſset intelligi libere volés, quam per ipſummet actum neceſsariũ diuinæ voluntatis abſq; aliquo alio additamento ſpectatum, vnde perperã dicitur, actum liberum ſupra neceſsariũ addere directionem ſcientiæ, quæ etiam neceſſaria dicitur: ſi verò dicatur, huiuſmodi directionem liberã eſse, hoc apertè pugnat cum natura ipſius actus intellectus, qui cũ ſit à potentia formaliter neceſsaria, & ſolum radicaliter libera non poteſt alio modo in ſe habere libertaté; adhuc etiã nõ ſoluitur difficultas, nam de hac eadé directione, quæ dicitur libera, & addita à velle libero, inquiri poteſt, quid addat ſupra velle neceſſariũ, & ſimiliter an in Deo dicat aliquam perfectionem realem liberã, quę in eo potuerit non eſſe? proindeque ſemper incidit in difficultatem expediendam.

Voluntas libera non addit ſupra neceſſariã directioné intellectus.

5. Dicendum eſt tertio contra eos, qui aſſerunt, velle liberum Dei ſupra velle neceſſarium ſolum addere relationem rationis, hanc ſententiã & nõ poſſe ſuſtineri, & ab oppoſitis rationibus ſe non expedire, & in ſe eſſe inſufficientem ad explicãdũ quomodo Deus per eũdemmet actum neceſſarium diuinæ voluntatis, per quem vult ea, quæ neceſſario vult ſine additione alicuius realis perfectionis, denominetur velle, & realiter volés libere creaturas. Quod vtrumque

Reijciuntur, qui dicunt addi ſolam relationem rationis.

oſtendi

Digitized by Google

oſtenditur primo communi ratione, quoniã actus liber diuinæ volũtatis eſt formaliter immanẽs, & virtute trãſiẽs, quatenus ſcilicet virtute ſua attingit productionẽ effectus ad extra: ſed à relatione rationis nec poteſt habere quod ſit immanens, vt patet, nec quod attingat realiter effectũ, cũ relatio rationis expers ſit omnis actiuitatis; ergo ab ea non poteſt habere quod ſit liber, & multo minus, quod realem denominationem conferat, cuius non eſt capax relatio rationis. Secũdo quia huiuſmodi relatio rationis potius fundatur in ipſa diuina volitione libera, & ad illam cõſequitur; ergo quí fieri poterit, vt per eam actus diuinæ volũtatis cõſtituatur in eſſe liberi? Et confirmatur, quoniã, vt ſupra oſtẽdimus, volũtas Dei libera eſt cauſa rei futuræ, & ad illam comparatur cum ea prioritate, qua cauſa intelligitur antecedere ſuum effectũ; hoc enim diſcrimen ſtatuitur inter volũtatem liberam, & ſcientiam liberam, quod ſcientia libera potius ſupponit obiectum futurũ libere quã illud efficiat futurũ; neq; enim ideò res libere futura eſt, quia à Deo cognoſcitur vt futura, ſed potius è conuerſo ideò cognoſcitur vt futura, quia ex vi actus liberi diuinæ voluntatis illa futura eſt: at veró diuina voluntas libera nõ præſupponit obiectũ liberè futurum, ſed potius dũ illud liberè vult, efficit, vt illud liberè futurũ ſit; vnde ex oppoſito ideò res liberè futura eſt, quia Deus liberè voluit illã eſſe futurã, ergo cũ voluntas diuina ipſa in ſe prius intelligatur cõpletè, & adæquatè libera, quàm intelligatur relatio rationis, quæ reſultat ex eo quod res ſit liberè volita, planè cõſequitur per relationẽ rationis nihil addi ſimpliciſſimo actui diuinæ voluntatis per quod conſtituatur in eſſe liberi.

6. Reijcitur vltimo eadem ſententia.

Vltimo inſufficiẽtia eiuſdem ſentẽtiæ etiam colligitur, quoniã ſi per ſolam relationem rationis Deus ab æterno intelligitur ita velle creaturas, vt potuiſſet eas nõ velle, eo quod ex relatione rationis liberè Deo cõueniente nulla realis additio, aut mutatio poſſit cõcipi in Deo pariter etiam poſſet Deus in tempore incipere creaturas liberè velle: nã quod relatio

rationis ex tẽpore Deo adueniret nullam ſimiliter in eo realem perfectionem de nouo, aut mutationẽ argueret, quod tamen, vt ipſimet Auctores fatentur, concedi nunquam poſſet.

7. *Fonſeca.* Extenſio actus neceſſarij ad creaturas non ſatisfacit diffi cultati.

Circa modũ, quo Petrus Fonſeca procedit, quo difficultatem euadere conatur, illud dubiũ facit, quoniam extenſio illa, quam agnoſcit in actu neceſſario Dei ad creaturas liberè volitas, & in qua fundatur aſſignata relatio rationis, quamque dicit non eſſe in Deo perfectionẽ aliquam, quia libera eſt, & ſuapte natura in Deo poteſt eſſe, & non eſſe, vel eſt entitas aliqua in ſuo eſſe realis, vel rationis, vel diſtincta ab eſſe actus neceſſarij, vel idẽ cum illo, vel modus aliquis aliter ſe habẽdi, ſub quo cõcipiatur actus neceſſarius prout ad creaturas liberè terminatur, neque enim apparet, quid aliud eſſe poſſit. Si entitas aliqua realis, vel idẽtificata cũ actu neceſſario, vel diſtincta, coincidit in incommoda, quæ contra Caietanum obiecta ſunt: ſi dicatur, eſſe nouum quendam modũ, cũ ab illo oriatur realis denominatio liberè volẽtis in Deo, realis etiam erit, nec præcedens inconueniens exhaurit.

Et idem etiam obijcitur contra Vaſquium dum dicit velle liberum nõ eſſe ipſam eſſentiã diuinã nude ſumptam, ſed peculiari modo cõceptã, videlicet ſub propria ratione actus vitalis, & eliciti; aut enim ſub his terminis ſignificatur aliquis realis modus, à quo proueniat realis denominatio liberè volẽtis, quæ ab actu neceſſario diuinæ voluntatis oriri nequit, vel ſola relatio rationis quæ in ipſa re libere volita à Deo fundatur: ſi primũ, adhuc in ſẽtẽtiã Caietani propendet: ſi ſecundũ, ab ipſis agnoſcitur inſufficiẽs mediũ ad hanc rem explicandam. 8. Vaſq. Dicendi modus impugnatur.

Propius meo iudicio acceſſit Suarius, attigitque rei veritatem, etſi non multum à præcedentibus diſcrepet, illam tamen recte explicat, dum dicit, abſque nouo aliquo additamento per vnum & eundem ſimpliciſſimum actum Deum velle omnia, quæ neceſſario vult, & velle quæ libere vult, hanc tamen eſſe eminentiam huius myſterij & huius actus, vt non neceſſario informet ſecundũ

omnem

om nem ſui effectum diuinã voluntatem, ſed vt eſt actus, quo Deus vult obiectũ neceſſariũ, neceſſario informat diuinam voluntatem; at verò per ordinẽ ad obiecta extrinſeca, & libere futura, eſt in manu & poteſtate ipſius Dei talem actũ habentis, vt quidem per illum tẽdat, aut non tendat in obiectũ creatum libere futurum; ſi tendit in illud, & illud vult, tũc obiectũ libere futurum eſt; ſi nõ tẽdat, tunc nec futruũ eſt, nec intelligitur per talem actum neceſſarium tendere vlterius ad obiectum libere futurum. Certe in hoc hæc ſententia non poteſt nõ placere, quod in re obſcuriſſima, & quam omnes Theologi non modo difficillimã, ſed inintelligibilẽ fatentur, recurrit ad eminentiam, & perfectionem actus diuini.

Nihil in hac re certius quam recurrere ad eminẽtiam diuini actus.

Verum difficultatem quidẽ non exhaurit, neque enim aſſignat ſufficientẽ rationẽ, quare vnus & idẽ actus neceſſarius, & ſimpliciſſimus diuinæ voluntatis poſſit denominare Deũ volentem neceſſario; & ſimul liberè: nã id quod dicit, nimirum prædictum actum non conferre neceſſariò totũ ſuum quaſi effectũ formalem, ſed propter ſummam perfectionem ſuam eſſe in manu habentis illum tendere vlterius in obiectum libere volitũ, aut nõ tendere, præterquam quod videatur gratis dictum, & ſine ſufficienti fundamẽto, adhuc nõ ſoluit difficultatem.

Non ſoluit tamen difficultatem

Nã etiamſi ſit in manu habentis prædictũ actum neceſsarium tẽdere in obiectũ liberè volitum, aut non tendere: ſic obijcio: ſi non tendat in obiectum libere volitum, nõ intelligitur verè & realiter denominari actu liberè volens, & cum actu intelligitur per illum actum tendere in obiectum libere volitum, pariter intelligitur habere quandam realem, & veram denominationem liberè volentis, quam tamen potuit nõ habere, proindeq; aliquid reale neceſsario ſupereſt admittẽdum ex poſita ſentẽtia, quo intelligamus Deum potuiſse carere.

Idem incõuenien ſequitur.

ARTICVLVS XI.

Deciditur dubitatio ex propria ſententia, & ſatisfit aliarũ opinionum fundamentis.

RECOLENDA 1.
ſunt ex articulo ſexto, & ſeptimo quę ibi diximus de voluntate di-

uina circa res poſſibiles in ſe ipſis ſpectatas, & prout abſtrahũt ab exiſtẽtia, & circa eaſdem prout iã cõcernunt exiſtentiã, & futura intelligũtur; in illas enim diximus neceſſariò ferri voluntatem diuinam, & in has liberè, eo quod volũtas diuina ſic tendit in obiectum, ſicut illud in ſe habet eſſe; ſi obiectum neceſſarium eſt, neceſſariò in illud tendit, ſi liberè futurum, liberè; quod diſcrimen ibi aſſignatum eſt inter voluntatem diuinam, & creatam, nam hæc ob ſui limitationem à ſolo ſummo bono neceſſitatur, & præter hoc in ſolum proprium bonum poteſt neceſſario tendere; at verò diuina voluntas, quia de ſe eſt efficaciſſima, & ſuo modo cõprehenſiua, attingit omne volibile creatum cum his conditionibus, quas in ſe habet obiectum volendũ; vnde ſi creatura ſpectatur ſecundum eſſe poſſibile tantum, quod vt abſtrahit ab exiſtentia neceſſarim eſt, etiam vt creatura in ſe ipſa ſpectatur, vt oſtendimus citato articulo 6. voluntas diuina neceſſariò in illam fertur; ſi verò ſpectatur iam vt futura, & cum ordine ad exiſtentiam, ſicut illa in ſe hoc modo ſpectata liberè futura eſt, ita etiam ob ſui comprehenſionem voluntas diuina eam ſic ſpectatam libere attingit: at verò volũtas creata, cũ non ſit ſuo modo cõprehenſiua, non neceſſariò attingit obiectũ eo modo, quo illud eſt in ſe, vnde bene poteſt dari aliquod obiectum neceſſarium, in quo voluntas creata nõ neceſſariò tendat quantũ eſt ex ſe.

His poſitis dicẽdum eſt, voluntatem diuinã per eundemmet ſimpliciſſimũ actũ neceſſarium abſque aliqua reali additione, & abſq; aliquo nouo modo reali, quem intelligamus ipſi ſimpliciſſimo actui aduenire ex eo quod obiectum futurum liberè ſic velit, tendere in obiectum libere volitũ. Hoc aſſertũ in re ipſa ſatis colligitur ex dictis, & ex impugnatione aliarum opinionũ: totus labor, & res tota ſtat in oſtendendo, quomodo actus ſimpliciter neceſſarius in ſe omnino inuariatus poſſit denominare Deum verè, & realiter libere volentem. 2. Authoris iudicium.

Quoniam actus diuinæ volũtatis duo habet, & quod ſit efficaciſsimus, & quod ſit 3.

ſuo

ſuo modo comprehenſiuus, & ratione vtriuſque habet, quod attingat omne obiectum, ſicut illud in ſe eſt, ergo obiectum neceſſariũ neceſſariò vult, & obiectum liberum liberè: antecedens à nullo non admittitur, imò & conſequentia, nam aliter limitaretur actus diuinæ voluntatis, ſicut & actus volũtatis creatæ, quæ ob ſui imperfectionem non ita fertur in obiectũ ſicut ipſum in ſe eſt, vt ſupra diximus. Neque obſtat, quod prius debeamus cõſiderare actum liberum Dei in ſe completũ, & adæquatum, quam ex alia parte obiectũ liberũ, quod ex illo tãquam ex cauſa habet quod ſit futurum. Quoniam eo ipſo, quod volũtas diuina tendit in obiectũ futurum illud volẽdo, obtinet quod ſit futurum: hoc enim eſt de ratione, & efficacia talis actus; vnde, cum amplius de ratione comprehenſionis eius ſit, quod attingat omne obiectũ volibile, iam attinget obiectum liberè futurũ ſecundum ſuam propriam rationem: vnde amplius tota mutatio cernitur in obiecto liberè volito, quod ab eſſe ſolum poſſibili, in quo ſecundum puram poſſibilitatẽ abſtrahendo ab exiſtentia futura volitum erat per illum actum, quodammodo trãſit ad eſſe futuræ exiſtentiæ: at verò in ipſo actu Dei nulla variatio, nec mutatio arguitur, de ſe enim habet quod attingat obiectum volibile ſecundum ſuam naturam & rationem, neceſſariũ neceſſario, & liberũ liberé.

Reijcitur obiectio.

Quod ſi ſimpliciter cõtra hunc dicendi modum, atque cõtra præcedentes obijcias: Deus ab æterno ita voluit liberè obiectum futurum, vt potuerit non velle, ergo hęc denominatio libere volẽtis, quæ realis eſt, & ab æterno concipitur in Deo, potuit in eo nõ eſſe, & per conſequẽs aliquid reale liberũ admittitur ab æterno in Deo, quod potuit in eo non eſſe, vnde, & cætera incommoda conſequuntur, quæ contra alias ſententias obiecta ſunt. Difficilis eſt modus iſte, qui tot ac tantorum hominum extorſit ingenia, inter quos ſi fas eſt loqui, ad argumentũ reſpondeo, Deum ſemper ab æterno voluiſſe omnem bonitatem poſſibilem creaturarum abſtrahendo ab ipſarum exiſtentia, vnde ſemper 3.

Inſtantia.

Reſpondetur.

ab æterno

ab æterno habuit totam entitatem, & realẽ perfectionem, quæ concipi poteſt in eo actu vitali diuinæ voluntatis, & per eundem ſimpliciſſimum abque aliquo additamento voluiſſe eaſdem res, vt futuras ordinãdo illas ad exiſtentiam, vnde ſicut res poſſibiles, quatales neceſſario terminabant actum diuinæ voluntatis, ita, vt liberè intelliguntur futuræ & concernentes exiſtentiam, ita etiam liberè intelliguntur terminare eundem actũ diuinæ voluntatis, facta ſolũ mutatione in ipſis rebus volitis, quas voluntas diuina ſemper attingit conformiter ad ſuũ eſſe. Vnde in forma ad rationem dubitandi dicẽdum eſt denominationẽ realẽ libere volentis à reali forma prouenire nimirum ab actu vitali, & neceſſario ipſius Dei, & ab æterno Deo conuenire, & per ordinem ad obiecta liberè, dum verò infertur, ergo aliquid reale, quod ab æterno eſt in Deo, potuit non eſſe, neganda eſt conſequentia, nam etiamſi creaturæ, quæ liberè ſũt volitæ potuerint non eſſe, & potuerit non eſſe ille ordo, qui reperitur inter obiectũ liberè volitum, & actũ neceſſarium diuinæ voluntatis prout ad tale obiectũ liberé terminatur, ex quo nihil perfectionis actui diuinæ volũtatis accreſcit, tota enim perfectio intelligitur in obiecto volito, quod ab eſſe poſſibili trãſit ad eſſe futurum: nihilominus ille actus per quem in re ipſa Deus denominatur liberè volens nunquam potuit ab illo abeſſe, cũ ſit ipſemet ſimpliciſſimus actus neceſſarius, potuit tamẽ abeſſe obiectum illius vt liberè futurum.

Et forte hanc cõprehenſionem & efficaciã perquã actus neceſſarius diuinę voluntatis attingit obiectũ liberum liberé & neceſſariũ neceſſario dũ tendit in obiectum liberũ vocauit Petrus Fonſeca extenſionem actus neceſſarij ad creaturam libere futuram, & Vaſquius dũ dixit Deum per ſuam eſſentiam ſub peculiari modo cõceptã velle libere creaturas nihil aliud debuit intelligere, niſi ipſam volũtatem dinam ſub hac ratione efficaciſſimæ, & comprehenſiuæ omnis obiecti volibilis, neq; aliud Suarius intellexit dum recurrit ad eminentem per- 5. Cõciliatur cum alijs dicẽdi modis Recentiorum.

fectio-

fectionem voluntatis diuinæ. Nobis tamen iſte explicandi modus magis placuit, & ad difficultates ſoluendas expeditior viſus eſt, interim dum alius, qui facilius percipiatur, non occurrit, & ex dictis, nec rationes Durandi, nec aliarum opinionum, quatenus noſtræ explicationi videntur aduerſari, noua indigent aut confutatione, aut ſolutione. Durand.

QVÆSTIO SECVNDA POSITIVA

DE LACHRYMIS DIVÆ MATRIS MONICÆ.

An mirabilis illa Matris Monicæ Pro filio, & parente Auguſtino lachrymarum effuſio naturalis, an ſupernaturalis habenda ſit?

1. FVERVNT mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dico quotidie filio meo Auguſtino, vbi eſt Deus tuus? Pſalm. 41. allu ſio ad verſum tertium. Pſal. 41.

2. Non erit hæc lachrymis digna (niſi, quod ſæpe accidit, incluſa corde lætitia in lachrymas erumpat) ſed iucunda diſputatio, dum de lachrymis differitur, quæ genitum Auguſtinum nobis iterum generant, quibus ille quaſi exanimis & emortuus, cæleſti veluti quodam rore conſperſus accedente excelſi dextera ad luſtralem vitæ fontem accurrit.

3. *Theophil. Matth. 16.* Recte Theophilactus ad illud Matth. capit. 16. (Aut quid commutationis dabit homo pro anima ſua) *lachrymas* (inquit) *vocauit commutationem pro anima*: Cum igitur inter cætera ob eam etiã rationem homini à natura tributę ſint lachrymæ, vt ijſdẽ, *Ouid.* quas nõ facile ſimulare docemur, atteſtari poſſimus, non modo proprijs, ſed alienis nos affici nocumentis: profluente ſatis lachrymarũ imbre atteſtata eſt Monica filij dilecti Auguſtini miſeratione cõſtringi, ſiquidem vt ſordes abluat currit ad fluuiũ, vt ęgroto medeatur currit ad medicũ, & quaſi nutrix puellũ lactans nocuos cibos euitat, & medicos amaros licet ſumit, pane die, ac nocte veſcitur lachrymarũ, dum quotidie Auguſtino obijcit, vbi eſt Deus tuus? *Seneca.* Lachrymæ eleganter Seneca cibus (dixit) ſunt dolentis *Baſil.* amimæ, cibus, ſicut Baſilius dixit ſermone de libero arbitrio, qui ex cæleſti pane ſuppeditatur, ſunt lachrymæ, quæ in veritatis cognitione ex multa tribulatione, & occupatione cordis profundũtur, nec ſolum cibus animæ dolentis ſunt lachrymæ, ſed & animæ ad cæleſtẽ patriã anhelantis, ſicut optime ad notauit D. Gregorius lib. 5. *Gregor.* Moral. capit. 7. ad illa verba Iobi 3. *Antequam comedam ſuſpiro: ſuſpirat* (inquit) *antequã* *Iob. 3.* *comedat, qui prius gemitibus tribulationis efficitur, & poſt modũ contemplationis refectione ſatiatur*: & paulo infra *luctu ſuo & anima paſcitur, cum ad ſuperna gaudia flendo ſubleuatur, & intus quidem doloris ſui gemitum tolerat, ſed eo refectionis pabulũ percipit, quouis amoris per lachrymas emanat.* Vtraq; hac ex cauſa facti fũt oculi Monicæ lachrymarum fontes, & filij ſalutem precatur, & pro æterna, ac fælici patria ſuſpirat, lachryma enim teſte D. Hieronymo eſt quæ vin- *Hierony. in epiſt.* cit inuincibilẽ, ligat omnipotentem, inclinat virginis filium.

Si autẽ nõ modo propria, 4. ſed & aliena iubemur lugere delicta, vt inquit Chryſoſt. *Chryſoſt. Hom. 15.* quales Sãctorũ animæ fuerunt Pauli ſcilicet, Moyſi, & Samuelis, omnes iſti quippe aliena peccata lugebant, ſtrictiori plane maternæ legis vinculo alligata Monica, vt quẽ prius mũdo pepererat Auguſtinum concepto lachrymarum ſemine iterũ

Chriſto

Chriſto pareret, pane veſcitur lachrymarum,& potum cum fletu miſcet: offert pro nato par turturum, non tamen offert gemebundas auiculas, quia agno careat, ſed quia & afflictis ſuaues ſunt lachrymæ,& illis(vt inquit Euripides) *eſt aliqua in luctu gratia.* Beda explicans verba illius oblationis Luc.2.recitata ex Leuit.12. *Quod ſi non inuenerit manus eius,nec potuerit offerre agnum,ſumet duos turtures,vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum &c.* Qui nõ inuenit(inquit) agnum, id eſt,diuitias innocuæ vitæ, ad lachrymas recurrat; quia enim volucres hæ pro cantu gemitus habent,non immerito lachrymas humiliũ deſignant,quibus etiã in bonis operibus indigemus: offert igitur lachrymas pro maſculo,quẽ pepererat, & turturum gemitus,nõ quia agno careat, quaſi conſpicuus innocẽtis vitæ fulgor aliqua ex parte maculatus,aut ſorde pollutus appareat: ſed quia afflictæ mẽti ſuaues ſunt lachrymæ,ſicut & alius panis illi in vita ſua eſt abominabilis,iucunditas nimirũ humanæ delectationis, ſicut egregie notauit Gregor.23. Moral.ad Iob.cap.33.Cibus enim,quemChriſtusDominus Ioan.6. nobis præcipit, vt operemur nunquam periturum, ſed qui permaneat in vitã æternam lachrymarũ panis eſt, ſi enim animus mortalis lachrymarum imbribus quandoque non irrigetur,areſcet plane,ſicut Regius vates Pſ.101.fatetur, ſeu potius conqueritur dicens: *Aruit cor meũ, quia oblitus ſum comedere panem meum*, quod procul dubio de lachrymarum pane,quem die, ac nocte veſcebatur, intelligendum eſt.

Beda. Luc.2. Leuit.12. *Gregor.23* *Moral. Iob.33.* *Ioan.6.* *Pſal.101* *Lib.5.cõfeſ.cap.3.*

5. Flentem nimis Monicã, &pro filij ſalute anxiã Africanus Epiſcopus conſolatus, addit, tantarũ ac tot lachrymarum filium minime periturum: vbi appoſite Diu. Antoninus verbo ludit, & legit, *lachrymarum filum*; lachrymis enim illud texitur filum quod omnipotentem ligat,& vincit inuincibilem, lachrymis veluti gemmis pretioſis torque intexitur fulgentiſſimum, quod diuino circumligatum gutturi ſponſum ſic nobis colligatum reddit, ac ille ſe in vno crine, & in vno oculorum ſponſæ irretitum fatetur in

D. Anton Lachrymæ ligant Deũ

Cant. D. Bern. Cant. Nemo, etenim D. Bernardo teſte, aliquãdo ad Deum acceſſit flens, qui nõ impetrarit, quod poſtularet nullus ab eo dolenter beneficia optarit, qui non acceperit, ipſe enim eſt, qui conſolatur flẽtes, dolẽtes curat, pænitentes informat. Hæc Bernard. Merito ergo afflicta mens ad tuſtiſſimum recurrit lachrymarum aſillũ.

7. Ad quid aliud quæſo cõfugit anima Ezechiæ Regis in tribulationibus, & anguſtijs poſita, niſi quod Iſai. 38. (Iſai. 38.) dicitur, *Et fleuit Ezechias fletu magno; & poſtea exaudita eſt oratio eius* quid Tobias oppreſſus labore præſtitit, niſi quod Tob. 3. (Tob. 3.) *tunc Tobias ingemuit, & cæpit orare* cum lachrymis: ſic & Iudith. capit. 3. (Iudith. 3.) conſulebat dicens, *indulgentiam Dei fuſis lachrymis poſtulemus*, (Pſal. 55.) & Regius vates lachrymas, ſuas in conſpectu Dei poſitas gratulatur: ſic, & Monica cum fletu magno ſicut Ezechias, ingemiſcens, ſicut Tobias, indulgentiam pro ſalute populi fuſis ad Deum lachrymis deprecatur, ſicut Iudith. & tãdem exauditur oratio eius, & ſicut Rex Dauid, quod lachrymas ſuas videat in cõſpectu Dei poſitas gratulari poteſt.

8. His ergo dum vel inuiti parcimus: quod Monicæ Sãctiſſimæ aſſiduæ lachrymæ, etiamſi ab oculis eius vbertim imbrium inſtar effluxerint, naturalem non exceſſerint virtutem, imò ex naturæ potius imbecillitate, & defectu, quàm excæleſti dono prouenirent videtur vna vel altera philoſophica ratione concludi.

9. 1. Arg. Sipont. Pontif. Lachrymæ fiunt ex humore ab oculis flentium dimanante, ſiue vt Sipontinus Põtifex aduertit à verbo græco δακρύω oriatur, quod lachrymor eſt apud latinos, ſiue à δακρυοποιὸς qui apud Æſchillum (Æſchillus.) lachrymarũ auctor habetur, vnde apud Liuium (Liuius.) pro lachrymis legitur δακρούσας eſt autem huiuſmodi humor, vt inquit, tam fæcũdus pleriſq; ac præcipue mulieribus, adeòque ſemper in promptu, vt quoties libuerit vbertim defluat, quid ergo in hoc quod magis naturæ defectum præ ſe fert, erit ad cæleſte donum recurrendum.

10. 2. Arg. Secundo lachrymatio nõ eſt affectio, ſicuti etiã neque riſus, ſed eſt humor ex humidi, ac teneri cerebri cal-

ctione per oculos diſtillans, vnde in vehemẽti calfactione quando cerebrum ex ſiccatur non emanant lachrymæ, ſicut in magno dolore ſæpe contingit, ſicut dixit D. Gregor. libro 9. Moral. c. 37. *Moderata afflictio lachrymas exprimit, immoderata ſubducit*: ſic & in ira virorum, quia excitatus calor nimis eſt vehemens; vnde viris fortibus ac ſtrenuis in aduerſis collachrymari indecorũ, ſolis enim ignobilibus lachrymari liberum eſt, & miſera loqui, dixit Euripid: ſic etiã pariter euenit, cum iam cerebrum ante ex ſiccatum eſt, ita in longo mærore fit, ad quod alluſiſſe videtur Seneca loquens pro Troadibus euerſum flentibus Iliũ prius illis, dixit, lachrymæ deerũt, quam cauſa dolendi: ſic pariter. 1. Reg. 30. Dauid, & qui cũ eo erãt, cognitis ijs, quæ ab Amalecitis geſta eſſent in Siceleclı, quomodo ſuccendiſsent eam igni vxoreſq; ac filios & filias captiuas duxiſſent, *leuauerunt voces ſuas & planxerunt, donec deficerent in eis lachrymæ*; quia nimirum ſi longus eſt planctus, & aſſiduus, cerebrus aſſidua calfactione exſiccatur, ob quã etiam cauſam in melanchonicis rariores ſunt lachrymę, imò verò impetus melanchoniæ nullo facilius medicamine, ſi quãdo acrius impetit, comprimitur, quam effuſione lachrymarũ. Vnde Baſilius dixit homilia de gratiarũ actione, ſæpe eos, qui intra ſe lachrymas cohibere intendunt, in apoplexiam, paralyſim, & in mortem ipſam incidere. Et idcirco multis, vt inquit Petrus Bleſon, conſolationi ſunt lachrymæ, & magnitudinem doloris minuunt. Et Gerſon. tract. 67. de perfectione religionis litera K. *Eſt*, inquit, *in lachrymis aliquid dulce, & mulcebre, expletur enim* dixit alius *lachrymis, egeriturque dolor*. Et Auguſtino 4. confeſſ. capit. 5. teſte, dulcis eſt miſeris fletus; dolor ſiquidem ſpeciem ignis gerit, qui dum plus tegitur, plus igneſcit: ſicut autem, vt inquit Chryſoſtomus ſupra Matth. *poſt vehementes pluuias mundus, ac purus, aer efficitur, ita & poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquilitas*. Fiũt ergo lachrymæ in humefacto cerebro, & id circo aſſiduæ ſunt in ebrijs, in quibus, vt alius cecinit,

Euripid.
Seneca. Troad.
Quintus Curt. libr. 5.
1. Reg. 30.
Siceleclıita.
Lachrymę proſunt melanchonię.
Baſilius
Petrus Bleſon.
Gerſon.
Ouid. 4. de Triſtib
Chryſoſt.

Iniuſſæ veniunt lachrymæ, ſed ſponte fluentes.

11. Qua etiam de cauſa infantes,& phlegmatici ſomniculoſi,ſenes verò,& melāchonici peruigiles ſunt, placet enim nobis potius cū Ariſtotele lib.de ſomno, & vigilia capit.3.& 2. de partibus animalium cap.7. ſomnum excitari euaporatione,& obſtructione meatuum, per quos excurrūt animales ſpiritus, quam ex eo quod ipſa anima ſedulo reuocet, & in cerebrū colligat ſpiritus animales ad eorum reparationem,& ad quietem inducēdam: ſicut placuit Galen.1. de cauſis ſymptomat. capit. vlt. & 2. de cauſis pulſuum cap.9.Quod etiam docuit 2. collect.cap.21, quod vel ipſo experimento comprobatur, cum ex inedia vigiliæ, cibū verò ſequatur ſomnus, & eo facilius, quo materia alimenti humidior fuerit, & plus vaporis emiſerit, ſicque palmulæ, dulcia amygdala, dactyli, lactucæ, bugloſæ flores, papauer, lac vinum, & alia ſimilia ad excitādum ſomnum ſolent applicari. Eandem etiam ob rationem ex acri odore cepæ oriuntur lachrymæ, vnde ad purgandam oculorum caliginem ſolent applicari,indeq; ſymbolum ſunt lucri ex inimicis reportati,quæ enim inimica oculis adeò eſt cepa, vt illos odore ad lacrymas excitet eoſdem caligine purgat.Idq; Plutarchus rectè adnotauit dicens roſas,ac lilia,quæ circa cepas educantur flagrantiores multo euadere, quaſi iam debelato hoſtili halitu tetrum odorem in flagrantiā conuertant. Fiunt inſuper lachrymæ, & exteneritudine cerebri, vt ratio philoſophica oſtendit, & ex vento vehementi: cum igitur fæmineum cerebrum tenerrimum ſit,ac delicatum nimis facile, ac humidum, cumq; fæminæ aereæ magis naturæ ſint,quā alterins elementi, neque enim ex ſola coſta Adami (ſicut falſo quibuſdam placuit)per rare factionem protelatæ, neque ſicut Mag. ſiniſtre ſenſit in 2.diſt. 18.& tenet Hug.lib.1.de Sacramentis ex eadem per ſolam diuinam virtutem abſq; additione nouæ materiæ ſupra ſe ipſam multiplicata, neque ex eadem coſta adiūcta alia parte materię de nouo creatæ, quod D. Thom. placuit 1. p.q 92.art.5. ad 1.

Ariſtotel. *Galen.* Cepa oculos purgat. Roſæ circa cepas flagrantiores *Plutarch.* *Magiſt.* *Hug.de S. Vict.* *D.Thom.*

ſed

ſed ex coſta Adami acceden-
te circunſtantis aeris mate-
ria, ſicut ſẽtiunt doctiſſimo- Mol. opere 6. dierum diſput. 21 §. Cum Adamus Nõreijcit. Abulenſ. hoc loco.
rum multi primo exiſtima-
mus plaſmatam fæminam,
vnde iam, quaſi natiuo iure
imbelles, ac fragiles euadũt,
quid mirũ ſi ſint ad lachry-
mas procliues, & hæredita-
riæ fragilitatis pænas quaſi
collachrymãdo ſoluant. Ne-
que vrgebis ſi exemplum in
ſuburbanis Conimbricæ, aut
interamnenſis regionis fæ-
minis non conuincat, quæ
pro acu ligonẽ, pro lana ara-
trum tractant, vt interim his
cõtenti, quæ prõptius ſunt
ad manum Suſidas mulieres
omittamus, & Gelonias, qua
rum illæ viris dominaban-
tur, iſtæ colebant agros, ædi-
ficabant, ſimiliaque opera
virilia exercebant teſte Cle-
mente lib. recognit. capit. 9.
imò ſi fabuloſa quiſque cre-
dat Amazonum regna, cre-
dat Clemen, Alexand. lib. 4. Clemen. Krantzi. Sueton. Iuſtin. Diodor. Sicul. Solinus. Appianus. Petrus. Hiſpal.
ſtromatum Krantzio Suet.
lib. 1. cap. 6. Iuſtin. Diodoro
Siculo, Solino, Appiano,
alijſq; nõ modicæ fidei ſcrip-
toribus, quos citat Pet. Hiſ-
pal. Silu 1. p. c. 12. & iã Sauro-
matas fæminas belligeras, iã
Sciticas equitãtes, & ſagittis,
iaculiſq; vtẽtes deprehẽdet.

Tandem tunc lachrymæ 12.
erumpunt cum humefactũ
cerebrũ incaleſcit, ſic ex fu-
mo oriuntur, vnde Euſebius Euſeb.
Emiſſenus ad 12. c. Matth Emiſ.
explicans verba illa Chriſti Matth. 12
Domini; *ibi erit fletus, & ſtri-
dor dentium Per fletum* (inquit)
*in hoc loco ignis intelligitur, quia
ex igne naſcitur fumus, ex fumo
naſcitur aliquando oculorum fle-
tus*. Nam in damnatis nõ re-
periũtur lachrymæ; vel etiã
aliter metaphoricè exponi
poſsũt fletus iſte, & ſtridor,
ita vt fletus vehemẽtiã mæ-
roris, ſtridor autem dentium
inteſtinum odiũ, quo ardet
eorũ animus ſignificet, qui
in appetitu ſenſitiuo dicitur
rabies. Ita noſtri Conimbr. Conimbr.
tract. de anima ſeparata diſ-
put. 3. art. 2. ad 7. & ibidem
explicans verba illa Iobi. *A-* Iob.
*calore nimio trãſibunt ad aquas
niuiũ illic* (inquit) *id eſt in in-
ferno ſtridebunt dẽtes præ nimie-
tate frigoris, qui modo de edaci-
tate, & ebrietate gaudẽt, & illic
flebunt oculi præ nimietate calo-
ris, qui modo aperiuntur ad con-
cupiſcentias mundanas*.

Sæpe etiam ex riſu, ac ni- 13.
mia lætitia lachrymæ erum-
punt. O lachrymæ, dixit Te-
rent, præ gaudio, & teſte Io- Ioſephus.
ſepho libro 12. cap. 2. Prolo- Ptolom.

mæus Philadelphus miſſos ad ſe ſeptuaginta duos interpretes cum ſacris biblijs excipit, & gaudium exortis lachrymis atteſtatur. Ratio verò eſt, quia humor cerebri accedente calore ad oculos dilabitur: imò verò, & ex nimia lætitia nō modo erumpunt lachrymæ, ſed præ ſubita, & vehementi dilatatione cordis, quæ fit in lætitia, inde enim lętitia quaſi latitia dicitur, ſicut & in mærore contractio, mors aliquādo ſubſecuta eſt: de mærore ſingulare exemplum in diuinis litteris 4. Reg. 1. Erit nonagenarius, & grandæuus ille ſenex Heli, qui illico atque arcam Dei captā percepit, ex animis, & emortuus corruit: tā graue quippe nefas illius vita ſuſtinere non potuit, qui quadraginta annos Iſrael iudicauerat. Quod verò idem etiam accidat in inſperata lætitia: illud ex humanioribus litteris, apertè teſtatur, quod de duobus Romanis fæminis comēdatum reliquit Ælianus lib. 12. quæ cum vtrunque natum apud cannas falſo nūtio extinctum credidiſſent, ijs deinde repente viſis, cū ingentem lætitiæ cumulum ferre non potuiſſent, ex vehemēti, ac ſubita effuſione cordis inter genitorū oſcula & amplexus vitā pariter effudere: Sic & teſte Plutarcho in Fabio Mario Minutio equitū Magiſtro, quē Romana caſtra erutū ab hoſtibus Qu. Fabij opera cum lachrymis præ gaudio exceperunt.

Lib. 1. Reg cap. 4.

Retrorſū cecidit, in de mors ſecuta eſt.

Ælianus.

Plutarch.

A Quint.

Proueniunt præterea lachrymæ ex affectionibus diuerſis, vt ex amore, ex acri deſiderio fruendi re aliqua; tales Magdalenæ lachrymæ ex ſubtracta & deſiderata præſentia corporis Chriſti Ioan. 20. *Maria ſtabat ad monumentū foris plorans*, De quibus Albertus Magnus ſerm. 78. & qui eſt primus in cæna Domini, *& hæ fuerunt efficaces ad merendam viſionem Chriſti.* Ratio verò quare ex huiuſmodi paſſionibus proueniant lachrymæ eſt, quia per illas excitatur calor & à calore excitato defluit ad oculos humor cerebri, quod niſi ita fiat, & in lachrymas diſſoluatur in peius ruitur, vt enim alius bene de amore dixit. 14.

Albert. Mag.

Ouidius.

Quoque magis tegitur, tectus magis æſtuat ignis.

Ex ira prętcrea, & præſertim in teneris adhuc, & imbecil- 15.

libus

libus ex pudore ex inuidia erumpunt lachrymæ, vnde cum ad huiuſmodi paſſiones multo ſint procliuiores fæminæ,ac etiã pueri,inde prouenit,quod in lachrymis nimis ſint fæcundæ,ac proinde nõ eſt,cur in nimijs fęminarum lachrymis ad miraculum recurramns,ingenita quippe eis eſt ad lachrymãdũ vis: ſicq; Elegiacus poetaNympharum oculis Marſiam lugentibus flumen eodem nomine dictum elegãter cecinit his carminibus.

Ouid. *Fertilis immaduit, madefactáq; terra caducas.*
Concepit lachrymas, ac venis perbibit imis,
Quas vbi fecit aquas vacuas immiſit in auras,
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor,
Marſia nomen habet phrygiæ liquidiſsimus amnis.

16. Confirmari inſuper poteſt,quam facilis ſit in mortalibus lachrymarũ vſus ex
Rup. eo quod Rupertus adnotauit lib,1.inCant.cant.c.6. *In vtero* (inquit) *nos ita natura formauit, vt genua genis oppoſita ſint vnde & à genis genua dicitur, inde enim cohærent ſibi & cognata ſunt oculis lachrymarũ indicibus, & miſericordiæ, denique complicatum aiunt, gigni, formarique hominem, ita vt genua ſurſum ſint, quibus oculi formantur, vt caui fiant & reconditi, & inde eſt, quod homines, dum ſe ad genua proſternunt, lachrymantur; voluit enim nos natura maternũ rememorare vterũ vbi cõſedebamus in tenebris, antequã veniremus in lucẽ: profecto qui cauſam ſcienter attendit; ille ſcienter atq; rationabiliter laudat & approbat Sãctis cogitationibus familiare eſſe genua frequẽtius excelſo Deo curuare, & genas lachrymoſas genibus curuis applicare, vt reſpiciat, ac cogitet creator habitans in excelſis; qualiter nos in vtero formauerit, licet enim hæc Deus celet in corde*
ſuo Iob. 10. ſciò, quod vniuerſorum memineris, tamen hæc nos illi opponere culpã minuit & veniam promeretur. Iob.
In fæminis quoque adhuc magis eſt aſſuetus lachrymarum vſus: viros enim, ſi quos ad lachrymandũ pronos inuenimus vulgari iam loquẽdi cõſuetudine fæminas nuncupamus: vnde irridẽda fabella anſam arripuit de Ioanne 8. Anglo Pontifice Romano, qui poſtea in Pontificatu dictus eſt Benedictus Tertius, vt ſeſe in doctis mentibus ita inſinuaret,

Digitized by Google

vt illum fæminam dicerent, & crederent, cum res adeo à vero abeſſet, vt inter hunc & Leonem quartum nullus alius Romanus Pōtifex, ſed quindecim tantū dies interceſſiſſent vacantis ſedis Romanæ, & inſuper Anaſtaſius Bibliothecarius, qui eodem conuixit tempore, ſeriemque omnem Romanorū Pontificū intexuit, ſtatimq; poſt illum Ademarius, Hamonius, Regino, Cōtrattus, Lamberthus Otho, alijque permulti idem ex profeſſo ſcribentes, & ſollicite indagantes nihil tale deprehenderunt, ſoluſque Platina, aut alius in eo, qui fabulam inſciēter Pandulphi ſcriptis in margine adiecit, cōmentum hoc prodidit, nec tamen firmauit, cum illum Moguntinum dicant, cum tamē Mogūtia inſignis ſit Germaniæ vrbs longe ab Anglia diſtās, & illū pariter Anglū agnoſcant; mitto illū biennio vixiſſe ſicut aſſerunt, cum tamen inter Benedictum Tertium, & Leonem Quartum quindecim tantum dies (vti diximus) vacātis ſedis interceſſiſſent; mitto itē pleraq; alia figmenta, quæ circa hoc apud citatos authores videre poteris. Errori tamen, vt ad inſtitutum redeamus, anſam præbuit, quod iſte Ioannes Octauus valde pius erat, & ad lachrymas veluti fæmina valde pronus, & proinde ab aulicis, & curialibus minus modeſtis quam par erat in ſummum Pōtificem, lachrymoſa mulier nominabatur, hæc eſt fæminis inſita ad lachrymandum, & quaſi cōgenita vis. Scio Luitprādum Ticinienſem aliam fabellæ adſcripſiſſe cauſam, ex Theodora videlicet ſcorto, ad cuius nutū, Rauenna, Bononia, & Roma mouebātur, quę cūm ſocrus eſſet Alberti Etruriæ Principis, per illius poteſtatē Ioannem Decimū tertiū ad omnes euexit præfecturas, & dignitates, & tādem in ſuprema ſede locauit, vnde cū iſte Ioannes Decimus tertius mitis eſſet, & nimiū à Theodora pēdēs, inde vulgus illā Papiſsā, Ioannē fæminā, dictitabat: niſi velis, quod Ioānis Octaui tēpore mulier quædā Mogūtina extitit cōcionatrix, & quæ clericos, atq; alios edocebat, Papiſſaq; dicebatur: circa hæc aliquātulū ſpatiari libuit, vt interim ad lachrymas recurramus.

Anaſtaſ.

Ademarius. Hamonius Regino. Cōtrattus Labermthus. Otho.

Luitprādus. Ticinienſis.

16. Neque ſola hac vſitata apud nos loquendi conſuetudine cõtenti rem illuſtrare poſſumus deſumpto ex diuinis litteris teſtimonio, vbi infirmiores, & molliores homines mulieres textus ſacer nominat. Sic Rupertus Abbas in cap. 1. Micheæ explicat. *Mulieres populi mei eieciſtis á domo deliciarũ, á paruulisearũ tuliſtis laudẽ meã in perpetuũ.* Sic enim habet: Quomodo mulieres, (inquit) populi mei eieciſtis à domo deliciarum ſuarũ, & à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuũ: quænam erant mulieres populi mei, niſi homines infirmiores in vobis, qui populus meus eſſe debuiſtis? Et quamuis ſpiritualis ſit iſte ſenſus, merito in hanc cõfirmationem adducitur; neque enim mulier virili veſte, nec vir veſte muliebri induetur, iuxta legem Deuteron. vnde ſi qui lachrymis, quæ fæminas decent, & quibus aſſueſcunt, vtuntur, inter fæminas potiusquam cum viris nominentur. Mulier enim ad lachrymas nata eſt dixit Eurip. in Med. at vero viros alloquitur Horat. in Epod. in 16. *Vos quibus eſt virtus muliebrem tollite luctum.* Et Tertul. in libro, quem ſcripſit de habitu muliebri, docet, lugere, pænitere, & omni ignominiæ potius, & ſatisfactionis habitu in recompenſationẽ primi Euæ delicti vti decere potius fæminã, quã ornari, vbi late de hoc cum videre poteris. Quod idem Plato de Rep. Dialog. 3. docuerat dicẽs *Lachrymæ à claris viris auferendæ ſunt, mulieribus autem tribuendæ, quæ omnium, quæ ſunt animata, & mẽtẽ habent* (ſicut dixit Euripid in Medæa) ſunt miſerrima planta, non tamen ſic auferendæ à viris ſicut, Anabaptiſtæ, qui ſecuti potius Sthoicam, quam Chriſti diſciplinam mortuos deplorandos negabant, cum tamẽ Eccleſiaſtici 38. dicatur. Fili in mortuũ produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare. Quid ergo mirum, quod Matris Monicæ lachrymæ vbertim ab oculis effluentes ſupernaturale donum non ſint, ſed potius fragilis muliebris naturæ defectum præ ſe ferant, quæ emortuũ natum deplorabat.

Rupert. Michea. 1 — Euripid. Horat. Epod. 16. — Tertul. — Plato. — Euripid. — Error Anabaptiſtarum. — Eccleſiaſt.

Accedit denique in prædictorũ cõfirmationẽ quoniam deuotæ mentis pabu- 17.

Digitized by Google

lum lachrymæ ſunt, ita familiares lachrymæ ſunt, & domeſticæ deuotis mētibus. Quid mirum ergo, quod Sācta Mater Monica, & deuotione excitata, & filij pia miſeratione materno commota affectu in lachrymas erūperet inſignes. Aſſumptū multis latiſſime illuſtrare poſſumus. Et præmiſſo lachrymarum anteſignano Hierem. ſit primus Regius vates Dauid, qui lachrymas pro pane habuit die, ac nocte, verſas nimirum in panes potius quam in aquas, vt inquit Pater Auguſtinus, ne ſitim extingere viderentur, ſed augere; idem etiam, qui cinerem tanquam panē manducabat, & potum cum fletu miſcebat, Pſalm. 27. lachrymarum panes veſcebatur die ac nocte, dixit Hieronimus ad Euſtochiū virginē laudans Paulā, vt æternū panē Angelorū veſceretur: ſitienti autem illū fontem, quem quia bibere non dum poterat, auidius ſuas lachrymas manducabat, non amaritudo, ſed ſuaues panès factæ ſunt lachrymæ. Auguſt. Pſal. 41. & ad Pſal. 197. quaſi reddens rationem huius ſuauitatis ac dulcedinis,

Pſal. 41.

Auguſt.

Pſal. 27.

Hieron.

Auguſt. Pſal. 14. & Pſal. 197.

quam experiuntur iuſti in epulis lachrymarū, inquit: *Hic vnde gaudemus?* & reſpōdet: *de ſpe: ibi*, hoc eſt cęleſti patria, *vnde guademus?* & reſpondet, *de re*. Ex eius ergo mente ſpes eſt, quæ dulces efficit lachrymas iuſtorum, & idcirco addit, dulces ſunt & ipſæ lachrymæ, & pro cibo tibi erunt, quia factus eſt & ipſe tibi panis die ac nocte: & explicans illud Pſal. *Labores manuum tuarum manducabis*, inquit: *Nemo manducat labores ipſos, manducat tamen fructum laborum ſuorum, ſeu mercedem eorū: laborat quis in vinea, ipſum laborem non mād ucat, ſed quod inde naſcitur; quid ſibi ergo vult hoc? modo labores habemus, poſtea fructus, ſed quia & ipſi labores non ſunt ſine gaudio, propter ſpem labores noſtri iucundantur, & lætus nos de ſpe reddunt; multū tamē intereſt inter ſpem, & rem: vnde ſi ſpes tam dulcis eſt, quāto erit dulcior res?*. Hæc ex Auguſt. collegiſſe ſatis.

18. Obijcitur.

Cæterū contra hanc doctrinam videtur omnem è lachrymis dulcedinem tollere natura ipſa lachrymarū quę cum ſuapte natura ſalſæ ſint, & amaræ, quænam eis dulcedo in eſſe poteſt, quod

efficatius

efficacius locum habebit in ijs, quæ pro peccatis, aut proprijs, aut alienis effunduntur, in quibus ſola amaritudo ſine dulcedine reperitur. Vnde recte Origen. adnotauit Leuit. 5. quod, licet in cunctis ſacrificijs ſimilæ, thus, & oleum adhibenda forent, neutrum tamen adhibendum erat in ſacrificio pro peccato, in quo nec oleum lætitiæ, nec thus ſuauitatis imponitur, ſed qui priſtina peccata deteſtatur, ſicut Regius vates, poculum cum fletu miſcet, & lectum lachrymis rigat, rugitque à gemitu cordis ſui. Hæc Origen. quibus reſpondet Bernard. tractatu de contemplatione mundi, iuſtorum lachrymas dulces eſſe, & fælices, quia illas benigne manus conditoris abſterget, nõ aliter enim quam aquæ maris rubri Ægyptios cooperuerunt, ſic aquæ piarum lachrymarum obruunt peccata: hæc ergo dulcedo eſt, hæc fælicitas: qui enim euntes cum fletu miſcebant ſemina ſua, Pſal. 125. venientes iam quando priora tranſierint, venient cum exultatione portantes faſciculos ſuos, quos cum lachrymis collegerunt, quas ſpes futuri gaudij dulces effecit.

Origen. Leu. 1. — Origen. Bernard. Apoc. 7. verſ. 17. — Pſal. 25.

Vt enim multa lætitia, teſte Bernardo Serm. 56. in Cant. & exultatio multa nimis, cum vita venerit, ſic tãtæ lætitiæ ſpes nequit eſſe ſine lætitia. 19.

Bern. Serm.

Obiter, & vltimo pro hac parte illud meminerim, Deũ iuſtos ſuos, & dilectos non paſcere in præſenti delicatis cibis, nec exquiſitis obſonijs, ſed aſperis, pane ſcilicet lachrymarum, & ad ſummum ruſticanis cibis. Adeſt in cõfirmationem locus Dan. 14. Qui in lacu leonum conſtitutus poſt lachrymarũ conuiuium, quod proculdubio animi pariter, ac loci amaritudo miniſtraret, paſcitur à Deo ruſticanis cibis, qui ruſticis meſſoribus deferebantur, adducente Angelo Habachuch Prophetam in eum locum, nec eſt dedignatus tantum miniſtrum pro vili cibo adducere. Non aliũ cibum exulans Elias, & fugiens à facie impiæ Ieſabelis petijt á muliere Sareptana, ad quam miſſus eſt à Deo, 3. Reg. 17. ſed illi dixit dà mihi ſubcinericiũ panem paruulum: & 3. Reg, 19. in deſertum abiens cum fame ex- 20.

Dan. 14. — 3. Reg. 17. — 3. Reg. 19.

animatus ſediſſet ſub vmbra iuniperi, aſtitit ei Angelus ſubcinericium panem, & vas aquę porrigens: Quid aliud Eliſęus (4.Reg.4.) prophetarum filijs apponi præcepit, vt veſcerētur, quam herbarū ollā: Addiderim quod Leuit. 23. dicitur, *Quod omnis anima peribit, quæ non fuerit afflicta die hac.* Ita lachrymis, & amaritudini aſſueſcunt iuſti, ita domeſticos habent oculorum, & pariter animorum fletus. Quid ergo mirum, quod Sanctiſſima Mater Monica lachrymarum pane educata citra omne miraculum fauente in lachrymas fæminea imbecilitate in eos excreuerit lachrymarum imbres, dum quotidie ab erranti filio Auguſt. obijciebat. Vbi eſt Deus tuus & his pro hac parte contenti cæteris parcimus, ne vos etiā noſtra hac huius actionis parte propoſito ſtipendio videar ad lachrymandū, & non ad arguendum conducere. Aliqualiter ſane hęc oſtendunt non è cæleſti dono, ſed ex fæmineæ naturæ defectu profectas eſſe Monicæ lachrymas, vt tamē flumina iterū ad mare redeant eas cæleſte donum ſuadere,

4.Reg.4.

Leuit.23.

& comendare non erit adeo difficile, & expendenti, quæ ipſe Auguſt. varijs in locis de matris lachrymis ſcripta reliquit ad manus veniet pro hac parte illuſtris comendatio, nam 3. confeſſ. capit. 11. ita inquit. *Videbat enim mortem meam ex fide, & ex ſpiritu, quem ex ſe habebat & exaudiſti eam Domine; exaudiſti eam nec deſpexiſti lachrymas eius cum profluentes rigarent terram ſub oculis eius in omni loco orationis eius, & exaudiſti eam.* Accedit etiam id, quod quidā Xiſtus deſcribens Matris Monicæ vitam tradidit, habetur in operibus Patris Auguſtini in noua editione Tomo 10. (*Dū autem quadam die præuenta & viſitata à te Domine beneficia tua, quæ tu in carne humano generi clemens exhibuiſti Ancilla tua conſideraret tantam gratiam, tantamque lachrymarum copiam torculari tuæ crucis expreſſam in paſsione tua adinuenit, quod veſtigia eius per Eccleſiam lachrymæ de ſuper pauimentū effluentes oſtendebant, & quo plus ab afluentia lachrymarū hortabatur deſiſtere, tāto plus fluuius lachrymarum oriebatur*) Quæ miraculoſa lachrymarū vis quāto ſe ſupra naturæ vires efferat ſatis apparet nec

Aug.

3. Confeſſ. cap. 11.

Xiſtus

Tom. 10.

alicui

alicui mirum videri debeat, ſi hoc vno loco conuictus, quando & multa alia, quæ cogant, nõ ſupereſſent, Mónicæ lachrymarum donum conceſſum prædicem. Quid aliud enim eſt ſpiritus Sancti donum, quam quoddam ſpirituale ornamentum, ſiue potius habitus quidam, quo quis afficitur, vt ſequatur inſtinctum ſpiritus Sancti per ordinem ad heroicas actiones: vt docent Theologi cũ D. Thoma 1.2.q.68. & in 3. d.44. vbi cæteri Theologi cũ Magiſtro: quæ ideò dicuntur dona, & à plerisque Theologis diſtinguũtur à virtutibus infuſis, quæ verſantur circa eadé obiecta, quia habent diuerſum modũ attingédi obiecta: enim verò donum attingit obiectum modo ſuperhumano, & in tali gradu excelléti, ad quem regulariter virtutes infuſæ ſine ſpeciali inſtinctu, & motione SpiritusSancti non attingunt, & ratione huius peculiaris inſtinctus, & motionis dicuntur dona, quod nunc ex Theologis probatũ ſupponimus. Sane hac Theologia præmiſſa recte ſacros lachrymarum imbres pro filij ſpirituali ſalute aſſequenda donum dicam pietatis ex peculiari inſtinctu, & motione Spiritus Sancti exortum.

Quid ſit donum Spiritus Sancti

D. Thom. Magiſt.

Dona à virtutibus infuſis diſtincta.

D. Thom. D. Bona. Caiet.

Solebant apud Iudæos Proſelyti recens conuerſi, & adhuc detenti in labe, & ſordibus peccati, profundũ adire locum, quem lachrymarum vallem, ſeu Gehennam dicebant, in qua fons erat, cuius aqua primũ abluti, & poſtea amicti veſte candida in templum Hieroſolymitanum in edito vrbis loco ſitũ paulatim conſcendebant, & inter aſcendendum pariter cum precibus ad Deũ emiſſis lachrymas effundebant. Quem ritum ſpectaſſe videtur idem Pater Auguſtinus cum Eccleſiam catholicam ſoliloq. libr. 1. capit. 42. lachrymarum vallem dixit, quia nimirum in ea ſacrum luſtralis aquæ fontem inuenit, quo veteres abluit peccatorum ſordes amictus pariter alba veſte, & tunc in lachrymarum fluuios erupit. 21.

Iudæorum mos circa proſelytos

P. Aug.

Eoſdé pariter lachrymarũ gradus de filij ſalute Mater anxia aſcendebat elargiente diuino ſpiritu in ea pietatis officia tam fertiles lachrymarũ imbres, vt ita Auguſtinũ proderet in lucem

23.

vnde flebat (inquit ille Confeſſ. lib. 5. cap. 8.) & neſciebat ideo flebat, & eiulabat, atq; illis cruciatibus rea mõſtrabatur reliquiarum Euæ cũ gemitu quærẽs, quod cũ gemitu pepererat hæc Auguſt. Ex quibus vide quæſo quam bene in collachrymãtem Monicam quadrent carmina illa Magni Patris Felicis Ennodij in quibus parẽtum in filios cura commendatur.

Ennod. Epigram. 150.

Vt valeant aquilæ formatos prodere fætus
Vitalis tenerum frangit ſopor in ſitus ouum.
Tunc pius arctatam lacerat pater impiger ædem.
Vt pariat rurſus ſtudio, quos edidit aluo.

Quis ergo Eccleſiæ ſtudioſus Auguſt. Eccleſiæ cæleſti dono datum non fatebitur, quis Monicæ lachrymas tanti muneris impetratorias non extollet, vt interim cũ eodem Ennodio nõ decantet.

Epigram. 149.

En ſine nube pluit ſub tectis imbre ſereno,
Et cæli facies pura miniſtrat aquas.

Vt iã pleno ore è cæleſti rore profectas probem Monicæ lachrymas.

Neq; eſt hoc fundamentum, vt mox apparebit philoſophicis rationis deſtitutũ is enim fuit in humani corporis ſtructura, & fabricatione naturæ ordo, vt elemẽta ipſa ex quibus coaleſcit in ſenſibus ipſis nõ arte dictãte, ſed ſuppeditante natura eſſent artificioſe deſcripta in oculis enim natura ignis, in auribus, & naribus aerea, in guſtu aquea, in tactu terrea ſic cernitur, acſi nulla alia permixtim in eam veniret cõpoſitionem, & inde prouenit, vt cũ oculi ſint igneæ naturæ humore è cerebro, quem lachrymam eſſe diximus, profluente lædantur: vnde teſte Plinio lachrymatio eſt morbus oculorum, cũ ſcilicet nimius oculos male agit humoris deſcenſus, diciturq; græce ἐπιφορα, Et iã latino vſu Epiphora cui morbo teſte eodem Plinio, caropeponum ſatis eſt ſalubris: poſita ergo iam hac philoſophandi ratione aperte cõſtat oculos lædi aſsidua collachrymatione, & præ nimia lachrymarum affluentia quandoq; excæcari, vnde iam, quod lachrymæ ita terrã irrigarent, vt lachrymãtis veſtigia impreſſa redderent

Naturalis ordo in corporis humani formatione.

Plinius.

rent ſpectantibus, quin oculi excæcarentur potius cæleſte donum dicam, quam naturæ defectum, quæ in tam inſigne lachrymarum portentum ſine ſpiritus cæleſtis dono non erumperet.

24. Deinde, teſte Galeno, lachrymæ ſunt ſorum ſanguinis: ergo ſicut quis nimia ſãguinis effuſione extabeſcet, quod necis genus delegit Seneca, dũ ſibi morte à Nerone ſtatuta deligendæ mortis optio cõmittitur, ita quoq; nimia lachrymarũ effuſione, ſpectata ſola naturali virtute, interiret: Quod ne Romanis fæminis contingeret à Patribus ſtatutũ eſt, vt luctus, & lachrymæ ob Cannenſem cladem nõ vltra triginta dies extẽderẽtur; quod inſuper & fabuloſa cõmenta prodiderunt, nã ob nimiã lachrymarũ effluentiam ob incæſtuoſum fratris amorẽ extinctam Biblin. & in eiuſdem nominis fontem conuerſam eleganter Poeta his carminibus fabulatur.

Ouid. Metamorphoſ.

Sic lachrymis conſumpta ſuis Phæbeia Phillis
Vertitur in fontem, qui nũc quoque vallibus iſtis
Nomen habet dominæ, nigrąq; ſub ilice manat.

25. Et eadem ex diuinis oraculis longe à poetarum figmentis firmiora redduntur, dum lugentes introducuntur oculi Ieruſalem Theren. 2. & præ multitudine lachrymarum iam nõ potentes ſubſiſtere. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, effuſum eſt in terra iecur meũ*: id eſt, propter nimium fletum extabui, ſic enim vertit ex Hebræo Sãctes Pagninus, propter lachrymas, ſeu in lachrymis, vt vertunt Septuaginta, ſemper enim idem ſenſus efficitur. Ergo tã heroicæ lachrymæ merito cæleſti dono cõmendantur, & non ex naturę fragilis imbecillitate exortæ dici debent, & quaſi ad ſupplendum hunc naturæ defectum dicebat: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* Antecedens vero, pro quo adductus eſt Galenus, illuſtrioribus etiam ſe patronis tuetur, Hilariumque dico, & Gregorium Niſſenum pro ſe habet: nam ille 10. de Trinitate lachrymas dixit ſudorem dolentis animæ: ſicut enim per ſudorem latens intus calor noxius aliquando expellitur, ita & per lachrymas animæ mæror allena-

Thren. *Sanctes. Pagnin. Septuag.* *Hilar. Gregor.* Lachrymæ ſudor dolentis animæ.

Gregor. Nyſſen. Orat. de Placilla.

tur. Gregorius verò in oratione de Placilla, *Lachrymæ* (inquit) *ſunt ceu guttæ ſanguinis profluentes è cordis vulneribus*. Nihil ergo elegantius, aut accommodatius vtraque hac ſimilitudine dici potuit, quo oſtẽderetur, quam exiguus ſit, quamque difficilis lachrymarum fluxus: quis enim, aut ſudorem, aut guttas ſãguinis é corde profluentes in eam dicat excreſcere magnitudinem, vt poſſint impreſſa reddere veſtigia ſpectãtibus? Nota autem hac eadem locutione, qua lachrymæ dicuntur guttæ ſanguinis, vſum fuiſſe ſupra Hierem. Thren. 2. dũ dixit) *effuſum eſt in terra iecur meum*, vt oſtenderet ſe iam de vita nihil curare, dixit ſanguinis fontem, id eſt, iecur, effuſum eſſe in terra; Et hoc vt probaret grãdem fletum, & nimiam lachrymarum profuſionem, dixerat enim immediate: *Defecerunt præ lachrymis oculi mei*: & poſtea addidit, & fons ſanguinis, id eſt iecur, effuſum eſt in terra: ſicq; eleganter etiam Anaſtaſius Nycænus lachrymas pias in lib. quæſtionũ in ſcripturã q. 8. ſanguini Martyrũ æquiparauit, quoniam (inquit)

Hierem.

Anaſtaſ. Nycænus.

vtrumque ex noſtra ſubſtãtia Deo offertur. Deinde idẽ inſtitutum ex mente Seruatoris Chriſti poteſt confirmari ex Ambroſio. Nã quęrenti Chriſto Domino apud Matth. quiſnã ex duobus debitoribus illis parabolice adductis plus diligeret, quãdo phariſæus interrogatus reſpondit, æſtimo, quia is, cui plus donauit, in quo recte ex ſententia Seruatoris Chriſti iudicauit, inquit Ambroſ. quaſi diceret: *Facilis eſt vſus aquarum, ſed non facilis lachrymarum effuſio, tu promptis non es vſus, iſta effudit nõ prõpta lauans lachrymis pedes meos lauit maculas terſit comis*. Ergo cum ex ſentẽtia Chriſti Domini non ſit facilis, ſed difficilis lachrymarum effuſio, cur nimiam Sãctiſſimæ Matris Monicæ lachrymarum affluentiam, quibus terra, ac pauimentum in omni loco orationis irrigabatur, nõ dicam è cæleſti dono potius, quam ex fœmineæ naturæ defectu exortã: præſertim, quia non flebat fatali funere extinctum natũ, ſed carni viuum, & Deo mortuum, ſicque vt ſpiritu viueret, & ad Deum accederet ſupplex cum lachrymis poſtulabat?

Ambroſ.

Si ampli-

Digitized by Google

26. Si amplius ex diuinis oraculis coniectari velimus, adhuc difficiliorem lachrymarum vſum reperiemus, quid enim dicitur Ezech capit. 9. *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Tau. ſuper frontes virorum gementiũ, & dolentiũ ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.* Vide autem quam pauci reperti ſint, qui gladiũ Dei cum lachrymis, & dolore effugerint: ſane non eſt facilis, ſed difficilis lachrymarum vſus. *Et eſt Deus* (inquit Marcus Eremita in libello de lege ſpirituali) *qui tangit oculos cordis noſtri cum lachrymas profundimus*, quas eleganter Cæſarius Arelatenſis Homil. 34. quartam remſſio nem dicit eſſe pro peccatis.

Ezech.

Marcus. Eremita. Cæſarius Arelatenſis.

27. Lachrymis præterea nihil eſt, quod citius areſcat, ſi nimirum naturales tantum vires, ſeu potius natiua humani corporis imbecillitas ſpectetur: à quo ergo tã inſignes erunt, tamque vberes, lachrymarũ imbres, niſi ab illo ſupremo vitæ fonte, ad quem de ſpirituali vita filij anxia mater inhiabat? Ideo forte, quia rariores ſunt, ac ſteriliores lachrymarũ fontes, tanti fiũt & ipſæ lachrymæ, vt illas Bernardus ſuper canticũ iam Angelorũ vinũ dicat, iam Angelorũ delitias; & Caſſiod. ſuper Pſalm. animarum cibum, corroborationem ſenſuũ, refectionem mentium; & in humanioribus litteris ex Suida Artemidoro, & alijs, lachrymarum affluentia ſub vnionis hieroglyphico adũbratur, ſumpto à coniectoribus indicio, qui per vniones in ſomnis viſos lachrymarum fluxũ interpretati ſunt, vel quod vniones duritie cũctos alios pretioſos excedant lapillos, vel quod rariores, vel quod maioris ſint, ac præſtãtioris valoris. A quo, quæſo, tã inæſtimabiles geminæ, tãta vnionũ vbertas, à quo fluuius iſte lachrymarũ egredietur? Nõ ab alio, quã à voluptatis paradyſo cæleſti dono irrigato oriri poſſet. Hæ profecto ſunt lachrymæ, quas Chryſoſt homilia 6. in Matth. exigit, quæ nõ oſtẽtationi proficiunt, ſed ſaluti, quæ funduntur occulte, quæque in illo dolore profluunt, quæ intra conſcientiæ theſaurum & pectoris arcana celãtur, quæ per afflictas genas nullo homine teſte voluuntur, quæ ſummo in ſilentio &

Marc. Anton. Natta de immortalit. anim.

Bernar.

Caſsiod.

Suida Artemid.

Lachrymæ per vniones ſomniatæ.

Chryſoſt.

quiete deſiliunt, quæ ex intimo cordis ebulliunt, quæ ex tribulatione, & dolore naſcuntur, quæque ſolius Dei oculis offeruntur: Et ibi loquēs de Annæ lachrymis, de qua 1. Reg. 1. dicitur, *Quod tantummodo labia eius mouebātur, vox autem eius nō audiebatur* (inquit) *Solæ quidē lachrymæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem, & idcirco eius ſterilitatem mutarunt in fæcunditatem, & veluti è duro ſaxo agrum fertilem reddiderunt*; Nec mirū; nam *Interdum lachrymæ pondera vocis habent.* *Ouid.*

28. Fleuit ergo Sanctiſſima Monica nō fatali funere extinctū natum, ſed communi hac luce fruentem, a Deo tamen recedentem, & idcirco quaſi emortuum lachrymata eſt, & vt ad Deū accederet deprecabatur anxie. Eximium illud ſane fuit in parentes elogiū pietatis, quod refert Sabel. libr. 5. *Sabel.* Morti enim deſtinata ingenui ſanguinis fæmina à prætore carceri incluſa ſeruabatur: vt ſic fame potius lente extabeſceret, quam aliter ferro violēter occumberet: interim natæ permittitur, vt matrē inuiſat: explorato tamen diligenter, nequid cibi deferat: inuenit tamen naturalis pietas nouum mutata vice ordinem, vt quæ vbera matris ſuxerat, eadem vbera matri porrigat, & genita matrem paſcat: defertur res à cuſtode ad prætorē: vni laudem maximam, alteri vitam tribuit. Non eſt etiam comendatione indignum Agrippinæ exemplum relatum ab Æliano libro 12. Is enim in filiū Neronem erat matris animus, & pius affectus, vt dum imperium eidem Domitio Neroni filio ambitioſe imprecata Deos ciſcitatur an filius imperium aliquando gerat: agnoſcenſque futurum tandem, vt natus imperet, cæterum, vt tunc etiam matrem interficiat: reſpōdeat materno amore veſana fæmina: interficiat, modo imperet. Cedant hæc, & ſimilia barbaræ dilectionis portenta: quē prius Monica lactauerat, lactatū potauit lachrymis, & lachrymarum pane abūde pauit. Cūq; iam filiū Auguſtinum relictis Manichæorum erroribus, imo & eremitam videret, nō dixit, interficiat modo imperet, ſed fili mi nulla re iam delector in hac vita, cū te terrenis

Piatas filiorum in parentes.

Parentum in filios.

Ælian.

post

poſthabitis ſæculi curis videam ſeruũ Dei, etenim ſeruire Deo regnare eſt: Qui 4. Reg. 20. per Iſai. dixerat Ezechiæ (*Vidi lachrymam tuam*). vidit quoque merentis, ac lugentis matris lachrymas, quas, & vt effunderet largiebatur, & vt pariter tãquam humilium voces axaudiret: cadebant ſupra pauimẽtum, ſed illico veluti vniones, ac gemmæ coruſcabant: imo veluti diuinũ aliquod pharmacum extinctum iam penè natũ ad vitam à qua ceciderat reuocabant. Quod ſimile dixit D. Petrus Chryſologus explicans verba illa Matth. *Lachrymis cæpit rigare pedes eius.. En mutatur ordo rerũ pluuiam terræ cælũ dat ſemper, ecce nunc rigat terra cælum, imo ſuper cælos, & vſq; ad ipſum Dominum imber humanarũ proſilit, lachrymarũ, ut iuxta Pſalmum* 148. *Etiam de aquis fletuũ cantetur illud. Et aquæ, quæ ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini: oh quanta vis in lachrymis peccatorũ, rigant cæli, terrã diluunt, extinguunt gehennã, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiã.* Hæc ille. Sicut enim idẽ Chryſologus ſermone 32. de manu arida ad Chriſti imperiũ reſtituta inquit) Agnouit pæna iudicem, opus, Deum indulgentia prodidit conditorem.

Iſai. · *D. Chryſol.* · *Pſal.* 148. · *D. Chryſol*

29. Oh quanta vis exclamare tandem poſſumus in Monicę lachrymis pro filij Auguſtini ſalute cæleſti dono effuſis: de ſuper pauimentũ effluebant, & inde ad cælum vſque meruerunt cõſcendere, in ipſis impreſſa quidem apparent veſtigia lugentis, ſed magis impreſſa redditur pietas diligentis, irrigabant pariter terram, atque animũ Auguſtini, de quo aliquando id, quod cum lachrymis ſeminauerat, erat cũ ſuauiſſimi fructus dulcedine colligendum. Non iam dicantur lachrymæ, quæ alterius miſeratione erumpunt ad prodeundum tardiores quales dicebat Seneca, & ad exareſcendum faciles, licet enim is ſit communis naturæ ordo, quæ tamen ſupernaturalem habent auctorem, & è cæleſti dono emanant, & facile erumpunt, & difficile coercentur, vnde quanto plus ab affluentia lachrymarũ hortabatur deſiſtere, tanto plus fluuius lachrymarum oriebatur, & hæc de quæſtione dicta ſufficiant.

Magna lachrymarũ vis. · *Seneca.*

QVÆ-

QVÆSTIO TERTIA SCHOLASTICA DE IVSTITIA DIVINA.

Vtrum inter Deum, & creaturam vera ratio iuſtitiæ reperiri poſſit?

Prima pars diſputationis

De acceptionibus, & partibus iuſtitiæ, de qua diſſerendum eſt.

Communiores iuſtitiæ in genere acceptiones proponuntur. Articulus primus.
Obiectum iuſtitiæ in ea generali acceptione traditur. Articulus ſecundus.
Definitio. Articulus tertius.
Partes potentiales iuſtitiæ virtutis Cardinalis, & quid requiratur, vt aliquid ſit pars poteſtatiua alterius ibidem. Articulus quartus.
De partibus ſubiectiuis iuſtitiæ virtutis Cardinalis, & diuiſione ipſius. Articulus quintus.
Impugnatur ſuperior doctrina. Articulus ſextus.
Diſſoluuntur obiecta. Articulus ſeptimus.

ARTICVLVS I.

Communiores iuſtitiæ acceptiones proponuntur.

1. Quid iuſtitia ſignificet?

IVSTITIÆ nomen cum attēta ipſius ethymologia æqualitatē aliquam importet ex Diuo Thom. 2. 2. q. 57. art. 1. & in voluntate ſecundum rectam rationis regulam operante quædam æqualitas & proportio cū rectæ rationis regula reperiatur, fit, vt virtus, quæ hanc æqualitatem, & proportionem importat, dicatur iuſtitia, etiam ſi in latiſſima acceptione, ad quem

D. Anſel. ſenſum D. Anſelmus in lib. de veritate cap. 12. iuſtitiam dixit rectitudinem voluntatis: Et in hac acceptione, iuſtitia habet eſſentialem quã-dam, ſed genericam rationẽ virtutis: Omnisque ſimiliter virtutis actus, quatenus per eum is à quo elicitur rectæ rationi, legi ve, aut diuinæ voluntati cõformatur eſt iuſtitia: Sicq; ſtudioſi, & ſancti viri dicuntur iuſti D. Thm. 1.2. queæſt. 10. art. 2. ad. 2. Ariſtoteles 5. Ethicorum c. vltimo, cum qua acceptione multæ cõſonant ſacræ paginæ locutiones: ſic enim Deuter. 9. dicitur (*Nõ dicas in corde tuo propter iuſtitiam meam, introduxit me Dominus, vt terram hanc poßiderem*) Nam cũ ſacer textus reddat cauſam, ſeu potius duas cauſas propter quas Deus populum introduceret in terrã promiſſionis, nimirũ iniquitatem hoſtium obſiſtentiũ, & confirmationem diuini iuramẽti, additur (*Non propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingrederis, vt poſsideas terras earum, ſed quia illæ egerunt impie introeunte te deletæ ſunt, & vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt Patribus tuis Abraham Iſaac, & Iacob.* Quo loco pro iuſtitia, & æquitate cordis legit Pagninus ex Hebræo, habetur etiã in paraphraſte Chaldeo *Iuſtitiam, & rectitudinem cordis tui*, & Septuaginta, Sanctitatẽ cordis tui, qua enim acceptione cor dicitur iuſtum, dicitur æquum, rectum, & Sanctũ. Et Pſalmo 4. (*Sacrificate*) *ſacrificiũ iuſtitiæ*) idem fere ſenſus fit, eodẽ etiam locutus eſt Chriſtus D. Matth. 3. *Decet nos implere omnem iuſtitiam*, ideſt rectitudinẽ legis, & Matth. 5. (*Beati, qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiam*) & paſſim alibi idem ſenſus ſub ijſdẽ vocibus reperitur.

Margin: D. Thom. — Ariſtotel. — Deuter. 9. — Pagninus. — Chaldæus. — Septuaginta. Pſal. 4. — Matth. 3. — Matth. 5.

ARTICVLVS II.

Obiectum iuſtitiæ in ea acceptione traditur.

1. Ariſtotel. EX Ariſtotele citato locç 5. Ethicorum capit. 1. huius cõmunis iuſtitæ obiectum eſt iuſtum, nõ quidem (vt omnes bene aduertunt) prout iuſtũ recurrit cũ æquo, quod iniquo opponitur, & iniuriam inuoluit; ſic enim eſt obiectum iuſtitiæ particularis, quę eſt Cardinalis virtus, ſed prout iuſtum eſt idem quod

legiti-

legitimum, ſiue legi conſonum, aut præceptum recta lege: nam in hoc ſenſu, qui diſcedit à lege dicitur iniuſtus. In hac autem iuſtitiæ acceptione, quæ ſatis ampla eſt, &generalis, duo in iuſtitia reperiũtur, Primũ quod aliqua ratio debiti in ea reperiatur; ſecundũ, quod ſemper ad alterũ tendat: in primo diſtinguitur à metaphorica iuſtitiæ acceptione, in qua nulla ratio, aut ſimilitudo debiti reperitur: ſic Deus dicitur iuſtus etiam parcens impijs, expectanſque pænitentiæ tempus, cum tamen Deus & ſomnia impiorum, & vigilias iuſtorũ compenſare debeat. Deus autem dicitur iuſtus non quia reuera dum diſſimulat peccata hominum actum iuſtitiæ propriè exerceat, ſed quia iſti actus licet propriè tribuantur miſericordiæ, ac bonitati diuinæ, metaphoricè Deus in illis dicitur iuſtus. Vnde gloſſa ad illa verba Pauli ad Rom. c. 9. *Tu cõtemnis diuitias bonitatis eius, & patientiæ*: copioſa, inquit, eſt patiẽtia Dei, quæ tot, & tanta peccata ſuſtinet, & non cito punit, copioſa eſt longanimitas Dei, quæ non ſolũ ad horam eſt, ſed longa per multa tempora. Vnde rectè Tertullianus, vt oſtenderet nullã ex parte Dei interuenire rationẽ debiti ad tam lentè expectandum, in libr. de Pænitent. cap. 8. inquit. *Nemo deterior fit quia Deus melior eſt, toties deliquẽdo quoties ignoſcitur*: Vnde gloſ. Interlinealis ad illa verba Pauli ad Rom. 9. *Quid ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitũ?* habet, Diu expectati inexcuſabiles ſũt, quia ſcilicet ſine debito, aut obligatione aliqua expectauit, & ſuplicium diſtulit. In eo vero quod iuſtitia ad alterum tendat diſtinguitur ab alijs virtutibus, quæ perficiunt hominem in ordinè ad ſe, cum tamen iuſtitia illum perficiat per ordinem ad alterũ: ſumitur hoc diſcrimẽ ex D. Thom. ſecũda ſecundæ quæſtione 57. articul. 1. & quæſtione 58. articul. 2. Ab alijs autem virtutibus, quæ ſunt ad alterum diſtinguitur, quia debet reddere inſuper debitum ad æqualitatem, quod ſupponit, vt mox ex dicendis apparebit.

In quo propria iuſtitia diſtinguatur à metaphorica.

Prouerb. 6.

Ad Rom. 9. Gloſ.

Tertul. in lib. de Panit. cap. 8.

Gloſ. D. Paul.

Diſcrimen inter iuſtitiã & alias virtutes.

D. Thom.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Definitur iuſtitia.

1. De qua iuſtitia agatur.

IVXTA ſupradicta intelligitur definitio iuſtitiæ ab Vlpiano tradita in lege 10.ff de iuſtitia, & iure, quam ſequitur D.Thom. 2.2.q.61. artic.1. *Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuū vnicuiq; tribuens.* Vbi ius intelligit, vt proprie recurit cum æquo in ſecunda ſuprapoſita acceptione, dictio vero (vnicuique) indicat reſpectum , & ordinem, quem iuſtitia ad alterū importat, dicitur autem voluntas, quoniā tam iuſtitia, quam partes poteſtatiuę ipſius in voluntate reſident. Ex D.Thom.1.2.q.56.art.4. vt tamē definitio clarior fiat, & iuſtitiæ virtuti cardinali adaptetur, addi debet in pręcitata definitione, quod reddat vnicuique ius ſuum ad æqualitatem: vnde colliges tria ad rationem propriæ iuſtitiæ requiri; primū reſpicere alium, & ad illum ordinari, ſecūdum ei reddere debitum , tertium quod ſit ad æqualitatē: Et in hac acceptione iuſtitia eſt vna è quatuor virtutibus cardinalibus, de quibus Philoſophi , & Theologi agunt, tanquā de cardine aliarum omniū virtutum moralium, & de his D.Thom.2.2.q.47.

ARTICVLVS IIII.

De partibus poteſtatiuis iuſtitiæ cardinalis virtutis.

PROPTER ſuperiorem doctrinam reliqua omnes virtutes morales, quæ ſunt àd alterū ad iuſtitiam tāquam partes potentiales ipſius referūtur, 1.
enim vero , vt vna virtus ſit alterius pars potentialis, ſeu (vti dici ſolet) poteſtatiua, duo opus habet, primum, vt in aliquo conueniat , ſecundum, vt differat, ſeu deficiat in aliquo ſpectante ad rationem formalem ipſius virtutis, nā ſi primū non habeat, potius erit quid à tali virtute diuerſum, ſeu diſparatū, quā poteſtatiua pars ipſius, cum nullam in ſé cōtineat rationem, ſecundum quam prædictæ virtuti annecti queat, quod tamen opus eſt, vnde & virtutes, quæ ſunt partes potenntiales alterius, cōmuniter dicuntur virtutes alteri annexæ : ſi vero totā rationem formalem talis virtutis partici-

Partes potentiales, & virtutes annexæ, quæ?

participent, &ſolũ deficiant in aliquo alio extra rationẽ formalem ipſius, erit pars ſubiectiua illius, & non potentialis: vnde cõſequenter, vt aliqua virtus ſit pars poteſtatiua iuſtitiæ virtutis cardinalis debet cum illa in aliqua ratione communi conuenire, & inſuper deficere ab illa in aliqua ex illis tribus conditionibus ſupra aſſignatis, quæ prædictæ virtutis formalem rationem cõplent, videlicet, aut à perfecta ratione tẽdẽdi ad alterũ, aut à perfecta ratione debiti, aut à perfecta æqualitate: vnde ſiqua virtus exerceatur ſine perfecta tendentia ad alium, iam non erit pars ſubiectiua iuſtitiæ virtutis cardinalis, ſed potentialis, vt clarius apparebit in 2. parte quæſtionis, ſicq; etiam virtutes, quæ nõ reddunt debitum, illudq; ad æqualitatẽ, etiam ad iuſtitiam cardinalem, vt partes potentiales ipſius, virtutesq; ſibi annexæ reuocantur: ſic ſe habent religio erga Deum, pietas erga parentes, obſeruantia erga maiores, nã licet obſequium noſtrũ verè ſit debitũ Deo, imo, & multis titulis debitũ, ſimiliterque Parentibus, & Magiſtris, aut maioribus, illud tamẽ nũquã ad æqualitatem reddimus, aut reddere poſſumus. Ex D. Thoma q. 80. art. 1. Alia vero, quæ reddunt debitum ad æqualitatem, illud ue reddere poſſunt, quales ſunt liberalitas, veritas, affabilitas, amicitia, gratitudo, & ſimiles, ſiquæ fuerint, deficiunt à perfecta, formalique ratione iuſtitiæ, quoniam debitum, quod in talibus virtutibus interuenit non eſt verum, ac proprium debitum, ſed ſolum moralis quædam ratio debiti: ſic pariter in cæteris alijs virtutibus philoſophari licet, ſicq; fortitudinis (exempli gratia) partes potentiales dices, fiduciã, magnificentiam, patientiam, & perſeuerãtiam; prudentiæ vero partes potẽtiales Euboliam ad bene cõſulendũ, ſynedochen ad bene iudicandum, gnomon ad iudicandum extra iuris ſeueritatem, & rigorem cõmunis ſenſus, cum tamẽ ſubiectiuę partes ipſius ſint, Regnatio, politica, æconomica, & militaris, ſic temperantia partes habet potentiales clementiã continentiam, & modeſtiã, ſubiectiuas autem abſtinentiam, & caſtitatem.

Partes poteſtatiuæ quæ.

D. Thom.

Colliges

Digitized by Google

2. Colliges ex dictis nõ recte Aragon.2.2.q.58.art. 3. §.Etſi quis obijciat,& q.80. artic.1. & poſt eum Bañes citata q.58.art.5.6. & 7. ad 2.argum. Senſiſſe,dũ credũt partes illas iuſtitiæ, quas D. Thom.citata q. 80.art.1.appellat potentiales, quæ non deficiunt à vera ratione debiti,ſed tantum à vera ratioæ qualitatis,quales ſunt Religio, pietas,& obſeruantia, veram,ac propriam rationẽ iuſtitiæ participare, non tamen completam, & perfectam, quia ex ſua natura,& intrinſeca ratione habeant, quod nequeant ad æqualitatem compenſare, vnde inferunt eſſe quidem partes potentiales iuſtitiæ cardinalis, ſubiectiuas tamen iuſtitiæ generalis, à quo dicẽdi modo nõ longe eſt Suar.ſequẽti parte citandus, non placet tamen prædictus dicẽdi modus; quoniam vera, ac propria iuſtitia, non minus includit in ſua ratione formali, quod debitum ad æqualitatem tribuat,quam quod reſpiciat debitũ ratione cuius ad alterum tendat. Vnde, ſi de propria, ac vera iuſtitia loquantur, quomodocunq; illam appellent, diſplicet illorum placitum, ſi autem de iuſtitia accepta improprie, & in ea genereitate, quid noui dicunt,aut quid noui machinantur, vt verã rationem iuſtitiæ in ChriſtoDomino, & in homine iuſto reſpectu Dei ſuo modo adſtruant, ſiquidem , vt videbimus inſequentibus tãdem hanc, quã dicunt eſſe veram,ac propriem iuſtitiam,conuicti argumẽtis, fatentur nõ eſſe propriam commutatiuam , aut diſtributiuam, quam agnoſcimus , ſed alterius rationis, & ſuperioris ordinis.

Aragon. Bañes. D.Thom. Suar.

ARTICVLVS V.

De partibus iuſtitiæ virtutis cardinalis ſubiectiuis.

1. VIRTVTES verò, quæ verã habent tendẽtiam ad alterũ, veramq; rationẽ debiti ſupponũt, & verã ſeruãt æqualitatẽ in reddendo, ſunt partes ſubiectiuæ iuſtitiæ, quæ eſt virtus cardinalis,vnde inſuper, cum huiuſmodi debitum, & æquum , quod obſeruat eſſe queat, aut cõmune ſpectans,nimirũ,ad multitudinẽ,aut particulare,reſpiciẽs, videlicet, particularẽ perſonã. Iuſtitia virtus car-

Diuiditur iuſtitia virtus cardinalis.

dinalis prima ſui diuiſione, quædã erit legalis reſpiciens ſcilicet bonũ cõmune, quædam particularis, quæ reſpicit priuatum bonũ, ſicut etiã Ariſtotel. 5. Ethicorum cap. 8. duplicem prudentiam diſtinxit, monaſticam, & politicã, illa ſingularis eſt, quæ, cuiq; priuatæ perſonæ præſcribit quid faciendũ ſit, hæc cõmunis, quæ ſtatuit ea, quę in cõmune bonum tendunt, illaque ordinat ac dirigit: vnde priorẽ, quæ eſt in Principe dixit regnatiuã, poſteriorem vero, quæ reperitur in ſubditis dixit politicam, preſſe ſumpto vocabulo, ita vt regnatiuã excludat, quæ etiam quatenus in cõmune bonum per principis manũ vergit politica dici poteſt: ſic igitur quod ſuo modo ad quãlibet aliã virtutem moralem extẽdes) iuſtitia, ſi cõmune bonũ reſpiciat, legalis iuſtitia eſt; ſi particulares perſonas, particularis iuſtitia eſt: Eſt hæc legalis iuſtitia, quã Diuus Thomas 2.2. q. 88. artic. 6. docuit architectonice reperiri in principe, prout leges ſtatuit, quæ ad cõmune bonũ dirigunt: Et in ſubditis reperiri inferiori quodã modo, prout ſcilicet ipſi exequuntur Principum leges, & ſtatuta, illisque in commune bonum ſe accõmodant, & propter hãc cauſam dixi ipſam iuſtitiã regnatiuam ſuo modo etiã politicam dici poſſe, in communi tamen acceptione, cũ loquimur de iuſtitia, particularem iuſtitiam intelligimus, prout à regnatiua diſtinguitur.

Ariſt. Ethicor.

Iuſtitiaquę legalis dicitur.

D. Thom.

Non deſunt inter recentiores, qui aliter iuſtitiã cardinalẽ virtutem diſtribuant: dicunt ergo immediate diuidi in duas ſpecies ſubalternas, quarum vna vocatur iuſtitia commutatiua, ſiue iuſtitia æqualitatis, & quæ ſub ſe cõprehendit iuſtitã commutatiuã culparũ, & iuſtitiã cõmutatiuam cõtractuum, ſiue commerciorum, addunt vero alterã ſpeciem non habere vnũ nomen determinatum, poſſe tamen dici iuſtitiam excellentiæ, cõprehendereque religionem, pietatẽ & obſeruantiam, hancque ſpeciem dicit eſſe alia excellentiorem, non in communi vſu loquendi, in quo iuſtum ſupponit magis pro æquali, quod cõſtituit ignobiliorem iuſtitiam, ſed quaſi obiectiue maiorem habeat dignita- 2.

Petrus Ludouic. primarius Ebor. 3. p. q. 1. ar. 2. diſp. 9. ſect. 2.

tem

tem, ex nimia enim, & excelléti dignitate quæ reperitur in obiecto obſeruantiæ, pietatis, & religionis, prouenit, quod iuſtitia, quæ in his verſatur nequeat exactã æqualitatem obſeruare, vnde in illa, vt ſic non reperitur iuſtum ſimpliciter: bene tamē iuſtum ſecundum quid: addunt tamen hoc non tollere aliquid de propria, ac vera ratione iuſtitiæ.

3. Impugnatur dicendi modus. Illud ſanè in hoc dicendi modo mihi ſemper arduum viſum eſt: in primis poſſe eſſe veram partem ſubiectiuam iuſtitiæ virtutis cardinalis, illã virtutem quæ deficit in propria ratione iuſtitiæ æqualis, quod imprimis ego video cõtra doctrinam Philoſophi loco Ethicorum ſupracitato: deinde, quo pacto vna ſpecies poteſt excedere aliam contentam ſub eodem genere, ſi tamen deficit in participando formalem, & caracteriſticam rationem ſui generis, cum in primis prius deberet in ſe continere, integram, & formalem rationem ſui generis, & poſtea ratione ſolius differentiæ poſſet ab alijs ſpeciebus contentis ſub eodem genere diſcriminari, illaſque in perfectione excedere; Neq; obſtabit, ſi dicas cum rigorem obſeruandum neceſſario in phyſicis ſpeciebus, vt videre eſt in homine, & cæteris omnibus ſpeciebus contentis ſub animali, cum quibus homo vniuoce conuenit ratione animalitatis ab omnibus vniuoce participatæ, & à quibus per rationale diſtinguitur, ratione cuius cæteras omnes ſpecies longe ſuperat in perfectione: atvero in moralibus non ita rigoroſe philoſophandum eſſe, proindeque ſub quacumque æqualitate, etiam ſi non adeò exacta, poſſe reperiri rationem iuſtitię virtutis cardinalis, & inſuper hãc eo perfectiorem reperiri in huiuſmodi virtutibus, quo earũ obiecta perfectiora fuerint. Non inquã obſtat hæc ratio, quoniã cõformiter ad ea, quæ de phyſicis ſpeciebus ſub vno genere cõtẽtis dicta ſunt, vlterius procedere oportet in moralibus ſpeciebus, quas in virtutibus agnoſcimus, & cum primo ſupponamus, quod & docuit Ariſtoteles, & D. Thomas locis ſupracitatis, iuſtitiã cardinalẽ verſari neceſſariò circa iuſtũ nõ quale-

Ariſtot. | Obiectio. | Soluitur dubium. | Ariſtot. D. Thom.

cunq; ſed æquum quantum vna virtus ab æqualitate vera & propria defecerit, tantum à ratione veræ iuſtitiæ virtutis cardinalis recedat neceſſe eſt: Deinde illa diſtinctio, quæ aſſignatur iuſtitiæ cõmutatiuæ in cõmutatiuam culparum, & commutatiuã contractuũ, ſiue cõmercio-rũ an ſufficiens ſit ad diſtinguendas ſpecies? ex ſequentibus patebit. Tandem contra hanc ſententiam facit, quoniam libere aſſignat religionem eſſe virtutem iuſtitiæ cardinalis ſubiectiuam, cum à Diuo Thoma inter partes iuſtitiæ generalis numeretur, & idem dico de obſeruãtia, & pietate: D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1.

D. Thom.

4. Diuiditur ergo iuſtitia particularis ratione æqualitatis, quam ſeruat, & etiam (quod notauit bene Molina de iuſtitia, & iure diſput. 12) ratione debiti, à quo oritur, & in quo fundatur prædicta æqualitas, in cõmutatiuam, & diſtributiuam. Iuſtitia cõmutatiua eſt illa particularis iuſtitia, quæ vnicuique reddit illud, quod ei, quouis titulo debitũ eſt & in reddendo ſeruat proportioné aritmeticam, quæ dicitur rei ad rem, ſeu quæ inter duas quãtitates exercetur: Diſtributiua vero iuſtitia eſt illa particularis virtus, quæ partibus reipublicæ reddit illud, quod eis debitum eſt, in quantum partes ſunt reipublicæ, aut cõmunitatis, & in reddendo ſeruat proportioné geometricam, quæ cernitur in collatione meritorum ad merita, & præmiorũ ad præmia, ita, vt qualis fuerit, quantus ve exceſſus meritorũ ad merita, talis, tantus ve ſit exceſſus præmiorum ad præmia ſeu (ſicut communiter dicitur) ſeruat proportioné inter duas proportiones duarum rerũ ad duos terminos, ita, vt quam porportionem ſernat vna res cũ ſuo termino, ſeruet etiam alia res cum ſuo: ſi enim meritis, vt ſex, detur præmium vt quatuor, meritis vt tria ex rigore huius iuſtitiæ debetur præmiũ vt duo, & ſic in cęteris. Itaq; iuſtitia, aut latiſſime accipitur, aut propriè, aut propriiſſime: latiſſime eſt generalis virtus, vt diximus: propriè accepta, aut legalis eſt, aut particularis: propriiſſimé ſolam particularem denotat, quæ aut cõmutatiua eſt aut diſtributiua.

Molina.

Triplex acceptio iuſtitiæ.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Impugnatur ſuperior doctrina.

1. 1. Arg. PRIMA tamen diuiſio iuſtitiæ in propria acceptione in legalem, & particularẽ impugnatur primo, quoniam particularis, qualis eſt iuſtitia commutatiua etiam exercetur inter Rempublicam, & partes, & nõ ſolum inter partes ipſas Reipublicæ, vnde etiam reſpicit commune bonum, videturque proinde coincidere cũ legali iuſtitia.

2. 2. Argum Burid. Deinde cõtra diuiſionem particularis iuſtitiæ in commutatiuam, & diſtributiuã obijcitur ſecundo ex Burid. 5. Et hic quæſt. 7. quoniam debitum, quod in vtraq; hac iuſtitia reperitur, eſt eiuſdem rationis ſpecificæ, ergo & iuſtitiæ ipſæ inter ſe nõ diſtinguntur ſpecie, nam æqualitates, quas ſeruant fundãtur in debito, quod ſupponunt, vnde cum neque ex diuerſa æqualitate in ſpecie, neque ex diuerſo debito poſſit in illis colligi ſpecifica diſtinctio, erunt eiuſdem ſpeciei: antecedens vero in quo dubitari poteſt, oſtẽditur, quoniam ſi publica poteſtas ad quã videlicet ſpectat ex iuſtitia diſtributiua bona Reipublicæ diſtribuere non exerceat diſtributionem iuſtã, tenetur ei, cui minus contulit, quam iuſtũ erat, reſtituere totum id, quo eum priuauit, ſed hic actus reſtitutiõnis ex D. Thom. 2. 2. q. 62. D. Thom. artic. 1. eſt proprius iuſtitiæ commutatiuæ. Ergo debitũ, & æqualitas iuſtitiæ diſtributiuæ, eſt eiuſdem rationis cum ea, quæ reperitur in iuſtitia commutatiua.

Tertio cõtra eandem diuiſionem facit quoniã iuſtitia vindicatiua eſt pars ſubiectiua iuſtitiæ particularis, 3. 3. Argum. cum veram participet rationem iuſtitiæ, verũque ac rigoroſum debitum ſupponat, & in reddendo veram etiam ſeruet æqualitatem, cum ergo hęc nõ ſit commutatiua iuſtitia, nõ diſtributiua, nõ legalis, aliquod aliud tertiũ membrum in diuiſione addendum videtur.

Vltimo, quod nec requiratur tendẽtia ad alium, nec 4. 4. Arg. æqualitas in reddendo debitũ, videtur oſtendi, quoniã Chriſtus Dominus ſatisfecit ex propria, ac rigoroſa iuſtitia Deo pro hominibus, ſed Chriſtus Dominus non eſt

altera àDeo,ſed eſt ipſeDeus, cui exhibetur ſatisfactio: ergo excluditur illa conditio: Confirm. Deinde homo iuſtus eodem modo adiutus gratia Dei de cõdigno promeretur vitam æternã,&ſuppoſitaDei promiſſione ex iuſtitia poterit obligare Deum ad reddendum, ſicque gloria corona dicitur iuſtitiæ, neque Deus D.Paul. iniuſtus eſt, vt obliuiſcatur operis noſtri (inquit Paulus)& tamen rigoroſum debitum, in quo vera æqualitas fundetur híc non reperitur, cum præmiũ Deus ſemper tribuat vltra cõdignum, ergo etiam aliæ conditiones explicatæ nõ vidẽtur ita rigoroſè accipiẽdæ; Alia, quæ obijci poſſunt in ſequẽtibus commodius venient expendenda.

ARTICVLVS VII.

Diluuntur ſuperiora obiecta.

1. VT tamen ad ea, quæ dicẽda ſuperſunt, viam muniamus ſunt hęc prius diſſoluẽda,ex quibus planum fiet iter ad præcipuam difficultatem explicandam.

2. Reſpond. ad 1. Ad primum ergo dices, quod licet iuſtitia cõmutatiua frequẽtius cernatur inter partes Reipublicę, aut communitatis inter ſe cõparatas, tamen aliquando etiam reperitur inter Rempublicam ipſam, ſeu cõmunitatem, & partes ex D. Thom. 2.2.q. 61.artic.4.nam quemadmodũ, ſiReſpublica vendat rem aliquam ſuæ parti, pars illa ex iuſtitia cõmutatiua tenetur reddere debitum Reipublicæ iuxta conuentionẽ factã,ſeruata porportione arithmetica:ita quoque, ſi Reſpublica à parte ſua emat,aut pars laborem ſuum, & operam Reipublicæ locet ex eadem iuſtitia cõmutatiua tenebitur Reſpublica iuxta eãdem proportionẽ arithmeticam debitum reddere,vnde reddere ſtatutum præmium militibus,ſtipẽdia miniſtris, actus eſt iuſtitiæ commutatiuæ, & non legalis ſolũ,aut diſtributiuæ : quod tamen non tollit, quominus recte diſtinguatur legalis iuſtitia à particulari, nã in hac ſemper intenditur, particulare bonum,etſi quando bonum Reipublicæ intenditur, vt in exemplis allatis cõtingit,tũc reſpublica ſe gerit,vt priuata perſona, & non vt quid cõmune, & illius bonum tunc

D. Thom.

Reſpub. etiã poteſt obligari alicui ex iuſtitia cõmutatiuã.

Digitized by Google

cenſetur priuatũ, & ſub hac ratione circa illud verſatur iuſtitia commutatiua ; vnde nũquam reſpicit commune bonũ, qua tale eſt, hoc enim propriũ eſt iuſtitiæ legalis.

3. *Ad 2.* Ad ſecundum negãdum eſt antecedens : ad eius probationem concessa maiori, & minori, neganda eſt conſequentia, nam in caſu poſito ex quo deſumitur vis argumenti interueniunt duo actus, primus eſt iuſtitiæ diſtributiuæ, & ex eo, quod iuſtitia diſtributiua nõ eſt obſeruata ex eius violatione oritur obligatio reſtituendi, & iſte ſecũdus actus eſt proprius iuſtitiæ cõmutatiuæ, nam ex illato damno oritur obligatio reſarciendi illud ad æqualitatem arithmeticam, cum tamen in prima iuſtitia ſolum oporteret ſeruare æqualitatẽ geometricã, quæ ſi ſeruaretur, nulla inde oriretur obligatio reſtituendi, etiam, ſi vnus minus, quam alius acciperet : dummodo non minus acciperet, quam ſibi eſſet debitum facta illatione meriti ad præmium cum meritis ad pręmia aliorum : Vnde cum vtriuſque iuſtitiæ actus ſint diuerſæ ſpeciei, nihil inde colligitur cõtra reſolutionem ſuppoſitam.

Ex nõ ſeruata iuſtitia diſtributiua oritur obligatio ex cõmutatiua.

4. *Ad 3.* Ad tertium reſpondetur, vindicatiuam iuſtitiam non eſſe partem ſubiectiuam iuſtitiæ particularis, ſed poteſtatiuã dumtaxat, reſpectuq; ad iuſtitiam cõmutatiuam, ex eo, quia ad æqualitatem arithmeticam pænam exigit pro debito : at vero cũ illatum damnum non reſarciat, ſed integro permanẽte damno, quantum eſt de ſe, & prout eſt iuſtitia punitiua, Reus tantundem patiatur, quantum culpa exigit, fit, vt ex hoc capite deficiat à vera ac propria ratione iuſtitiæ; dum vero dicimus iuſtitiam punitiuam ſolũ exigere proportionẽ arithmeticã inter pænam, & delictum, nõ ſic eſt intelligendũ, quaſi ſemper oporteat, vt ſupplicium arithmetice æquetur culpæ, ſed quod ſupplicium ſeruata hac proportione non excedat meritum delicti : habet etiam iuſtitia punitiua præter hæc modũ iuſtitiæ legalis, quatenus punitio delicti quodammodo etiam tendit in cõmune bonum, præſertim vero, ſi à ſuperiore fiat, ſed hoc quodãmodo ſe habet conſequenter.

Neque

5. *Suar. diſp. de iuſtitia diuina ſect. 5.* Neque obſtat id, quod Franciſcus Suarius diſputatione de Iuſtitia diuina ſectione 5. obijcit illum nimirum, qui ex vindicta cogit, vt ſibi reſtituatur ablatũ, in eo potius attendere ad proprium ius, quàm ad ius alterius, quod tamen ad veram rationẽ iuſtitiæ ſatis requiſitũ eſt, vnde ſatis videtur vindicatio deuiare á ratione iuſtitiæ, quæ circa alterius ius verſatur, ac proinde non bene reducetur, neq; ad commutatiuam, neque ad legalem iuſtitiam. Nõ (inquam) obſtat, quoniam ſympathia, quam huiuſmodi virtus habet cum iuſtitia commutatiua, ad quam dicimus reduci poſſe, non expenditur ex eo quod directe reſpiciat ius alienum, quod tamen in directe, & quaſi conſequenter intẽdit ſed nititur poſſeſſorẽ iniuſtũ priuare re ablata, colligitur tamẽ ex eo, quod arithmeticam proportionẽ in huiuſmodi recompenſatione ſeruet: quod autẽ proprium ius aliquando reſpiciat, vt cõtingit in re ablata, quæ ex vindicta cogitur ad reſtitutionem id ſanè peraccidens eſt, ſine ea enim recuperatione vindicatio exerceri poſſet, nõ tamen exerceri poſſet vera cõmutatio, quæ de per ſe talem recompenſationem intẽdit. Interuenit etiam aliquando in punitione delictorum quædam effigies iuſtitiæ diſtributiuæ, quatenus ſcilicet in infligendis pœnis pro delictis iudex, ſecluſo etiam omni debito, ſeruat proportionem aliquã geometricã. A qua verò iuſtitia diuina vindicta procedat? vltima parte diſputationis dicendum eſt.

Ad quartum etiam ex ſequentibus latior patebit ſolutio: interim tamen dices perſonã Verbi in natura humana ſatisfeciſſe ſibi ipſi in alia natura, hoc eſt in diuina, vnde formale principiũ illarum actionum humanarum Chriſti Domini erat natura humana, quæ ſatisfaciebat vt quo, & ſicut Chriſtus Dominus in natura humana ſubſiſtens verè erat homo, & ſubſiſtens in diuina verè erat Deus, cũ tamẽ ſi in ſola diuina ſubſiſteret non eſſet homo, etſi in ſola humana nõ eſſet Deus, ita ſubſiſtens in humana natura homo ſatisfaciebat ſibi Deo ſubſiſtẽti in natura diuina: Philoſophus autem 5. Ethicorum 6. *Ad 4.*

citatus

Digitized by Google

citatus nihil mirum, ſi non cognouerit rationẽ ſatisfactionis eiuſdem perſonę ad ſe ipſam, cum etiam nõ cognouerit vnã, & eãdem perſonam poſſe ſubſiſtere in duplici natura.

7\. Molina, ac recentiores aliqui.

Imo vero latius in hoc alij ſpatiantur, dicuntq; veram, ac propriam rationem iuſtitiæ poſſe quemlibet erga ſe ipſum exercere ratione diſtincti dominij, aut ſub diuerſis titulis, & reſpectibus: id primo confirmant exemplo tutoris, qui ex bonis pupilli ſibi debitum ſoluit: Et in contractu ſocietatis, dum ſoluens debitum cũctis, etiã ſibi ipſi ſoluit: Ego tamen fateor me nunquam huiuſmodi doctrinæ acquieuiſſe, nã quãuis perſona ſubſiſtẽs in duplici natura poſſit in vna ſibi ſatisfacere in alia, & ex hoc capite nõ deſinat hic actus, neq; deflectat á propria ratione iuſtitiæ particularis tamen in exemplis, quæ adducuntur nullã vim intercedere, facilè oſtẽditur, nam tutor ſoluens ſibi debitum ex rebus pupilli, re vera non eſt, qui ſibi ſoluit debitum, cum ipſe ſibi ad debitũ ſoluendum nõ ſit obligatus, pupillus autem eſt, qui ſoluit, per manus tamen tutoris, neque tutor talem debiti recompenſationem nomine ſuo præſtat, ſed eam nomine ſuo acceptat, & nomine pupilli exequitur, vnde pupillus eſt, qui ex proprijs bonis ſoluit, quemadmodum & alia debita extraneis tutor non ſoluit nomine proprio, ſed tanquam actor, & curator pupilli, & ſimiliter in contractu ſocietatis, quamuis dum ſoluit alijs ſibi ſoluat, & ex cõmuni ſocietate ad id poteſtatem habeat, tamen dũ ſibi ſoluit, aliorũ ſociorum nomine ſibi ſoluit, alioquin nõ erit, nec dicetur talis lucri acquiſitio ſolutio debiti, ſed ſimpex quædam lucri acquiſitio, nam ſolutio debiti ſupponit obligationẽ debiti in eadem perſona, à qua poteſt exigi ſolutio, iam vero quilibet ex ſocijs non tenetur ex debito ſibi ipſi, ſed alijs ſocijs eiuſdem ſocietatis, vnde quod attinet ad vnumquemq; ſemper perſolutio debiti ab alijs prouenit, quamuis ipſe tanquam actor negocij illam nomine aliorũ exequatur: Et hæc de iſta parte noſtræ quæſtionis ſatis ſint vt iam ad præcipuã difficultatem accedamus.

Quomodo tutor ex bonis pupilli ſibi ſoluat debitum, & quo nomine.

SECVN-

SECVNDA PARS DISPVTATIONIS

Vtrum in Deo ſit iuſtitia commutatiua verê, ac propriè.

EXplicatur ſtatus controuerſiæ & proponuntur nonnulla, quæ certa ſunt in hac materia. Articulus primus.

Pars affirmans rationibus probatur. Articulus ſecundus.

Eadem pars ſuadetur auctoritate ſcholaſticorũ. Articulus tertius.

Auctores partis negantis. Articulus quartus.

Eiuſdem rationes proponuntur. Articulus quintus.

In quo magis conueniant, & differant prædictæ ſententiæ cõfertur, & explicatur. Articulus ſextus.

Pro vera reſolutione animaduertuntur duo, & ſemota diuina promiſſione non reperiri in Deo veram, ac propriam rationem iuſtitiæ commutatiuæ. Articulus ſeptimus.

Etiam poſita diuina promiſſione idem eſſe dicendum. Articulus octauus.

In nullo actu noſtræ ſatisfactionis pro peccatis reperitur vera, ac propria actio iuſtitiæ, nec ex parte Dei ad nos, nec noſtri ad Deum. Articulus nonus.

Satisfactio Chriſti Domini pro peccatis hominum habuit condignitatem æqualitatis meriti, imo etiam in hoc ſuperabundans fuit cõparata cum peccato hominis pro quo ſatisfaciebat. Articulus decimus.

Non fuit ex vera ac propria iuſtitia. Articulus vndecimus.

Soluuntur argumenta pro parte affirmatiuæ adducta. Articulus duodecimus.

ARTICVLVS I.

Explicatur ſtatus controuerſiæ.

1. *1. aduertẽdum.* DE Iuſtitia cõmutatiua primo loco dicemus, & ſtatim de diſtributiua, quoniam ſi verè, ac propriè ſecũdùm formalẽ eius rationem iuſtitia in Deo eſt, aut commutatiua erit, aut diſtributiua, nam legalis, & vindicatiua, de quibus minor eſt cõtrouerſia, quo pacto in Deo reperiãtur infrà attingemus: pro quæſtionis ergo elucidatione illud primo loco animaduerſũ velim ex cõmuni Theologorũ doctrina nimirũ attributa diuina diſtingui inter ſe ſaltẽ formaliter virtualiter, ita vt licet à parte rei miſericordia, veritas, & iuſtitia actu ſint vna, & eadẽ formalitas, tñ virtute diſtincta eſt formalitas iuſtitiæ à formalitate miſericordiæ, inter hæc duo enim ſufficiens fũdamentum reperitur, vt intellectus creatus actu diſtinguat, & diſtinctis conceptibus concipiat vt diſtinctas formalitates, quæ re vera actu à parte rei ſunt vna, & eadem formalitas, & idem eſto iudicium de alijs attributis, ſiue inter ſe, ſiue cum eſſentia collatis, neq; enim noſtrum nunc eſt hæc latiùs examinare, ſicuti neque inquirere an eandem diſtinctionẽ inter attributa diuina efficiat diuinus, aut beatus intellectus; idcirco quod ad præſens ſatis erat loquutus ſum de intellectu creato, & hominis viatoris.

Illud etiam vt certũ præmitto omnem ſcilicèt perfectionem ſimplicem in Deo reperiri, quæ in ſuo formali conceptu nullã clauſerit imperfectionẽ: itemq; cũ prædicta, quæ dicuntur de Dẽo, & creaturis, analogicẽ dicãtur, nõ opus eſſe, vt de Deo enuntientur cũ ijs omnibus imperfectionibus, cum quibus in creaturis neceſſariò reperiuntur, cũ huiuſmodi imperfectiones ſępè á ſubiecto oriantur, & proindè materiales ſunt, & accidẽtariæ reſpectu cõceptus formalis prædictæ perfectionis: vndè ſi huiuſmodi pfectiones ad Deũ transferãtur, de Deo p̃dicẽtur opus eſt, ſemotis ijs imperfectionibus, quas habẽt in creaturis: ſic Deus miſericors dicitur ſinẽ compaſſione, quæ in nobis miſericordiã comitatur: ſic libertatẽ habet ſine rerũ à ſe abdicatione, ſciẽtiã ſine diſcurſu, 2, *2. ſupponẽdum.*

Perfectiones noſtræ ſũt in Deo ſine admixtis imperfectionibus.

Chriſtũ pro hominibus ſatis feciſſe ex iuſtitia, quæ nulla alia eſſe potuit, quam commutatiua, in ea enim pro hominibus ad æqualitatem, imò & ſuperabundanter debitum Deo perſoluit, quale homines peccando contrahunt erga Deum. Sicq; Paulus 1. Corinth. 1. de Chriſto Domino dixit. Factus eſt iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: & ad Roman. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes. Et cõfirmatur primò, quoniam omnes conditiones ad perfectam iuſtitiam requiſitæ interceſſere in ſatisfactione Chriſti Seruatoris pro peccatis hominum: in primis enim ſatisfactio iſta fuit ad alterum: nam Chriſtus, qua homo, operanſque per humanitatẽ ſatisfaciebat Deo. Secũdò reddebat verum debitum: tertiò ſatisfaciebat ex bonis proprijs, vltimò ad æqualitatem, & inſuper, nã gratia ſuperabundauit delicto. Accedit quod Chriſtus Dominus ſatisfaciẽs operabatur ex diuina promiſſione ipſi facta Ioan. 14. *Sicut mandatũ dedit mihi Pater, ſic facio.* Iſai. 53. Si poſuerit pro peccato animã ſuã videbit ſemẽ longæuũ: ſtante autẽ diuina promiſsione in opere ſic ex pacto, & diuina promiſsione operato, vera, ac propria ratio iuſtitiæ inducitur: nam ex promiſsione verũ ius acquiritur, ergo in ſolutione vera, ac propriiſsima ratio iuſtitiæ offerretur. Hæc, & alia multa cõgerũtur in hãc ſententiã, quæ prolixũ eſſet recenſere, nedum attingere: vnde cũ ſimiles ꝓmiſsiones fiãt hominibus iuſtis ex gratia bené operãtibus eandem reſpectu gloriæ rationẽ iuſtitiæ ad Deũ in eorũ operibus agnoſcunt.

D. Paul. 1. Corint. 1. *Ad Rom. 3.* *Iſai. 53.*

ARTICVLVS III.

Non omnes Auctores eodẽ modo explicant prædictã ſententiã.

1\. Pro hac ſententia ex antiquioribus citari poſſunt Scot. in 1. d. 17. q. 2. §. *Hic poteſt dici*, & Gabr. in 2. d. 27. q. 1. art. 2. Durãdus etiã in 4. d. 14. q. 2. putat ſatiſfactionẽ noſtram pro peccatis nõ ab alia virtute oriri, quã á iuſtitia cõmutatiua; in quo tñ impugnatur à Caiet. 2. 2. q. 85. ar. 3. & pro eadẽ à multis citatur D. Tho. varijs in locis: ex Recẽtioribus tuẽtur hãc ſẽtentiã

Scot. *Gabr.* *Durand.* *Caiet.* *D. Thom.*

Medi-

Medin. Medina 3.parte quæſt.1.art. 2.dub. in ſolutione ad ſecũdum pro ſententia Caietani, & 1.2. quæſt.114.articul.3. Eandem ſententiam tuetur, quidquid in oppoſitum reclamet Vaſquius in 1. parte D.Thom. diſput. 85. capit. 2. *Vaſq.* Nam primo loco inquit Medina, ſatisfactio Chriſti eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ reddens Deo æquale, ſatisfactio vero noſtra non eſt talis, ergo differunt ſpecie; propter quod concedẽdum videtur in anima Chriſti fuiſſe habitũ iuſtitiæ cõmutatiuæ erga Deum, qui in creatura eſſe non poteſt: Quo nihil clarius dicere potuit Medina, vt explicaret, & defenderet in operibus Chriſti pro peccatis hominũ interceſſiſſe veram, ac propriã iuſtitiam cõmutatiuam; Et idem in ſequentibus latiùs proſequitur: Et id ipſum repetit concluſione tertia, vbi dicit Chriſtum Dominũ ſatisfeciſſe ex toto rigore iuſtitiæ: nihil autem mirum eſt, quod idemmet Autor, vt objicit Vaſquius inter nos, & Deum non audeat concedere eandem iuſtitiæ commutatiuæ rationem, nam inter noſtra opera, & opera Chriſti hoc diſcrimen aperte ſtatuit, vt vidimus, vnde nihil mirum ſi inter nos, & Deũ nõ agnoſcat iuſtitiam commutatiuam, quantumuis inter opera noſtra, prout ſunt à gratia, & præmium condignitas iuſtitiæ reperiatur, nõ tamen inter nos, & Deũ: quam tamen admittat inter Chriſtum, & Deum, vtrum autem hoc rectè dictum ſit infrà dicemus. Sunt proculdubio, & alij complures D. Thom. diſcipuli pro hac ſẽtentia, quos ſine vllo fundamento Vaſquius negat in eã conſpiraſſe: Eandem acriter defendit Suar. multis in locis præſertim 3.p. diſput.4. ſect.5. Cabrera ad eum locũ diſput.8.§.3. *Suar.* *Cabrera.* Omnes tamen conuicti argumentis aduerſæ partis non adeo conſtant in explicanda hac ſententia, quam tuentur, nam Medina, iuſtitia quæ intercedit inter Deum, & Chriſtũ (loquũtur autem de ea tãtum, quæ interceſſit inter Chriſtum, & Deũ in ſatisfactione pro hominibus) dicit eſſe actum iuſtitiæ cõmutatiuæ ſpecie differentem ab habitu iuſtitiæ commutatiuæ humanæ, quo pro debito ſatisfacimus, vnde in anima Chriſti Do-

Diſcrimen inter opera Chriſti D. & noſtra ex ſententia Medin

Explicatio Medinæ.

Digitized by Google

altera àDeo,ſed eſt ipſeDeus, cui exhibetur ſatisfactio: ergo excluditur illa conditio: Deinde homo iuſtus eodem modo adiutus gratia Dei de cōdigno promeretur vitam æternã,&ſuppoſitaDei promiſſione ex iuſtitia poterit obligare Deum ad reddendum, ſicque gloria corona dicitur iuſtitiæ, neque Deus iniuſtus eſt, vt obliuiſcatur operis noſtri (inquit Paulus)& tamen rigoroſum debitum, in quo vera æqualitas fundetur híc non reperitur, cum præmiũ Deus ſemper tribuat vltra cōdignum, ergo etiam aliæ conditiones explicatæ nō vidētur ita rigoroſè accipiēdæ; Alia, quæ obijci poſſunt in ſequētibus commodius venient expendenda.

Confirm.

D.Paul.

ARTICVLVS VII.

Diluuntur ſuperiora obiecta.

1\. VT tamen ad ea, quæ dicēda ſuperſunt, viam muniamus ſunt hęc prius diſſoluēda, ex quibus planum fiet iter ad præcipuam difficultatem explicandam.

2\. Reſpond. ad 1. Ad primum ergo dices, quod licet iuſtitia cōmutatiua frequētius cernatur inter partes Reipublicę, aut communitatis inter ſe cōparatas, tamen aliquando etiam reperitur inter Rempublicam ipſam, ſeu cōmunitatem, & partes ex D. Thom. 2.2.q. 61.artic.4.nam quemadmodũ, ſi Reſpublica vendat rem aliquam ſuæ parti, pars illa ex iuſtitia cōmutatiua tenetur reddere debitum Reipublicæ iuxta conuentionē factã,ſeruata porportione arithmetica:ita quoque, ſi Reſpublica à parte ſua emat, aut pars laborem ſuum, & operam Reipublicæ locet ex eadem iuſtitia cōmutatiua tenebitur Reſpublica iuxta eãdem proportionē arithmeticam debitum reddere, vnde reddere ſtatutum præmium militibus,ſtipēdia miniſtris, actus eſt iuſtitiæ commutatiuæ, & non legalis ſolũ,aut diſtributiuæ : quod tamen non tollit, quominus recte diſtinguatur legalis iuſtitia à particulari, nã in hac ſemper intenditur, particulare bonum,etſi quando bonum Reipublicæ intenditur, vt in exemplis allatis cōtingit,tũc reſpublica ſe gerit,vt priuata perſona, & non vt quid cōmune, & illius bonum tunc

D. Thom

Repub. etiã poteſt obligari ali cui ex iuſtitia cō mutatiuã.

cenſetur

Digitized by Google

cenſetur priuatū, & ſub hac ratione circa illud verſatur iuſtitia commutatiua; vnde nūquam reſpicit commune bonū, qua tale eſt, hoc enim propriū eſt iuſtitiæ legalis.

3. *Ad 2.* Ad ſecundum negādum eſt antecedens: ad eius probationem conceſſa maiori, & minori, neganda eſt conſequentia, nam in caſu poſito ex quo deſumitur vis argumenti interueniunt duo actus, primus eſt iuſtitiæ diſtributiuæ, & ex eo, quod iuſtitia diſtributiua nō eſt obſeruata ex eius violatione oritur obligatio reſtituendi, & iſte ſecūdus actus eſt proprius iuſtitiæ cōmutatiuæ, nam ex illato damno oritur obligatio reſarciendi illud ad æqualitatem arithmeticam, cum tamen in prima iuſtitia ſolum oporteret ſeruare æqualitatē geometricā, quæ ſi ſeruaretur, nulla inde oriretur obligatio reſtituendi, etiam, ſi vnus minus, quam alius acciperet: dummodo non minus acciperet, quam ſibi eſſet debitum facta illatione meriti ad præmium cum meritis ad prēmia aliorum: Vnde cum vtriuſque iuſtitiæ actus ſint diuerſæ ſpeciei, nihil inde colligitur cōtra reſolutionem ſuppoſitam.

Ex nō ſeruata iuſti tia diſtributiua oritur obligatio ex cōmutatiua.

4. *Ad 3.* Ad tertium reſpondetur, vindicatiuam iuſtitiam non eſſe partem ſubiectiuam iuſtitiæ particularis, ſed poteſtatiuā dumtaxat, reiiciq; ad iuſtitiam cōmutatiuam, ex eo, quia ad æqualitatem arithmeticam pœnam exigit pro debito: at vero cū illatum damnum non reſarciat, ſed integro permanēte damno, quantum eſt de ſe, & prout eſt iuſtitia punitiua, Reus tantundem patiatur, quantum culpa exigit, fit, vt ex hoc capite deficiat à vera ac propria ratione iuſtitiæ: dum vero dicimus iuſtitiam punitiuam ſolū exigere proportionē arithmeticā inter pænam, & delictum, nō ſic eſt intelligendū, quaſi ſemper oporteat, vt ſupplicium arithmetice æquetur culpæ, ſed quod ſupplicium ſeruata hac proportione non excedat meritum delicti: habet etiam iuſtitia punitiua præter hæc modū iuſtitiæ legalis, quatenus punitio delicti quodammodo etiam tendit in cōmune bonum, præſertim vero, ſi à ſuperiore fiat, ſed hoc quodāmodo ſe habet conſequenter.

5. Suar. diſp. de iuſtitia diuina ſect. 5. Neque obſtat id, quod Franciſcus Suarius diſputatione de Iuſtitia diuina ſectione 5. obijcit illum nimirum, qui ex vindicta cogit, vt ſibi reſtituatur ablatũ, in eo potius attendere ad proprium ius, quàm ad ius alterius, quod tamen ad veram rationẽ iuſtitiæ ſatis requiſitũ eſt, vnde ſatis videtur vindicatio deuiare á ratione iuſtitiæ, quæ circa alterius ius verſatur, ac proinde non bene reducetur, neq; ad commutatiuam, neque ad legalem iuſtitiam. Nõ (inquam) obſtat, quoniam ſympathia, quam huiuſmodi virtus habet cum iuſtitia commutatiua, ad quam dicimus reduci poſſe, non expenditur ex eo quod directe reſpiciat ius alienum, quod tamen indirecte, & quaſi conſequenter intẽdit ſed nititur poſſeſſorẽ iniuſtũ priuare re ablata, colligitur tamẽ ex eo, quod arithmeticam proportionẽ in huiuſmodi recompenſatione ſeruet: quod autẽ proprium ius aliquando reſpiciat, vt cõtingit in re ablata, quæ ex vindicta cogitur ad reſtitutionem id ſanè peraccidens eſt, ſine ea enim recuperatione vindicatio exerceri poſſet, nõ tamen exerceri poſſet vera cõmutatio, quæ de per ſe talem recompenſationem intẽdit. Interuenit etiam aliquando in punitione delictorum quædam effigies iuſtitiæ diſtributiuæ, quatenus ſcilicet in infligendis pænis pro delictis iudex, ſecluſo etiam omni debito, ſeruat proportionem aliquã geometricã. A qua verò iuſtitia diuina vindicta procedat? vltima parte diſputationis dicendum eſt.

Ad quartum etiam ex ſequentibus latior patebit ſolutio: interim tamen dices perſonã Verbi in natura humana ſatisfeciſſe ſibi ipſi in alia natura, hoc eſt in diuina, vnde formale principiũ illarum actionum humanarum Chriſti Domini erat natura humana, quæ ſatisfaciebat vt quo, & ſicut Chriſtus Dominus in natura humana ſubſiſtens verè erat homo, & ſubſiſtens in diuina verè erat Deus, cũ tamẽ ſi in ſola diuina ſubſiſteret non eſſet homo, etſi in ſola humana nõ eſſet Deus, ita ſubſiſtens in humana natura homo ſatisfaciebat ſibi Deo ſubſiſtẽti in natura diuina: Philoſophus autem 5. Ethicorum 6. Ad 4.

citatus

citatus nihil mirum, ſi non cognouerit ratioñe ſatisfactionis eiuſdem perſonę ad ſe ipſam, cum etiam nō cognouerit vnā, & eādem perſonam poſſe ſubſiſtere in duplici natura.

7. Molina, ac recentiores aliqui.

Imo vero latius in hoc alij ſpatiantur, dicuntq; veram, ac propriam rationem iuſtitiæ poſſe quemlibet erga ſe ipſum exercere ratione diſtincti dominij, aut ſub diuerſis titulis, & reſpectibus: id primo confirmant exemplo tutoris, qui ex bonis pupilli ſibi debitum ſoluit: Et in contractu ſocietatis, dum ſoluens debitum cūctis, etiā ſibi ipſi ſoluit: Ego tamen fateor me nunquam huiuſmodi doctrinæ acquieuiſſe, nā quāuis perſona ſubſiſtēs in duplici natura poſſit in vna ſibi ſatisfacere in alia, & ex hoc capite nō deſinat hic actus, neq; deflectat á propria ratione iuſtitiæ particularis tamen in exemplis, quæ adducuntur nullā vim intercedere, facilè oſtēditur, nam tutor ſoluens ſibi debitum ex rebus pupilli, re vera non eſt, qui ſibi ſoluit debitum, cum ipſe ſibi ad debitū ſoluendum nō ſit obligatus, pupillus autem eſt, qui ſoluit, per manus tamen tutoris, neque tutor talem debiti recompenſationem nomine ſuo præſtat, ſed eam nomine ſuo acceptat, & nomine pupilli exequitur, vnde pupillus eſt, qui ex proprijs bonis ſoluit, quemadmodum & alia debita extraneis tutor non ſoluit nomine proprio, ſed tanquam actor, & curator pupilli, & ſimiliter in contractu ſocietatis, quamuis dum ſoluit alijs ſibi ſoluat, & ex cōmuni ſocietate ad id poteſtatem habeat, tamen dū ſibi ſoluit, aliorū ſociorum nomine ſibi ſoluit, alioquin nō erit, nec dicetur talis lucri acquiſitio ſolutio debiti, ſed ſimpex quædam lucri acquiſitio, nam ſolutio debiti ſupponit obligationē debiti in eadem perſona, à qua poteſt exigi ſolutio, iam vero quilibet ex ſocijs non tenetur ex debito ſibi ipſi, ſed alijs ſocijs eiuſdem ſocietatis, vnde quod attinet ad vnumquemq; ſemper perſolutio debiti ab alijs prouenit, quamuis ipſe tanquam actor negocij illam nomine aliorū exequatur: Et hæc de iſta parte noſtræ quæſtionis ſatis ſint vt iam ad præcipuā difficultatem accedamus.

Quomodo tutor ex bonis pupilli ſibi ſoluat debitum, & quo nomine.

SECVN-

SECVNDA PARS DISPVTATIONIS

Vtrum in Deo ſit iuſtitia commutatiua verê, ac propriè.

Explicatur ſtatus controuerſiæ & proponuntur nonnulla, quæ certa ſunt in hac materia. Articulus primus.

Pars affirmans rationibus probatur. Articulus ſecundus.

Eadem pars ſuadetur auctoritate ſcholaſticorũ. Articulus tertius.

Auctores partis negantis. Articulus quartus.

Eiuſdem rationes proponuntur. Articulus quintus.

In quo magis conueniant, & differant prædictæ ſententiæ confertur, & explicatur. Articulus ſextus.

Pro vera reſolutione animaduertuntur duo, & ſemota diuina promiſſione non reperiri in Deo veram, ac propriam rationem iuſtitiæ commutatiuæ. Articulus ſeptimus.

Etiam poſita diuina promiſſione idem eſſe dicendum. Articulus octauus.

In nullo actu noſtræ ſatisfactionis pro peccatis reperitur vera, ac propria actio iuſtitiæ, nec ex parte Dei ad nos, nec noſtri ad Deum. Articulus nonus.

Satisfactio Chriſti Domini pro peccatis hominum habuit condignitatem æqualitatis meriti, imo etiam in hoc ſuperabundans fuit cõparata cum peccato hominis pro quo ſatisfaciebat. Articulus decimus.

Non fuit ex vera ac propria iuſtitia. Articulus vndecimus.

Soluuntur argumenta pro parte affirmatiua adducta. Articulus duodecimus.

ARTICVLVS I.

Explicatur ſtatus controuerſiæ.

1. DE Iuſtitia cõmutatiua primo loco dicemus, & ſtatim de diſtributiua, quoniam ſi verè, ac propriè ſecũdùm formalé eius rationem iuſtitia in Deo eſt, aut commutatiua erit, aut diſtributiua, nam legalis, & vindicatiua, de quibus minor eſt cõtrouerſia, quo pacto in Deo reperiãtur infrà attingemus: pro quæſtionis ergo elucidatione illud primo loco animaduerſũ velim ex cõmuni Theologorũ doctrina nimirũ attributa diuina diſtingui inter ſe ſaltẽ formaliter virtualiter, ita vt licet à parte rei miſericordia, veritas, & iuſtitia actu ſint vna, & eadẽ formalitas, tñ virtute diſtincta eſt formalitas iuſtitiæ à formalitate miſericordiæ, inter hæc duo enim ſufficiens fũdamentum reperitur, vt intellectus creatus actu diſtinguat, & diſtinctis conceptibus concipiat vt diſtinctas formalitates, quæ re vera actu à parte rei ſunt vna, & eadem formalitas, & idem eſto iudicium de alijs attributis, ſiue inter ſe, ſiue cum eſſentia collatis, neq; enim noſtrum nunc eſt hæc latiùs examinare, ſicuti neque inquirere an eandem diſtinctioné inter attributa diuina efficiat diuinus, aut beatus intellectus; idcirco quod ad præſens ſatis erat loquutus ſum de intellectu creato, & hominis viatoris.

1. aduertẽdum.

Illud etiam vt certũ præmitto omnem ſcilicèt perfectionem ſimplicem in Deo reperiri, quæ in ſuo formali conceptu nullã clauſerit imperfectioné: itemq; cũ prædicta, quæ dicuntur de Deo, & creaturis, analogicé dicãtur, nõ opus eſſe, vt de Deo enuntientur cũ ijs omnibus imperfectionibus, cum quibus in creaturis neceſſariò reperiuntur, cũ huiuſmodi imperfectiones ſępè á ſubiecto oriantur, & proindè materiales ſunt, & accidẽtariæ reſpectu cõceptus formalis prædictæ perfectionis: vndè ſi huiuſmodi pfectiones ad Deũ transferãtur, de Deo p̃dicẽtur opus eſt, ſemotis ijs imperfectionibus, quas habẽt in creaturis: ſic Deus miſericors dicitur ſine compaſſione, quæ in nobis miſericordiã comitatur: ſic libertatẽ habet ſine rerũ à ſe abdicatione, ſciẽtiã ſine diſcurſu, 2,

2. ſupponẽdum.

Perfectiones noſtræ ſũt in Deo ſine admixtis imperfectionibus.

vindicationẽ abſq; eo, quod per vindictam ſe tueatur incolumen, quod tamẽ in creaturis ſecus reperitur.

3. Deinde vlteriùs, qui affirmantẽ partem amplexãtur, cũ videant iuſtitiã cõmutatiuã verſari inter datũ, & acceptũ, iuxta Philoſophi doctrinã, interq; perſonas capaces vtilitatis, ac cõmodi, & quæ ſe poſſunt priuari mutuo dominio rei, illudq; transferre in perſonã, cuius ius ſeruare intendũt: cumq; etiã in his nõ poſsint nõ agnoſcere imperfectionẽ maximã, dicunt humanã iuſtitiam ratione ſubiecti huiuſmodi imperfectiones includere, nõ tamẽ includi in ratione iuſtitiæ, qua talis eſt: vnde ſi ratio iuſtitiæ cõmutatiuæ abſtractiùs concipiatur prout abſtrahit à diuina, & humana, dicunt nõ includere tales imperfectiones, ac proindè talẽ, & altioris ordinis dicunt eſſe iuſtitiã cõmutatiuam diuinam, vnde iuſtitiam commutatiuã analogicè diuidunt in diuinam, quæ ſecũdùm eos ferè cum religione coincidit, & in iuſtitiam commutatiuam humanam, quæ prædictas imperfectiones includat.

ARTICVLVS II.

Stabilitur pars affirmatiua quæſtionis.

His prẹmiſsis affirmatiua quæſtionis pars ſuaderi poteſt primò ex diuinis literis, in quibus Deus ſẹpé acclamatur iuſtus: ſic Pſal. 61. dicitur iuſtus reddẽs vnicuiq; iuxta opera ſua: & Apoc. 18. dicitur. *Quantũ ſe in delicijs glorificauerat, tantũ date ei tormentũ, & luctũ*: ergo Deus ſeruata æqualitate iuſtitiæ reddit prẹmia meritis, & ſupplicia demeritis, verãq; proindé exercet in vtroq; rationẽ iuſtitię cõmutatiuæ: ſicq; Paul. 2. ad Tim. 4 Deũ merita præmijs afficientem iuſtũ iudicem dixit, & ex D. Tho. 2. 2. q. 108. ar. 11. ad 1. tam bonos præmijs, quàm impios ſupplicijs afficere ad iuſtitiã cõmutatiuã ſpectat: & 2. 2. q. 61. ar. 4. inquit, *Forma diuini iudicij attenditur ſecundum rationem commutatiuæ iuſtitiæ*, quatenùs videlicẽt recompenſat præmia meritis, & ſupplicia peccatis.

Secundò. Ex promiſsione, qua quis alteri promiſit centũ, nõ ſolùm oritur obligatio ſatisfaciendi ex fidelitate, ſed etiam ex iuſtitia, ita

1. *Pſal. 61.* *Apoc. 18.* *2. Timoth. 4.* *D. Thom.*

2. Quã obligationem promiſsio inducat.

Digitized by Google

vt, ſi promittens non ſoluat, non ſolùm agat contra fidelitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, nam priuat illum, cui promiſsio facta eſt, ea re, ad quam per promiſsionem à ſe factam alius ius acquiſiuit: ſed Deus pro bonis operibus hominibus ſępè gloriam promittit: ergo eam reddere tenetur ex iuſtitia, ideòque citatus Paulus, dum dixit, Deum iuſtum iudicē gloriam vocauit coronā iuſtitiæ: neq; incōueniens, aut indecens eſt, quod Deus ex ꝓmiſsione ſua obligetur reddere debitū creaturæ ex propria, & vera rationę iuſtitię.

3. Tertiò. Homo in gratia cōſtitutus eſt filius Dei adoptiuus. Ergo ſaltē reſpectu Dei habebit illud ius ad pręmiū bonorū operū, quod filius in bonis proprijs habere ſolet ad Patrē: vnde Capreol. Capreol. in 2. d. 27. ad 1. Dur. Inter homines, & Deū dixit nō intercedere iuſtitiam cōmutatiuā, ſi actus ſpectētur pręciſè, vt ſunt à libero arbitrio humano: dari tamē iuſtitiā cōmutatiuam, vt prædicti actus ſunt à gratia, & meritorij vitæ æternæ, vt ſic enim inter merita, & præmium datur iam æqualitas commutatiuæ iuſtitiæ.

Quartò, & vltimò ex ſupra notatis, & præſertim ex poſtremo notabili ſumunt huius ſentētiæ patroni capitale fundamentū. Quoniā omnis perfectio ſimpliciter ſimplex, quæ in ſuo cōceptu nō includit aliquā imperfectionę eſt tribuenda Deo verè, ac propriè, & nō tantū per tropū, ac metaphorā, ſed talis perfectio eſt iuſtitia cōmutatiua: ergo verè, ac propriè eſt agnoſcenda in Deo, tanquā quoddā particulare ipſius attributū à cęteris diſtinctū: in hoc diſcurſu maior eſt certa, ſupponiturque ex 2. notabili articuli præcedētis. Minor cōtinetur in 5. & ab iiſdē autoribus diſcurrendo per omnes cōditiones perfectæ iuſtitię inductione oſtenditur; quas non opus eſt referre: ijs enim, quæ efficaciores fuerint in progreſſu occurremus. Conſequentia verò legitima eſt. 4.

Tandē id ipſū cōfirmant, quia in ſatisfactione Chriſti D. intercesſit vera, ac propria iuſtitia tā ex parte Chriſti ad Deū, quā Dei ad Chriſtum, idq; probāt ex cōmuni Scripturæ ſacræ, Patrū, & ſcholaſticorū voce affirmātium 5.

Digitized by Google

Chriſtũ pro hominibus ſatis feciſſe ex iuſtitia, quæ nulla alia eſſe potuit, quam commutatiua, in ea enim pro hominibus ad æqualitatem ; imò & ſuperabundanter debitum Deo perſoluit, quale homines peccando contrahunt erga Deum. Sicq; Paulus 1. Corinth. 1. de Chriſto Domino dixit. Factus eſt iuſtitia ; ſanctificatio, & redemptio : & ad Roman. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes. Et cõfirmatur primò, quoniam omnes conditiones ad perfectam iuſtitiam requiſitæ interceſſere in ſatisfactione Chriſti Seruatoris pro peccatis hominum: in primis enim ſatisfactio iſta fuit ad alterum: nam Chriſtus, qua homo, operanſque per humanitatẽ ſatisfaciebat Deo. Secũdò reddebat verum debitum: tertiò ſatisfaciebat ex bonis proprijs, vltimò ad æqualitatem, & inſuper, nã gratia ſuperabundauit delicto. Accedit quod Chriſtus Dominus ſatisfaciẽs operabatur ex diuina promiſsione ipſi facta Ioan. 14. *Sicut mandatũ dedit mihi Pater, ſic facio.* Iſai. 53. Si poſuerit pro peccato animã ſuã videbit ſemẽ longæuũ: ſtante autẽ diuina promiſsione in opere ſic ex pacto, & diuina promiſsione operato, vera, ac propria ratio iuſtitiæ inducitur: nam ex promiſsione verũ ius acquiritur, ergo in ſolutione vera, ac propriȷſsima ratio iuſtitiæ offerretur. Hæc, & alia multa cõgerũtur in hãc ſententiã, quæ prolixũ eſſet recenſere, nedum attingere: vnde cũ ſimiles ꝑmiſsiones fiãt hominibus iuſtis ex gratia benè operãtibus eandem reſpectu gloriæ rationẽ iuſtitiæ ad Deũ in eorũ operibus agnoſcunt.

D. Paul. 1. Corint. 1.
Ad Rom. 3.
Iſai. 53.

ARTICVLVS III.

Non omnes Auctores eodẽ modo explicant prædictã ſententiã.

1. PRo hac ſententia ex antiquioribus citari poſſunt Scot. in 1. d. 17. q. 2. §. *Hic poteſt dici*, & Gabr. in 2. d. 27. q. 1. art. 2. Durãdus etiã in 4. d. 14. q. 2. putat ſatifactionẽ noſtram pro peccatis nõ ab alia virtute oriri, quã á iuſtitia cõmutatiua ; in quo tñ impugnatur à Caiet. 2. 2. q. 85. ar. 3. & pro eadẽ à multis citatur D. Tho. varijs in locis: ex Recẽtioribus tuẽtur hãc ſẽtentiã

Scot. Gabr. Durand. Caiet. D. Thom.

Medi-

Medin.

Medina 3. parte quæſt. 1. art. 2. dub. in ſolutione ad ſecũdum pro ſententia Caietani, & 1. 2. quæſt. 114. articul. 3. Eandem ſententiam tuetur, quidquid in oppoſitum reclamet Vaſquius in 1. parte D. Thom. diſput. 85. capit. 2. Nam primo loco inquit Medina, ſatisfactio Chriſti eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ reddens Deo æquale, ſatisfactio vero noſtra non eſt talis, ergo differunt ſpecie; propter quod concedẽdum videtur in anima Chriſti fuiſſe habitũ iuſtitiæ cõmutatiuæ erga Deum, qui in creatura eſſe non poteſt: Quo nihil clarius dicere potuit Medina, vt explicaret, & defenderet in operibus Chriſti pro peccatis hominũ interceſſiſſe veram, ac propriã iuſtitiam cõmutatiuam; Et idem in ſequentibus latiùs proſequitur: Et id ipſum repetit concluſione tertia, vbi dicit Chriſtum Dominũ ſatisfeciſſe ex toto rigore iuſtitiæ: nihil autem mirum eſt, quod idemmet Autor, vt obijcit Vaſquius inter nos, & Deum non audeat concedere eandem iuſtitiæ commutatiuæ rationem, nam inter noſtra opera, & opera Chriſti hoc diſcrimen aperte ſtatuit, vt vidimus, vnde nihil mirum ſi inter nos, & Deũ nõ agnoſcat iuſtitiam commutatiuam, quantumuis inter opera noſtra, prout ſunt à gratia, & præmium condignitas iuſtitiæ reperiatur, nõ tamen inter nos, & Deũ: quam tamen admittat inter Chriſtum, & Deum, vtrum autem hoc rectè dictum ſit infrà dicemus. Sunt proculdubio, & alij complures D. Thom. diſcipuli pro hac ſẽtentia, quos ſine vllo fundamento Vaſquius negat in eã conſpiraſſe: Eandem acriter defendit Suar. multis in locis præſertim 3. p. diſput. 4. ſect. 5. Cabrera ad eum locũ diſput. 8. §. 3. Omnes tamen conuicti argumentis aduerſæ partis non adeo conſtant in explicanda hac ſententia, quam tuentur, nam Medina, iuſtitia quæ intercedit inter Deum, & Chriſtũ (loquũtur autem de ea tãtum, quæ interceſſit inter Chriſtum, & Deũ in ſatisfactione pro hominibus) dicit eſſe actum iuſtitiæ cõmutatiuæ ſpecie differentem ab habitu iuſtitiæ commutatiuæ humanæ, quo pro debito ſatisfacimus, vnde in anima Chriſti Do-

Vaſq.

Diſcrimen inter opera Chriſti D. & noſtra ex ſententia Medin

Suar.

Cabrera.

Explicatio Medinæ.

Digitized by Google

mini ponit habitum iuſtitię commutatiuæ, qui in creatura eſſe nō poteſt, eo quod creatura æquiualens reddere nequeat. Suar. loco citaco, & diſputat.2. de iuſtitia Dei, ſectione 2. numero 9. iuſtitiæ cōmutatiuæ materiā dicit reperiri in hominibus reſpectu Dei, & in Deo reſpectu hominum nu. 18. Et vtrūq; late probat, hanc tamen iuſtitiam, ſicut etiam docet citato loco tertiæ partis de iuſtitia ſatisfactionis Chriſti ad Deum, negat eſſe eandem ſpecie, cum iuſtitia commutatiua humana, ſed eam dicit eſſe diuerſam, & altioris cuiuſdam ordinis, vt pote, quæ diuinum ius, ac dominiū reſpicit, & dicitur iuſtitia ad Deum: Et nu.15. eiuſdem ſectionis dicit hanc virtuté alio nomine religionem appellari, & tomo 4. de pænitētia diſputatione 2. ſectione 3. nu.4. & 5. eandem virtutem vocat pænitētiam.

Explicatio Suarij.

Alterius ſpeciei ab habitu iuſtitię commutatiuæ humana.

2. Obiectio.

Quod ſi illi obijcias hoc modo actus diuerſarum virtutum inter ſe confundi, cū actus iuſtitiæ dicatur actus religionis, & pænitētiæ. Reſpōdet loco citato nos de religione dupliciter loqui poſſe, vel prout religio dicit totum quoddam genus virtutis moralis, quæ verſatur circa reddendum Deo aliquod debitum, vel prout peculiariter attendit ſolum cultum honoris Deo debitū per modum cuiuſdam obſeruantiæ: primo modo ſumit religionem, dum dicit actum huius iuſtitiæ eſſe religionis, non autem poſteriori in acceptione, in qua religio cū peculiare habeat obiectū plane à iuſtitia diſtinguitur: vnde actus virtutum non confunduntur, nā quælibet etiā aliæ virtutes in hac genereitate religionis dicuntur religio: vnde iuſtitiam commutatiuam in communi analogicè diuidit in duas ſpecies, iuſtitiam videlicet commutatiuam humanam, & iuſtitiam cōmutatiuam diuinā; illam dicit conſtituere inter homines ius æquale rei ad rem, hanc vero dicit inclinare ad ſeruandū illæſum ius, ac dominium diuinū, quodcunq; illud ſit, & quacūq; ratione ab homine lædatur, & hanc reſpectu iuſtitiæ in communi dicit eſſe partem ſubiectiuā vere ac propriè: reſpectu uero iuſtitiæ cardinalis dicit eſſe partem tantū potentialem, & reductitiam.

Illam ſoluit.

Digitized by Google

3. Explicatio Cab eræ. Cabrera loco ſupracitato dicit actū ſatisfactionis Chriſti Domini pro peccatis hominum eſſe elicitum ab habitu infuſo iuſtitiæ cōmutatiuæ, nō quæ verſetur circa datum, & acceptum, ſed quæ verſatur circa deferēdos honores, & §.4. dicit prædictam iuſtitiam phyſicè cōſideratam eſſe eiuſdem ſpeciei, ac rationis cum iuſtitia cōmutatiua infuſa alijs hominibus iuſtis: vnde in nobis etiam reſpectu Dei verā iuſtitiā cōmutatiuam agnoſcit. Quòd ſi illi opponas nos nō poſſe reddere Deo æquiualens, quod tamē Chriſtus Dominus reddere potuit, ac reddidit: id reſpondet per accidens, & ex parte materiæ ſe habere, nec variare ſpeciē virtutis, illamuè deſtruere, cum virtutes affectū potius reſpiciant, quam effectum: affectus autem rectè ſeruetur reddendo æquale poſſibile, etiamſi nō ſeruetur omnino ęquale arithmeticū; & § 5. dicit prædictam iuſtitiā Chriſti moraliter cōſideratam differre ſpecie à iuſtitia commutatiua, quæ in puro homine reperitur, & ita vt nec per abſolutam potentiā Dei valor ille moralis iuſtitiæ Chriſti poſſit in pura creatura reperiri, nam valor ille, & dignitas, per quā talis iuſtitia reponitur in alio genere altioris eſſe moralis prouenit ex dignitate ſuppoſiti diuini.

4. Parum diſcrepat hæc ſententia à præcedētibus. In hac tamen ſentētia parum diſcriminis reperiri poteſt á præcedentibus: dum enim hanc iuſtitiam dicit in genere moris eſſe altioris ſpeciei à iuſtitia, quæ eſt in homine puro, proculdubio id ipſum docet, quod dixerat Suar. ſupracitatus, nimirum, hanc iuſtitiam debere vocari iuſtitiam Chriſti ad Deum, imo vero ſi moralis virtus in genere moris diſtincta eſt ſpecie ab alia, quid refert entitatem phyſicam huius, vel illius virtutis eſſe hanc vel illam, dummodo conſtet virtutem moralē in genere moris eſſe ab alia ſpecie diſtinctā: friuola ergò eſt hæc excogitatio Cabreræ, vt inde ſibi perſuadeat nouā rationē machinari. Vnicum ergo harum omnium opinionū fundamentū eſt illud iam ſupra tactū, videlicet, quoniam vbi datur verum ius, quod vel ſeruari debeat illæſum, vel ſi læſum fuerit compenſari, datur ve-

Reijcitur cogitatio Cabreræ & ſtatuitur fundamentum harū opinionū.

re,ac proprie iuſtitia cõmutatiua, at vbi datur offenſa alicui illata datur verum ius, vt talis offenſa ad æqualitatem compenſetur, ergo iam talis cõpenſatio offenſæ erit verè, ac propriè iuſtitia cõmutatiua. Et idem fundamentum applicant ad ſimiles titulos, exhibitionem nimirùm debiti honoris, & alios in quibus dicunt (ſi illi non obſeruentur) teneri hominem ex iuſtitia ad ſeruãdum, aut reſarciendum diuinum ius.

ARTICVLVS IIII.

Pars negans auctoritate probatur.

1\. NEgantẽ tamen quęſtionis partem, quæ aſſerit in Deo reſpectu noſtri, nec in nobis reſpectu Dei reperiri veram, ac propriam rationem iuſtitiæ commutatiuæ tenuere, ex antiquioribus Theologis (ſi non omnes, vt credit Gabriel Vaſquez) complures, ijque grauiſsimi, & quod attinet ad D. Thomam expreſsè 1.p.q.21.art.1.in corpore dicit iuſtitiam cõmutatiuam nõ reperiri in Deo, *D.Thom.* quod Sanctus Doctor adeò certum ſupponit, vt nulla alia ratione id probet, quam ex Paulo Roman.2 dicente, *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei*. *D. Paul.* Deinde idem Diuus Thomas 1.2.q.114.art.1. Id ipſum multis rationibus in corpore expreſsè docet: quia tamen pro oppoſita ſententia adducitur multis in locis à Suar. diſp. de Iuſtitia Dei in ſuis opuſculis ſectione 2. nimirùm n.18. in 3.p. q.85. art.3. vbi dicit tam in recõpenſatione, quàm in retributione inueniri materiam iuſtitiæ: & nu.33.citatur in eadem quæſt.114.primæ ſecundæ, vbi dicit in artic. 3. æqualitatem rei ad rẽ reperiri inter meritum iuſtorũ, & præmium, & hanc ęqualitatem à Deo ſeruari. Et numer. 34. citatur etiam in eodem artic. 1. quæſt.114. vbi dicit ad primum, & ſecundum argumentũ, non oportere, vt id quod homo exhibet Deo, cum meretur, ſit aliquid Deo vtile, ſed ſatis eſſe, vt in gloriam Dei cedat, quam ſolùm Deus à nobis exigit, vt apud illum mereamur: quia inquam in his, & alijs locis citatur: fideliter repetã, quę Sanctus Doctor

Citatur D. Thomas à Suar o pro ſua ſententia multis in locis.

dicit

Digitized by Google

dicit 1.2.q.114. art.1.in corpore. *Iuſtitia autem æqualitas quædam eſt, vt patet per Philoſophum in 5.Ethicorum, & ideò ſimpliciter eſt iuſtitia inter eos, quorum eſt ſimpliciter æqualitas: eorum verò quorum non eſt ſimpliciter æqualitas non eſt ſimpliciter iuſtitia, ſed quidam iuſtitiæ modus poteſt eſſe, ſicut dicitur quoddam ius paternum, & dominatiuum, vt in eodem loco Philoſophus dicit: & propter hoc in his, in quibus eſt ſimpliciter iuſtum, eſt etiam ſimpliciter ratio meriti, & mercedis, in quibus autem eſt ſecundùm quid iuſtum, & non ſimpliciter, in his etiam non ſimpliciter eſt ratio meriti, ſed ſecundum quid, in quantum ſaluatur ibi iuſtitiæ ratio, ſic enim filius meretur aliquid à patre, & ſeruus à Domino: manifeſtum eſt autem, quod inter Deũ, & hominem eſt maxima inæqualitas (in infinitum enim diſtant) & totum, quod eſt hominis bonũ eſt à Deo, vnde non poteſt hominis ad Deum eſſe iuſtitia ſecundùm abſolutam æqualitatem, ſed ſecundum proportionem quandã in quantùm ſcilicét vterque operatur ſecundùm modum ſuum.* Hæc & ſimilia D. Thom. loco citato.

2. Stat Diuus Thom. pro oppoſita ſẽtentia.

Ego ſanè non video quo pacto, aut quibus clarioribus verbis ſuam ſententiam de hac re proferre potuiſſet, quam iam indicauerat citato loco primę partis expreſſè negans iuſtitiam commutatiuam in Deo: vnde quando 3.p.q.85. art 3. dicit tam in recompenſatione, quàm in retributione reperiri materiam iuſtitię (pręterquàm quòd id fortè in ſola diſtributione locũ habet) de qua citato artic.1. quæſt.21. 1.p. dicit in Deo reperiri (quod tamen infrà explicabimus) apertè D. Thomas id tradit de modo, & proportione quadam iuſtitiæ commutatiuæ, quam non negat eſſe in noſtris operibus reſpectu Dei, & Deum reſpectu operum noſtrorum in reddendis præmijs obſeruare: & icirco in alio loco allegato articulo ſcilicét primo quæſtione 114. ad ſecundum, & tertium, dicit non opus eſſe ad hoc, vt mereamur, vt noſtrum opus ſit aliquid Deo vtile, & artic 3. nihil etiam oppoſitum docuit, ſolùm enim docuit D. Thom. opus noſtrũ, quod ſpectata præciſé ratione liberi arbitrij, à quo eſt, non habet condignitatem cũ præmio, ſed ſolùm congruitatem propter

maximam

Cõſequẽtia ex dictis ſectione præcedenti conſtat, & ex cõmuni doctrina D. Thomæ, ſecundũ quã perfectionum humanarũ prædicata, quæ Deo attribuuntur cum veritate, ac proprietate, ita debẽt attribui Deo, vt ſemotis omnibus imperfectionibus attribuantur. Quod ſi imperfectio aliqua fuerit de formali conceptu illius prædicati, tunc tale prædicatum Deo attribui nequit verè ac propriè, & propter hanc rationem non tribuimus Deo irã propriè ac verè, quia reſpicit in formale obiectum vindictã doloris illati, quæ in Deo cadere nõ poteſt, & in ſimilibus alijs idẽ diſcurrenti fiet obuiam. Antecedens verò, quod ſcilicet in iuſtitia commutatiua includantur intrinſecè, & formaliter conditiones repugnantes diuinæ perfectioni, oſtẽditur primo, & principaliter in ratione debiti: quoniam in commutatiua iuſtitia ſemper alter debet reddi debitor verè, ac propriè alteri: ſed Deus nulli creaturæ ex iuſtitia poteſt obligari: ergo nulli creaturæ poteſt eſſe debitor, proindeque inter Deum & creaturam non

Eſſentialiter iuſtitia cõmutatiua conſtituit alterũ debitorem.

poteſt eſſe actus perfectæ iuſtitiæ ex parte Dei. Minor, in qua eſt dubitatio, nã maior ſupponitur in hac materia, & vtraque conſequentia colligit, probatur primo ex Paulo 2. ad Roman. dicente: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Qua probatione vſus eſt D. Thom. ſupra citatus. Deinde oſtẽditur, quoniam Deum conſtitui debitorẽ creaturæ omnino pugnat cum ſupremo dominio, quod Deus habet ſuper omnia, nam debitor in quantũ talis, quodammodo ſubijcitur ei, cui debet, ita ſcilicet, vt ſi non reddat, iniuriam cõmittat in eum, cui debet, & iniuſtitiam: æquũ enim, quod reſpicit iuſtitia commutatiua, vt initio ad notauimus ex Ariſtotele, opponitur iniquo, quod iniuriã, ſiue iniuſtitiam inuoluit.

D. Paul.

D. Thom.

2. Inſtantia.

Quod ſi dicas nos aliquid habere, quo Deũ poſsimus obligare, & illum debitorem conſtituere, bona ſcilicet opera noſtra ſpectata vt ſunt à libero arbitrio, vt ſic enim, ita ſunt noſtra, vt non ſint Dei: vnde ſi illa ſic offeramus, & Deus illa ſic acceptet conſtituitur nobis debitor ex iuſtitia: cũ illa li-

Digitized by Google

cet vt ſunt à libero arbitrio non habeant condignitatem ad præmiũ, tamen cũ etiam ſint à gratia, condigni ſunt præmijs. Reſpondetur facile noſtrã libertaté à qua opera noſtra in ratione liberi, tanquã à propria cauſa procedunt, ſolũ eſſe fundamentũ meriti, nõ tamen tribuere valorem, aut condignitatem operibus, totumq́; valoré deſumi ex gratia Dei nobis liberaliter donata: Vnde neutiquam nobis poterit cõſtitui debitor opere illo meritorio, cui ipſe totũ valorem contulit abſque debito: ſemper enim reddimus Deo ea, quæ ſunt eius iuxta illud 1. Paralip. 29. *Omnia ſunt tua Domine, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.*

Soluitur.

1. Parali. 9.

3. Idem ſecũdo, & communiter oſtenditur ex ratione dati, & accepti: nam cõmutatiua iuſtitia eſt directiua commutationum in datis, & acceptis, quæ verſantur circa tria tantum bona, pecuniã videlicet, honorem, & ſaluté, ex Ariſtotele 1. Ethicorum cap. 2. & D. Thom. 2.2.q.61.art.3. Omnis enim inæqualitas in aliquo ex his tribus eſt iniuſtitia, æqualitatem vero in his iuſtitia cõſtituit: ſed inter Deũ, & creaturam non ſunt huiuſmodi commutationes, neque huiuſmodi datum, & acceptũ, ergo neque cõmutatiua iuſtitia. Cõſequentia conſtat. Maior verò prærterquã quod probata ſit Philoſopho, & D. Thom. locis citatis, oſtéditur amplius, quoniam nõ ſufficit ad cõſtituendam iuſtitiam ſpecialem conſtituere quamcumque æqualitatem: nam æqualitatem cum ſua regula, & cum lege, & Deo quælibet virtus conſtituit: quare iuſtitia ſpecialis virtus conſtituere debet aliquod ſpeciale iuſtũ, ſeu aliquam ſpecialem æqualitaté ab alijs diſtinctam, quam attendat, & ſeruet: nulla auté alia ſpecialis æqualitas eſt, quam ſeruet, niſi quæ inter duos rationis capaces exercetur circa datum, & acceptũ in illis tribus bonis aſſignatis, ergo hanc attendit iuſtitia commutatiua.

D. Thom.

Imò verò, vt datum, & acceptum conſtituat iuſtam cõmutationem, tale eſſe debet, vt vtriuſque mutuò interſit, quod datur, & quod accipitur: ſi enim ex dono vnius non recipiat alter aliquid emoluméti quam cõ- 4.

Quale debeat eſſe datũ & acceptum, vt conſtituat iuſtam cõmutationem.

muta-

Ariſt. mutationem cum eo conſtituet, & ex hoc capite Philoſophus loco quinto Ethicorum citatus docuit in omni commutatione, quæ eſt materia iuſtitiæ reperiri repaſsionem, nam ius illud, ſeu rem, qua quis ſe priuat dum eam alteri donat, acquirit alius illam recipiendo, vnde communiter ad huiuſmodi perfectam commutationem requiritur, vt illud, quod redditur non ſit aliàs debitum, deinde quod cedat in vtilitatem recipientis, quod valor illius ſe teneat ex parte dantis, ex quibus omnibus, ſi quid deſideretur id minuitur de ratione iuſtitiæ, minuitur enim in ratione debiti, & æqualitatis, quam ipſa attendit: & conſequenter cum inter Deum, & creaturam prædictę conditiones explicato modo intercedere nequeant, neque etiam poterit intercedere vera, ac propria ratio iuſtitiæ.

In omni commutatione datur repaſsio, quando eſt in materia iuſtitiæ.

5. 3. ratio. Tertiò. Idem etiam oſtēdi poteſt ex propria ratione æqualitatis, qua conſtituitur debitor ex iuſtitia, nam ſiue loquamur de operibus, quibus Deo honorem deferimus, & cultum, ſiue de ijs, quibus intēdimus ſatisfacere pro offenſa in Deū illata, ſiue de ijs, quibus gloriam promeremur, nunquam ſane in prędictis actibus ſeruare poſſumus æqualitatem iuſtitiæ commutatiuę, & in ijs, qui ſunt prioris generis certum eſt, prædictos actus ad religionem ſpectare, vt enim iam ſuprà inſinuauimus nō poſſumus Deo reddere ad ęqualitatem honorem debitum: in cæteris verò nunquam ita ad æqualitatem poſſumus ſatisfacere, vt Deus teneatur ex iuſtitia cōmutatiua, ac propria, noſtra opera acceptare, neque adhuc, ſuppoſita promiſsione, ſub qua talia opera fiunt, vt ex dicendis ampliùs patebit.

Tandem nonnulli id ipſum confirmant ex conditione Dei, & creaturę, negat enim Ariſtoteles quinto Ethicorum capit. 6. inter patrem, & filium, ſeruum, & dominum iuſtitiam intercedere poſſe, quam rationem ſi applices ad Deum, & creaturam maiorem habebit efficaciam, illam latè proſequitur Vaſquius loco ſuprá citato, á quo labore nos facilè expedimus, eo quod 6.

Ariſt.

Vaſqu. ex conditione ſerui, & creaturæ ad Dominũ, & Creatorem.

hęc ratio creatoris, & creaturæ eſt valdè tranſcendens, & intimè imbibitur in cæteris omnibus, ex hoc enim fundamento procedit, quòd nõ ſit vera æqualitas, nec rigoroſum debitum, & quòd deſint aliæ conditiones requiſitæ ad veram, ac propriam iuſtitiam, vnde in ſingulis alijs impugnandis, & explicandis, hæc etiam ratio probatur, & explicatur, quia verò Deus ad creaturam etiã ſuperiori quodã modo cõparatur ad creaturam, ſicut pater ad filium, & ſicut dominus ad ſeruum, idcirco

D. Thom. Diuus Thomas citato articulo primo quæſtione 114. dixit inter Deum, & creaturam non inueniri, niſi modum quendam, & proportionem iuſtitiæ: ſunt & alia multa, quæ ſolent in confirmationem huius partis adduci, quæ tamen latiùs proſequi, neque eſt inſtituti, neque loci.

ARTICVLVS VI.

In quo magis conueniant, & differant prædictæ ſententiæ, confertur, & explicatur.

1\. Conferuntur inter ſe duo citati dicendi modi, & explicatur in quo conueniant.

His pro vtraque parte potiùs ſolito ſcholæ more agitatis, quam prolixè diſcuſsis iam operepretium erit oſtendere, antequam noſtrã proferamus ſententiam: in quo conueniunt, & in quo differunt prædicti duo oppoſiti dicẽdi modi: nam mihi in quæſtione hac adeó difficili, & controuerſa ſemper viſũ eſt, vt ingenuè fatear, diſſidium partim inter autores ortum eſſe ex diuerſa nominum acceptione, partim veró in re ipſa differre: conueniunt ergo prædicti Autores, tam, qui neganr, quam, qui affirmant in Deo eſſe veram, ac propriam iuſtitiam cõmutatiuam in hoc, vt omnem imperfectionẽ createę iuſtitiæ á Deo relegent, quæ prouenit aut ex ratione dati, & accepti, aut ex ratione debiti rigoroſi, quod in Deum cadere nequit: aut ex ratione verę, ac propriæ ęqualitatis, quam creatura nec in deferendis honoribus, & exhibendo cultum, nec in ſatisfaciendo pro offenſa, ita exactè erga Deum ſeruare poteſt, vt talis actus ad iuſtitiam cornmutatiuam ſpectet.

Diffe-

2. In quo differant.

Differunt tamen in aſſignandis iuſtitiæ definitionibus: nam qui negant inter Deum, & creaturam veram iuſtitiæ rationem intercedere definitiones, quas Philoſophi, & antiquiores Theologi tradidere ad examẽ obſeruant, proindeq́ue verum, ac rigoroſum debitum, veramque ac propriam æqualitatem exigunt in ratione formali iuſtitię commutatiuæ, & in eodem rigore explicant conditiones alias ad rationem commutatiuæ iuſtitiæ requiſitas, vnde cum illæ tali modo inter Deum, & creaturam non intercedant, conſequenter negant rationem iuſtitię commutatiuę reperiri inter Deum, & creaturam: vnde tales actus, quos creaturę exercent erga Deum ad alias virtutes reducunt, ſi enim ſit in deferendis honoribus dicunt eſſe actum religionis: ſi ſit in ſatisfactione pro offenſa dicunt pertinere ad pœnitentiam, quæ ſunt partes poteſtatiuæ iuſtitiæ, & quæ deficiunt à vera, ac perfecta ratione iuſtitię particularis, & ſic ſimiliter dicunt de alijs actibus aliarum virtutum.

3. Qui verò affirmant in Deo reperiri formalem rationem iuſtitię commutatiuæ de illa abſtractiùs loquuntur, & exiſtimãt propriã, ac veram rationem iuſtitiæ poſſe dari abſque eo, quod ſupradictę conditiones in eo rigore ſeruentur, credunt enim rigorem illarum conditionum, eo modo, quo aſſignatę ſunt, nimirũ, quod æqualitas ſit arithmetica, quod debitum ſit circa datum, & acceptum rigoroſũ, quod ſit cum mutuo vtriuſque partis commodo, & ſimilia prouenire potiùs ex ſubiecto, & eſſe materiales conditiones, quã ex formali ratione talis virtutis, vnde quãdo quis ſeruãdo diuinũ ius circa honorẽ deferendũ reddit Deo honorẽ debitũ, etiãſi nõ reddat omninò æquale, ſi tamẽ reddat ęquale poſsibile, credũt ſeruari erga Deũ verã iuſtitiã cõmutatiuã, nã virtus (inquiũt) reſpicit potiùs, quantũ eſt de ſe, affectũ, quàm effectũ: affectus autẽ rectè intẽditur, ſi quis dũ agit ex ratione talis virtutis conetur pręſtare totum quod debet, etiamſi ex defectu poſsibilitatis non attingat exactam rationem

Virtus, quantum eſt ex ſe potius reſpicit affectũ, quàm effectum.

debiti: & idem ſimiliter dicunt in ſatisfactione pro offenſa, qua ratione vtitur Cabrera ſupracitatus, ſicq; etiã Suar. 1.tom. in 3. p. diſp.4. ſectione 5. in principio ſecundæ difficultatis. Ad exercendum (inquit) propriũ actum iuſtitiæ non ſemper opus eſt, vt quis operetur ex propria, & rigoroſa operatione iuſtitiæ, ſed ſufficit quod operetur ad conſtituendum verum modum iuſtitiæ intuitu ipſius iuſtitiæ, etiamſi abſque obligatione id fiat: & proindé cum videant huiuſmodi actus deficere à vera ratione iuſtitiæ commutatiuæ, de qua vulgariter agitur, & quæ communiter á Philoſophis, & Theologis vſurpatur, dicunt illam aliam, nunc iuſtitiam ad Deum, vt illam à iuſtitia commutatiua humana diſtinguant, nunc religionem, nunc pęnitentiam, itaque aliqua controuerſia inter vtroſque eſt, vt iam patet, de modo loquendi.

Cabrera. Suar.

Diſcrepant etiã in modo loquendi.

4. Etiam diſſidet in ipſis fundamentis

Deinde in ipſis vtriuſque partis fundamentis magis diſtant in re ipſa, & in primis circa debitum, quod iuſtitia commutatiua includit, qui negant in Deo veram rationem iuſtitiæ dicũt Deum nullo modo poſſe conſtitui debitorem creaturæ, ita vt ex iuſtitia Deus illi reddere teneatur, quamuis Deus ex fidelitate, veritate, ac præſertim ex bonitate ſua aliquando obligetur ad retribuendũ creaturę, quod tamen potiùs eſt Deum ſibi, ac bonitati ſuæ obligari, vt docet Scotus ſuprà citatus, quam creaturæ. Qui verò talem rationem iuſtitiæ in Deo agnoſcunt dicunt conſequenter Deum poſſe obligari ex propria iuſtitia ad retribuendum creaturę. Et hi non omnes abſolutè id docent, ſed quidam ſimpliciter id proferunt, alij verò dicunt id non fieri, niſi ſuppoſita diuina promiſsione, quam ipſe Deus liberaliter præſtitit, vnde ſuppoſito, quod creatura operetur ex diuina promiſsione, & faciat opus condignum pręmio Deus tenebitur ex cõmutatiua iuſtitia ad reddendum creaturę, quod pro tali opere promiſit: & cum hoc addito (ſuppoſita promiſsione) rem cõfectam volunt, ſeq; expeditos ab omni difficultate credũt, & hic loquendi modus cõmunior

Scot.

Suar.

Digitized by Google

eſt apud aliquos recẽtiores, neque enim in obligatione, quę ex promiſsione reſultat imperfectioné aliquam agnoſcũt, vt eam à Deo excludant.

5. Aliud in quo diſsident. In eo etiam vtrique diſsident, quoniam expendendo debitum ex parte creaturæ, qui adſtruunt in creatura veram rationem iuſtitiæ erga Deum, dicunt etiam diuinum ius poſſe lædi à creatura per offenſam peccatoris, qua Deo iniuria infertur, & conſequenter dari in creatura verum debitum ad reſarciendum diuinum ius, quod læſit ex iuſtitia commutatiua: alij verò negant pariter cum ratione iuſtitiæ cõmutatiuæ, quam in Deo non agnoſcunt, diuinum ius poſſe lædi à peccatore, nec circa honorem, nec circa aliquid aliud, vnde talis obligatio in creatura ex iuſtitia commutatiua oriri poſsit: & præter hæc ad hunc modum conueniunt, & diſſident prædicti duo dicendi modi, in alijs conditionibus ad rationem iuſtitiæ aſſignandis, hæc verò tetigiſſe ſatis ſit, vt noſtrum iudicium de hac re proferamus.

ARTICVLVS VII.

Semota diuina promiſsione non reperiri in Deo veram, ac propriam rationem iuſtitiæ commutatiuæ.

INter has duas ſentẽtias ſé per mihi multò verior viſa eſt, quę negat inter nos, & Deum poſſe intercędere veram, ac propriam rationem iuſtitiæ commutatiuæ, eſt enim hæc multò conformior antiquis philoſophorum definitionibus, communi Theologorũ vſurpationi; & planè de mẽte Diui Thomæ, diuinæque perfectioni magis conſona, à qua non modo imperfectionem quamlibet, ſed vel leuiſsimam vmbram, aut ſimilitudinem imperfectionis lõgiſsimè allegare ęquũ eſt. 1. Auctoris ſententia.

2. Pro cuius explicatione duo ex ijs, quæ iã tetigimus híc ante oculos animaduerſa velim. Primum ex Philoſopho 5. Ethicorum cap. 4. & 5. commutationem eſſe materiã iuſtitiæ cõmutatiuæ, indeq; cõmutatiua dicitur, eam verò cerni in emẽdandis commercijs, ſiue in duobus generibus contra- *Ariſtot.*

Materia iuſtitię in duplici genere contractuum verſatur.

ctuũ, voluntarijs, nimirũ, & inuolũtarijs, primi ſunt, qui ſponte fiunt, emptionis videlicèt, venditionis, locatiodis, & ſimiles. Secundi, qui fiunt hominibus inuitis, tales ſunt furta, rapinæ, & ſimiles, ad primũ genus ſpectant opera illa, quibus ex promiſsione aliqua antecedente meremur præmium, ſic miles, dux, aut nobilis, qui ſub promiſsione Regis, ac Principis Mauros addit, & ſe periculo exponit, præmium, honorem, aut, vt vulgò dicimus, Comendã promeretur ex iuſtitia. Ad ſecũdum genus ſpectant opera illa, quibus pro iniuria, aut offenſa ſatisfacimus. Vnde vlteriùs colliges oportere, vt datum, & acceptũ, quod cernitur in materia huius iuſtitiæ exerceatur inter duos rationis capaces, quorũ vtrique interſit id, quod alteri tribuit, aut ab eo accipit, quoniam cum prædicta cõmutatio fundetur in illis aſſignatis contractibus, quorum incapaces ſunt, qui non fuerint rationis capaces, cõſequens etiam eſt, vt non detur iuſtitia commutatiua, niſi inter tales: vnde etiã colliges, ſi quando aliqui dicunt

Oportet vt ſit datum, & acceptũ inter rationis capaces.

reperiri rationẽ iuſtitiæ cõmutatiuæ inter meritum, & præmiũ, quo pacto loquitur Bartholomæus de Medina, & Caietanus ſuprá citati eos intelligendos eſſe de cõdignitate operis, quæ expenditur penes meritum ad præmium, quæ ſecundùm æſtimationẽ valoris poteſt dari inter ipſas res, non verò de ratione iuſtitiæ, quæ ſolùm inter perſonas verſatur; quod verò opus vnius debeat alteri intereſſe oſtenditur etiam, quoniam aliter nec cum eo commutationẽ exercère, nec æqualitatem compenſare poterit: neque ob aliam cauſam docuit Philoſophus quinto Ethicorũ citatus, quem ſequitur D. Thomas locis ſupra citatis in omni commutatione dari repaſsionem, nam qui alteri tribuit pecuniam, aut quidlibet aliud, tantundem à ſe abdicat, quantùm tribuit, hoc enim exigit dicta commutatio, quod ſimpliciter in contractibus inuoluntarijs ſuo modo, & in ſatisfactione pro offenſa intelliges.

Medina.

Ariſt.

D. Thom.

Quibus animaduerſis prima aſſertio ſit. In nullo opere noſtro meritorio (ſemota 3.

diuina

Digitized by Google

diuina promiſſione) reperitur vera, ac propria ratio iuſtitiæ, nec noſtri ad Deum, nec Dei ad nos. Hanc cõcluſionem in his terminis omnino exiſtimo certã, & etiã à multis ex aduerſarijs admittitur: & conuincitur ex fundamẽtis ſententiæ negatiuæ. Deinde, quoniam Deus nunquam poteſt reddi debitor noſtris operibus verè, ac propriè, nã debitor inferior eſt, & in aliquo, dum nõ ſoluit, ſubijcitur debitori ratione iuris acquiſiti, ergo hoc nullo modo admittendũ eſt inter nos, & Deum. Et inſuper licet opera noſtra, quæ fiunt in gratia habeant condignitatem meriti cum vita æterna: nõ proinde Deus ex illis nobis cõſtituitur neceſſariò debitor; neq; ille dicta opera tenetur ita acceptare, vt contra iuſtitiam agat, ſi nõ acceptet, vnde quidquid Suar. in contrarium clamet loco ſupracitato 3.p. diſp.4. ſect.5. exiſtimo nullũ opus (quod etiam inter homines verum eſt) poſſe obligare ex iuſtitia, niſi ſit præſtitum ex ratione, & obligatione ipſius iuſtitiæ, non enim exercet verum actum iuſtitiæ, niſi qui ex eius obligatione operatur: quod oſtenditur euidenter ex ſupracitata, & cõmuniter recepta doctrina, nam obiectũ propriũ iuſtitiæ particularis eſt iuſtũ, & æquũ, quod opponitur iniquo, quod iniuſtitiam inuoluit: ergo qui operatur ex propria iuſtitia tale iuſtum, & æquum debet conſtituere, vt ſi illud non ageret aut ageret oppoſitum, committeret iniquum, & iniuſtum, quod opponitur iuſto iuſtitiæ obiecto: quod tamen nõ incurrit qui conſtituit quidem medium, ſiuè iuſtum quaſi materiale iuſtitiæ, nõ tamen illud operatur ex ratione, & obligatione iuſtitię, nam iſte talis, ſi non ageret prædictum iuſtum, & æquũ non ageret iniquum contra iuſtitiam, quod iniuriam inuoluit: ſiquidẽ id, quod agit ex iuſtitia, neq; ex obligatione eius tenebatur ad agendũ, vt ſupponitur. Cum ergo, ſemota diuina promiſsione, Deus nulla opera noſtra teneatur acceptare, nec ex iuſtitia illa præmijs afficere, ſemper enim in ſua libertate manet ad acceptanda, vel nõ acceptanda etiam poſita cõdignitate talium operũ: cõſequẽs eſt, vt nunquã nobis

1. Concl.

Suar.

Nõ agit ex iuſtitia qui ex eius obligationẽ non operatur.

ex iuſtitia poſſit cõſtitui debitor: & tandem nullam, in noſtris operibus erga Deum dari rationem cõmutatiuæ iuſtitiæ verè, ac propriè acceptæ, etiãſi alioquin detur inter opus noſtrum, & præmium condignitas meriti.

Quod amplius cõfirmari poteſt, quoniã Deus nullam in nos iniuriam cõmitteret, ſi noſtris operibus vitæ æternæ condignis, & in gratia præſtitis, gloriam denegaret, id enim pugnat cũ ſupremo, ac perfecto dominio, quod habet in nos, qui ſumus opera manuũ eius, in actiones noſtras, & in gloriam ipſam, pugnatque cum perfecta libertate ipſius Dei: Vnde abſolute loquẽdo etiãſi Beatos omnes à ſua beatitudine expelleret, nõ ageret contra iuſtitiam.

ARTICVLVS VIII.

Neq; etiam ſuppoſita promiſsione diuina datur in noſtris operibus meritorijs reſpectu præmij vera ac propria ratio iuſtitiæ.

4. MAIOR dubitatio eſt, an in noſtris operibus ſuppoſita diuina promiſſione ſub qua in gratia fiũt detur vera, ac propria ratio iuſtitiæ ratione cuius Deum poſſimus ex iuſtitia obligare ad reddẽdum præmium? ſed non aliter in hac quæſtione reſpondebimus, quam in præcedenti; cuius reſolutio, ſuppoſita etiam promiſsione diuina non variatur, nã promiſsio ex parte Dei nõ auget ex parte noſtra rigorem, ac proprietatẽ iuſtitiæ, ſicut videntur ſupponere omnes illi, qui ad promiſsionẽ Dei recurrunt, vt videri poteſt apud Suariũ citatum, quoniam verò nõ omnes conueniunt in aſsignando effectu promiſsionis diuinæ reſpectu operũ noſtrorum, id paucis accipe. 2. Aſſertio. Suar.

2. Modus dicendi Thomiſtarum. Thomiſtæ dicunt Deum per promiſsionẽ nullo modo fieri debitorem nobis, ſi de proprio debito loquendum ſit, ſed fieri debitorem ſibi, bonitati nimirum, ac veritati ſuæ, quod debitum potius eſt decentiæ, aut conuenientiæ, quam neceſsitatis, ſeu iuſtitiæ, quæ videtur eſſe ſententia D. Thomæ 1. 2. quæſt. 114. D. Thom.

3. Vaſq. Alius dicẽdi modus, quẽ ſequitur Gabriel Vaſq, citato loco 1. p. & ad dictũ art. 1. 2. latius, exiſtimat Deum

verbo

Digitized by Google

verbo ſuæ promiſsionis cõſtitui nobis debitorem, non quidem ex iuſtitia, ſed ex fidelitate, aut veritate, nec exinde ſequi Deum quãdo retribuit præmia promiſſa noſtris operibus eis retribuere ex iuſtitia & quamuis exiſtimet contra Caietanum 2.2. q.88. articulo primo ex promiſsione inter homines facta verum ius acquiri ei, cui fit promiſsio non ſolum ex fidelitate, aut veritate, ſed etiam ex iuſtitiæ obligatione, ita vt promittens nõ ſolum agat contra fidelitatem, aut veritatem, ſed etiam cõtra iuſtitiam, ſi non ſoluat, tamen in nobis dicit non habere locum reſpectu Dei, ſub cuius ſupremo dominio ſẽper manemus: vnde quando nobis propter noſtra bona opera promittit gloriam ſuã nõ acquirimus ſtrictius, aut rigoroſius ius ad eandẽ gloriã, quàm acquirere poteſt ſeruus ſub domini ſui poteſtate conſtitutus, aliud enim quoduis maius ius pugnat cum ſupremo dominio Dei, vnde quando Deus retribuit præmia noſtris operibus non ex iuſtitia, ſed ex liberalitate, fidelitate, ac veritate id facit.

Caiet.

4. Propria ſententia, & impugnatur ſuperior modus.

Ex his duobus dicẽdi modis mihi ſemper in hoc ſecũdo viſum eſt aliquid repugnans contineri in terminis, quibus vtitur, nam ſi cũ ſupremo dominio Dei nõ poteſt ſtare, quod Deus nobis obligetur ex iuſtitia per promiſsionem, ideo eſt, quia verũ debitum quale exigit iuſtum commutatiuum, ſi per promiſsionẽ acquiratur ius in quo fundetur, videtur tollere aliquid de dominio promittẽtis, & illud quodãmodo de iure transferre in eum cui fit promiſsio: ſed id ipsũ ſequitur, ſi nobis fiat verè debitor etiamſi ſit ex fidelitate, & veritate: ergo implicat quod inter nos, & Deũ non detur iuſtitia vera, ac propria, & tamen quod Deus nobis cõſtituatur debitor, quę erat repugnantia oſtendenda, & quę ſequitur ex ſupracitato modo dicendi, quem ſequitur Vaſquius. Maior eſt admiſſa ab eodẽ Vaſquio: conſequentia recte oſtendit in cõmodum: minorem oſtendo: quoniam verum debitũ ſiue oriatur ex fidelitate, ſiue ſimplici promiſsione, aut conditionata, aut qualibet alia virtute ſemper ſub aliqua ratione transfert domi-

Vaſq.

nium

Debitum neceſſario inuoluit Dominij abdicatione, & tranſlationem illius in creditoré.

niũ rei promiſſæ à promittente in eũ cui facta eſt promiſſio, vt patet in eo, qui vouit Deo caſtitatem, aut paupertatem, qui etiam ſi ad obſeruationem eorũ non obligetur ex iuſtitia, ſed ex religione, per huiuſmodi tamen obligationem abdicauit à ſe dominium earum rerum, quas vouit.

5. Vnde dicendum eſt Deũ, dum promittit, ſiue per ſimplicem promiſsionem, ſiue per cõditionatam ſub pacto ſcilicet talis, aut talis operis faciendi, obligari quidem ad impletionem promiſsi non nobis, ſed ſibi in quo nõ datur aliqua ratio iuſtitię, ſed modus, quidam, vt docuit D. Thom. ſupracitatus, ſeu etiam vt inquit Scotus obligari non nobis ſed bonitati ſuę, vt illi à qua promiſsio ex liberalitate; fidelitati autem & veritati, vt virtutibus à quibus in Deo conſideramus oriri ad impletioné diuinæ promiſsionis: Ex quibus iam noſtra aſſertio vnico verbo oſtenditur. Deus per promiſſionem non poteſt obligari ex verò debito ergo neq; ex perfecta iuſtitia, ergo quando nobis pro bonis operibus reddit præmia non reddit ex iuſtitia, proindeque in noſtris bonis operibus non datur vera iuſtitia ad Deum, etiam ſuppoſita promiſsione ſub qua eadem opera fiant.

D. Thom. Scot.

Fundamẽtum aſſertionis.

ARTICVLVS IX.

Neq; in ſatisfactione noſtra pro culpis interceſsiſſe veram, ac propriam iuſtitiam commutatiuam.

QVemadmodum culpa, ſiue peccatũ vel ſumitur pro actu habente realitatem illam, per quam peccans ordinatur ad pœnam, & vt ſic dicitur offenſa, vel ſumitur pro ipſamet ordinatione, ſeu relatione rationis ad pœnam, quæ vt eſt animæ diſconueniens dicitur macula, vt vero formaliter eſt obligatio ad pœnã dicitur reatus, ita quoq; vt notauit Sotus in 4. d. 19. q. 1. art. 1. §. *Accipitur*, ſatiſfactio dupliciter accipitur 1. pro remedio adhibito ad remiſſioné culpæ, & offenſæ, quo pacto Chrſti Domini paſſio, contritio, & cõfeſſio dicũtur ſatisfactio, ſunt enim opera adhibita ad remiſſioné culpæ: ſecundo modo ſumitur 1.

Sot.

Digitized by Google

mitur ſatisfactio pro ipſa ſolutione pœnę, quæ remiſſa culpa deletur, & ſic diſtinguitur à contritione, & confeſſione conſiſtitque in alijs actibus.

2. Statuendum etiam eſt ſecundo loco ſatisfactionem noſtram poſſe reſpectu pœnæ temporalis habere condignitatem meriti, & de cōdigno ex ſe, ſemoto quocūq; alio pacto, ſeu promiſsione poſſe mereri remiſsionē eius, etiamſi pro culpa ſatisfacere prædicto modo non poſſimus.

3. Illud vltimo animaduerſum volumus, quod antecedētibus, cōſequēs eſt, nimirū ſatisfactionem poſſe eſſe condignā cōdignitate meriti, & tamē nō eſſe ex iuſtitia, nam ad primū ſufficit, quod tantum quis per ſatisfactionem recompenſet, quantum per offenſſam nocuerat, cū quo tamen non illico dabitur ſatisfactio ex iuſtitia nā ſiquis videlicet alteri iniuriā intuliſſet, qua eius honorem lęderet, vt quatuor, exhiberetq; illi in ſatisfactionē ſimilem honorem, aut pecuniā æquiualentem, aliudue morali æſtimatione illatæ iniuriæ ęqualens, proculdubio tale opus exhibitum habebat condignitatem meriti ad remiſſionem illatæ iniuriæ: Cęterum offenſus ſi iure ſuo (quod ſæpe accidit) poſſet exigere aliud genus ſatisfactionis, illudq; exigeret, non vtique ageret cōtra iuſtitiam ſi non acceptaret oblatā ſatisfactionē, aliāq; poſceret, proindeque iā talis ſatisfactio non eſſet ex iuſtitia, ſi enim talis eſſet obligaret ex iuſtitia offenſum ad ſui acceptationem, remiſsionemque iniuriæ illatæ, neq; illi liberū eſſet exigere aliā, nam in tali opere (vt ſupponimus) reperiebatur condignitas, & æqualitas operis cū offenſa.

Nō omnis ſatisfactio condigna condignitate meriti eſt ex iuſtitia.

Quibus poſitis ſit in hac re vnica concluſio. In nullo actu noſtræ ſatisfactionis pro peccatis reperitur vera, ac propria iuſtitia, nec ex parte noſtra ad Deum, nec Dei ad nos. Probatur verò, quoniam nō datur materia veræ iuſtitiæ commutatiuę, niſi vbi datur verū debitū ex iuſtitia, atqui nos nō obligamur ex propria iuſtitia ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis. Ergo noſtri ad Deum non eſt propria iuſtitia, minor oſtenditur, quoniā pro- 4.

Vnica cōcluſ.

Proximus finis ſatiſfactionis.

ximus, & immediatus finis ſatisfactionis eſt reſarcire dãnum illatum, remotus vero, & ſecundarius eſt recuperare amicitiam diuinã, vt docet Sotus in 4.d.19. art.1. ad 3. iam vero ſatisfactio noſtra facta Deo nullũ damnũ illatũ ei reſarcire poteſt, cũ peccata noſtra nullũ damnum inferre poſſent Deo, aut bonis eius: ſicut enim ipſe Deus nihil à nobis vtilitatis poteſt accipere, ita neque damni à quo inęqualitas aliqua oriatur, quam ad æqualitatem reducat iuſtitia commutatiua: ergo nunquã pro peccatis noſtris ſatisfacimus Deo verè, ac propriè ex iuſtitia commutatiua.

Sotus.

5. Confirmatio cõcluſionis.

Et cõfirmatur quoniam ſatisfactio includit duo, primò æqualitatem inter pœnam, & culpam, vnde ex D. Thom. 2.2.q.108.art.4. per pœnam reparatur ęqualitas iuſtitiæ in quantùm ille, qui peccando nimis ſecutus eſt ſuam voluntatem, tantundẽ contra ſuam volũtatem patiatur, & in hoc ſatisfactio, vt ſic diſtinguitur à reſtitutione, & cõſiſtit in huiuſmodi actionibus, quibus pro iniuria, & offenſa pœna, & iniuria rependitur, quæ vel poteſt imponi ab alio, vel á ſe ipſo, & vtroque modo ſẽper eſt actus virtutis pænitentiæ, ſi tamẽ imponatur à iudice dicitur vindicatio, ſi verò vltro accipiatur pro recõpenſanda amicitia dicitur reconciliatio, quæ nomina ex imponẽtis affectu diuerſa reddũtur. Secundũ quod ſatisfactio requirit, vt ſit ex vera, ac propria iuſtitia cõmutatiua, & in quo cum reſtitutione cõuenit, eſt vt ſupponat aliquod ius læſum, & in eo aliquam inæqualitatẽ, quam ad æqualitatem reducat per recompenſationem, & ita vt poſita ex parte ſatiſfacientis tali ſatisfactione, ſiue re exhibita, illicò offenſus ex iuſtitia teneatur acceptare dictã ſatisfactionem, quã ſi non acceptet, ſatisfaciens ad nihil aliud teneatur, totũ enim hoc includitur in eo, quod ſatisfaciens obtulerit iuſtum condignum ex rigore, vtrumque autem hoc deficit in ſatisfactione noſtra ad Deum, nam in primis ius diuinum non poteſt ab homine lædi, nec Deo à creatura poteſt inferri iniuria, nam neque per ipſa peccata, quæ directe ſunt cõtra ipsũ Deũ, qualia ſunt peccata blaſphe-

D. Thom.

Satisfactio ſupponit ius læſum.

Noſtra ſatisfactio ad Deũ deficit in conditionibus.

Deus ex noſtris peccatis nihil recipit incommodi

miæ, ſacrilegij, & odij Deus aliquid incommodi, aut iniuriæ recipit, vnde hæc peccata non ſunt contra iuſtitiam propriam, ac veram, blaſphemia enim opponitur directé fidei, ſacrilegium religioni, odium charitati: ſecūdum etiam deficit, quoniam etiamſi diuinum ius violaretur, lædique poſſet á creatura, nunquàm ab eadem poſſet ad æqualitatem recompenſari, ſemper enim citra iniuriam ſatisfacientis in Deo maneret libertas ad acceptandam, aut reijciendā talem ſatisfactionem à creatura exhibitam, etiamſi offerretur pro pœna temporaria, pro qua poteſt condignè ſatisfacere, totum hoc enim ſupremum dominium Dei includit, quod habet in creaturam, & in eius actiones, vnde ſicut Deus, nulli fit debitor ex iuſtitia, etiam per promiſsionem ſuam, vnde Pater Auguſtin. 1. Confeſſion. cap. 4. & 29. Medit. dixit, *Reddis debita nulli debens*, ita etiam nulli obligatur ad id, quod offertur in ſatisfactionem, ratione dominij, quod habet in omnia noſtra opera; ergò licet in ſatisfactione creaturæ reperiatur condignitas, quæ cernitur inter pœnam, & culpam, non proindè reperiri poteſt illa, quæ conſtituit ſatisfactionem æqualem cū culpa ſecundùm leges propriæ iuſtitiæ.

Auguſt.

6. Neque ex parte Dei ad creaturā datur vera, ac propria iuſtitia.

Vnde ſimiliter colliges (quod conſequens eſt ad proximè dicta) etiam ex parte Dei ad creaturam non dari veram, ac propriam iuſtitiam, nam licet Deus ratione dominij, quod habet in creaturam poſsit ab ea pro culpa in eum cōmiſſa quālibet ad libitum ſatisfactionem exigere, & quamlibet pœnam imponere, cum tamen diuinum ius læſum nō ſit, nec Deo aliqua iniuria illata, id non poterit exigere ex vera, ac propria iuſtitia, quæ reſpicit ius læſum, quod ad æqualitatem recōpenſetur, vnde D. Thomas in 4. d. 14. q. 1. ar. 1. quæſtiūcula 5. Aliquis (inquit) fit Deo debitor per hoc, quod ab eo aliquid recipitur: hac ratione Deo reddit honorē debitum latria, ſiue religio: alius veró per hoc, quod contra Deum peccauit, & reddit Deo debitum pœnitentia, vnde ſicut religio ponitur pars iuſtitiæ, nō quaſi

D. Thom

ſubiectiua, ſed potentialis; ita ſatisfactio, quæ pœnitẽtiæ eſt actus, ad eundem ordinem ſpectabit.

7. Obiectio. Si obijcias, quoniam ſicut virtutes, ita & vitia præcipuè reſpiciũt, & expendũtur potiùs penes affectũ, quã effectum, debet enim in huiuſmodi oppoſitis cõtrarijs eadem ratio verſari, vnde etiam ſi re ipſa nihil nocumenti peccator Deo inferat per culpam, & offenſam quoad effectũ, tamen quoad affectum videtur intendere nocumentum, & iniuriam Deo inferendam, vt patet in peccatis ſuprà poſitis blaſphemiæ, ſacrilegij, & ſimilibus.

Soluitur. Facilis eſt ſolutio, nam illud axioma, virtutes reſpiciunt potiùs affectum, quàm effectum, non eſſe vniuerſaliter verum, ſed in ijs dumtaxat habere locum, quæ deſumunt ſuam perfectionem ex affectu, & non ex effectu in re exhibito, vt cernitur in liberalitate, in qua actus, quo donatur vnum in perfectione intra eandem virtutem, imò & merito, poteſt excedere alium actum, quo donantur, & hoc ex maiori affectu, & præſtantiori intenſione in donando, licet materialiter donatio duorum ſit maior donatio, quã vnius tantùm, quod idem ſuo modo dicẽdum de actibus oppoſiti vitij: longè tamen alia ratione ſentiendum eſt in iuſtitia ſpeciali, quæ cum hinc, & indè dicat inter vtramque perſonam tribui, aut acquiri ius aliquod, & iſtud non acquiratur, niſi per realem, ac veram læſionem, ſi ſit in materia offenſæ, & iniuriæ, aut contractum, ſi ſit in alia; fit, vt non ſolùm potiùs attendat effectum, ſiue damnum in effectu exhibitum, ſed totaliter attendat effectum ad hoc, vt aliquis ex iuſtitia poſsit obligari, vnde ad argumentũ admiſſa prima ſimilitudine inter vitia, & virtutes, quæ effectum etiam reſpiciunt, neganda eſt alia ſimilitudo inter iuſtitiam, & alias virtutes ob diſparem rationẽ aſſignatã.

In quibus virtutibus locum habeat ſuperior regula.

Similitudo inter vitia, & virtutes, in quo teneat.

8. Neque indè inferas dari virtutem aliquam perfectã, quę poſsit compleri ſine effectu, & carere materiali obiecto ſuo circa quod ſe exerceat, quod ſenſit Caiet. tertia parte quæſtione 7. articulo tertio, dum aſſignans

Caiet.

diſcri-

diſcrimen inter liberalitatē, & magnificentiam ex vna parte, & fidem ex alia, ideò fidem à Chriſto Domino excludit, admittit verò liberalitatem, & magnificentiam, quoniam, vt inquit, in Chriſto Domino manſit quidem obiectum materiale fidei nimirùm Deus, myſteriaq; ſupernaturalia Trinitatis, Incarnationis, & ſimilia, non tamen manſit obiectū formale fidei, quod eſt non viſum, vnde cum nullius virtutis ratio poſſit admitti ſine ſuo obiecto formali, certum eſt non poſſe in Chriſto Domino admitti veram rationē fidei, quod tamen in liberalitate, & magnificentia ex oppoſito ſe habet, nam obiectum materiale harum virtutum non manſit in illo, neque enim habuit magnificos ſumptus, manſit tamen obiectum formale, nempe recta ratio dictans quandò, quomodò, & inter quos cum cæteris circunſtantijs deberent diſtribui diuitiæ, ſi adeſſent: iamverò defectus ſolius materialis obiecti non tollit formalem rationem virtutis, vbi formale obiectum adeſt.

Obiectum materiale fidei in Chriſto manſit non formale.

9 Verùm ſiniſtrè philoſophatus eſt Caietanus hac in re, & contra mentem ipſius Diui Thomæ, & aliorum interpretum: nam ratio formalis obiecti alicuius virtutis dupliciter ſpectari poteſt, vel latiùs antequam determinetur ad certam materiam, circa quam talis virtus verſatur: vel iam determinatum, & contractum ad certam materiam ſibi propriam, priori modo non ſpecificat virtutem obiectū formale in ea generalitate ſpectatū, cū vt ſic ad multas pertinere poſsit, aliter enim poſſet in Angelis reperiri vera ratio virtutis fortitudinis, & temperantiæ, habent enim formalem rationem harum virtutum, nimirúm rectam rationem dictantem, quando & quomodo operandum eſſet circa obiecta materialia ſi eſſent, cum tamen ex communi Theologorū conſenſu huiuſmodi virtutes, ideò in Angelis non admittantur, quia in illis non ſunt appetitus irraſcibilis, & concupiſcibilis, qui ſunt materia circa quam huiuſmodi virtutes verſantur: vnde ſolo poſteriori modo poteſt

Caiet. D. Thom.

Obiectum formale alicuius virtutis nō eā ſpecificat, niſi vt iam determinatum ad materiale.

Digitized by Google

obiectum formale alicuius virtutis illam ſpecificare, quatenùs iam eſt determinatum ad propriam materiam talis virtutis, vnde potiùs dicendum in Chriſto Domino neque defuiſſe obiectum formale, neque materiale liberalitatis, aut magnificentiæ, præterquàm quód enim (vt alij dicunt) in animi præparatione habuit diſtributionem multarum diuitiarum, ſi adeſſent, habuit eaſdem diuitias oblatas ſibi, & ſub ſua poteſtate ſtetit eas actu habere, vel non habere; & ex illis liberales, ac bene ordinatos ſumptus facere, habuitque ſimul actum illas contemnendi, qui inter magnificentiæ actus eſt præſtantiſſimus: vnde neque formale, nec materiale obiectum liberalitatis, & magnificentiæ defuit in Chriſto Domino, defuit tamen formale fidei obiectum, vnde nihil mirum, ſi fides ab illo excludatur, admittatur verò liberalitas, & magficentia.

Obiectum liberalitatis, & magnificentiæ in Chriſto Domino.

(.?.)

ARTICVLVS X.

Satisfactio Chriſti Domini pro peccatis hominum habuit condignitatem æqualitatis meriti, imò & in hoc ſuperabundans fuit.

Ex dictis facili iam negotio poſſet præſens quęſtio expediri, illa tamen híc eſt ſigillatim expendenda, eſt enim illius doctrina multis alijs Theologiæ locis non modo vtilis, ſed neceſſaria. 1.

Primó ergo ſupponendum eſt, ſatisfactionem aliquam pro offenſa poſſe deficere à vera, ac propria ratione iuſtitiæ multis modis: primò quando id, quod offertur in ea in recompenſationem iniuriæ, aut debiti non eſt tanti valoris ad ſatisfaciendum, quantùm requirit iniuria commiſſa, vt ſatisfiat ei, cui debet fieri ſatisfactio, quod eſt deficere ab æqualitate, ſeu coæqualitate, quæ debet reperiri inter ſatisfactionem, & offenſam, ſeu, vt dicitur, inter rem, & rem, & ob hanc cauſam communiter in ſatisfactione ex rigoroſa iu- 2.

Debet eſſe res oblata tanti valoris, quanti ablata.

ſtitia requiruntur illæ vulgares conditiones, quod ſcilicét ſatisfactio non fundetur in gratia ipſius creditoris ſimpliciter, nam quantùm gratiæ intercesſerit, tãtundem imminuetur in æqualitate ſatisfactionis ex vera, ac propria iuſtitia. Deinde quod fiat ex bonis ipſius ſatisfacientis, & quod non ſit ex debitis creditori ex alio titulo, propter eandem rationem imminuunt rationem veræ, ac rigoroſæ iuſtitiæ, cum his enim ſtare nequit illa omnimoda, & perfecta æqualitas, quam conſiderat perfecta, ac rigoroſa iuſtitia inter rem, & rem.

Quod fiat ex bonis creditoris.

3. Secundò poteſt ſatisfactio deficere á perfecta ratione iuſtitiæ, quando admiſſa ex parte eius, quod in ſatisfactionem offertur, vera, & omnimoda coæqualitate, & condignitate cũ offenſa, quam intendat ad æqualitatem reducere, tamen ex parte creditoris non datur ius aliquod læſum per offenſam ſatisfacientis, vnde nec creditor ex propria iuſtitia poterit ab illo ſatisfactionem exigere, nec ſatisfaciens ad illam reddendam tenebitur ex iuſtitia, etiamſi contingat ad id ſub alio titulo obligari. Nam vt ſuprà diximus, ſatisfactio in hoc cum reſtitutione conuenit, quod ſemper neceſſariò ſupponat aliquod ius læſum, quod ad æqualitatem reducat. Quod malè intellexit Albertus ſuprá citatus credens omnem illam ſatisfactionem eſſe de rigore iuſtitiæ, in qua reperitur condignitas rei cum offenſa pro qua dicitur ſatisfieri, ſeu cũ re, cum qua debet fieri recõpenſatio.

Debet eſſe ius læſum.

Albert.

4. Tertió poteſt deficere ſatisfactio à vera, & rigoroſa iuſtitia ob defectum identitatis perſonæ, quia nimirùm ad rigorem ſatisfactionis ex iuſtitia oportet, vt ſit eadem perſona ſatisfaciens, & quæ reducat ad æqualitatem ius debitum, quæ illud per offenſam contraxit. Quę cõditio, quamuis ab aliquibus non admittatur, & ab alijs non rectè probetur, tamen in ſatisfactione pro iniuria vera eſt, & communi modo ſic requiritur, vt ipſe, qui iniuriam intulit, tantùm recompenſet honoris per ſe ipſũ in ſatisfactionem, quãtùm per iniuriam abſtulit, præſertim ſi in eo-

Quomodo debeat eſſe alia perſona.

dem genere debeat fieri recompenſatio. Dico in eodē genere, quoniam ſi læſio ſit in honore, & ſatisfactio debeat fieri in pecunia, vt ſępè contingit, etiam ſecundùm leges ipſas ciuiles ob inęqualitatem, & diſquipârantiam, quæ cernitur inter ſatisfacientem, & eum cui ſatisfit, tunc ſatis erit, quod fiat ex bonis ipſius ſatisfacientis, etiamſi alius ſuo nomine ſatisfaciat, cenſetur enim tunc per pecuniā ſatisfacere per ſe ipſum.

5. Obiectio. Sed obijcies. Poſita inæqualitate perſonarum etiam poteſt contingere, vt offenſus ſit adeò infimæ cōditionis, & ſatisfaciens adeò illuſtris, vt etiamſi illum læderet in honore, ſatis ſuperq; credatur ſatisfeciſſe, ſi per famulum, aut quēlibet aliū illum laudet, & honoret, aut ſimile quid in honoris ſignum exhibeat: ergo non ſemper opus eſt, vt ipſe qui læſit ſatisfaciat, etiam quādo recompenſatio debet fieri in eodem genere honoris. Reſpond. Reſpondetur tamen ad antecedens, quod ſi offenſus habeat ius, vt ſibi recompēſatio fiat in eodem genere honoris, illud etiam haberet vt talem honorē poſsit exigere à ſatisfaciēte, quē dum non præſtiterit ſatisfaciens credat ſe non ſatisfeciſſe ex rigore veræ iuſtitiæ, vnde in ea inæqualitate, quam caſus adducit, potiùs dicēdum eſt ſatisfacientem non teneri ad recompenſandam iniuriam in eodem genere, ſed id pręſtare poterit in alio, quod ſi per famulum illi præſtet honorem, aut per tertiam perſonam, & offenſus illum acceptet, eximetur ab obligatione alterius ſatisfactionis, quoniam acceptans creditur renuntiare iuri ſuo, quod habebat ad illam aliter exigendam.

6. Duo effectus veræ, ac propriæ ſatisfactionis. Vnde colliges contra nōnullos ex Recentioribus, ſatisfactionē, quæ ſeruat omnes leges perfectæ, ac veræ iuſtitiæ, talis naturæ eſſe, vt illico atque à ſatisfaciente offeratur, duos effectus ſortiatur; primum abſoluere ſatisfacientem ab omni debito iuſtitiæ, quo tenebatur ob iniuriam illatam per ordinē ad illum in quem peccauerat, ita vt ſi creditor cui ſatisfieri debet, nolit illa eſſe contentus, nec eam acceptare, ſatisfaciēs ad nihil amplius teneatur ex vera, ac pro-

pria

pria iuſtitia, ſiquidem quidquid ex iuſtitia debitũ erat perſoluit, nec debet illi imputari, quod alius contra iuſtitiam non acceptet. Secundus effectus perfectæ ſatisfactionis eſt, creditoré ex rigore iuſtitiæ obligare ad acceptandum, & aliud nõ exigendum: quod etiam conſequens eſt ad primum, nam ſi illum nõ obliget iam creditor non acceptando non aget contra iuſtitiam, poteritque proinde à ſatisfaciente aliud in ſatisfactioné exigere: Vnde iam ſi ſatisfaciens id non exhibeat non abſoluitur á debito, & per conſequens illa primà ſatisfactio, quam præſtitit offenſo, non erat vera, ac propria ex rigore iuſtitię: nunquã enim hęc duo ſtare poſſunt, quod ſatisfactio oblata à creditore ſit vera, ac ex iuſtitiæ rigore, & quod ab illo poſſit nõ acceptari. Et hoc tanquã conditionem ad verã ſatisfactioné requiſitã ſupponit Vaſq. citata diſput. 85. capit. 6. & Albert. citatus ſine fundamento reijcit. Mihi tamen ſemper placuit potius hoc eſſe effectũ veræ ſatisfactionis ex iuſtitiæ rigore quam conditionem, hoc enim iam exercet ſatisfactio in re ipſa exhibita in vtroque, ſatisfaciente videlicet, & creditore, cui ſatisfactio fit ad modum explicatum.

Vaſq. tanquam conditionem hoc requirit. Albert. M. ſine fundamento reijcit. Potius eſt effectus.

7. 1. Concl.

Quibus põſitis dicédum eſt primo ſatisfactioné Chriſti Domini pro hominibus habuiſſe cõdignitaté æqualitatis meriti, quæ cernitur inter rem, & rem: imò; & ſuperabundans fuit comparata cum peccato hominum, pro quo ſatisfaciebat. Hæc concluſio cõmunis eſt apud Theologos, & paſſim à Patribus prædicata, quorũ loca innumera eſſet prolixum in ſcholaſtica diſputatione recenſere. Probatur vero: nã valor moralis reſpectus in actionibus Chriſti Domini fuit in genere valoris infinitus, ita vt quemadmodũ malitia peccati ex obiecto maior eſſe nõ poterat, eo quod eſſet contra Deum, cuius legé peccator tranſgreſſus eſt: ita etiam dignitas, & valor ſatisfactionis, cũ hæc deſumatur à perſorna operante, & ſatisfaciente, maior eſſe non potuit, erat enim perſona infinitę dignitatis, & ipſe Deus, quæ ſicut immediate dignificabat, & ſicut Patres loquuntur, quodã mo-

Satisfactio Chriſt. ſuperabundans.

Damaſc. dodeificabat ipſam humanitatem, ita mediate deificabat actiones eius, imò & propriùs dictæ actiones dicendæ erant ſuppoſiti, quam naturæ, neque enim humanitas fuit, quæ pro nobis ſatisfecit, ſed Chriſtus, ſeu Deus homo. Vnde recte Pater Auguſt. hominem Chriſti ſanguine redemptum, & peccãtem ſic alloquitur. *Quemuis contemnere precium eius attende, & cum morte Chriſti totum mũdum appende. Fuſus eſt enim ſanguis medici, & factum eſt medicamentum phrænetici.* (Auguſt. de verbis Domini lib. 5. contra hæreſes.)

8. Obiectio. Sed ad inſtitutũ rediens, ſi contra concluſionem obijcias ſuppoſitum diuinum nõ concurrere ad huiuſmodi actiones humanitatis vt diuinum, ſed vt humanum, quatenus ſcilicet ſe accommodabat ad modum operãdi naturę humanæ ſupplendo vices ſuppoſiti creati, cuius loco naturam illam ſuppoſitabat, vt videre eſt in omnibus actionibus Chriſti Domini tàm virtutum infuſarum, quàm acquiſitarum.

Dilutio. Reſpondetur tamen ſemper diuinum ſuppoſitũ prædicto modo dignificare actiones illius naturæ quam ſuppoſitabat, & quæ propriſſimè erant actiones ſuppoſiti diuini, etiamſi in operãdo ſe accommodaret ad modum operãdi naturæ humanæ, cui ſupplet vicẽ ſuppoſiti creati, id tamen non tollit quo minus operibus ipſis conferat dignitatem, & valorem infinitũ; adhuc enim ſũt opera Dei hominis, & ex hoc ſatisfactio Chriſti Domini pro peccatis hominũ non deficiebat à vera, ac perfecta ratione iuſtitiæ. Vtrũ verò hęc condignitas ſeruauerit omnes alias conditiones perfectæ iuſtitię, nimirũ quod fieret ex proprijs, ex non debitis ſub alio titulo creditori, & ſimiles, quæ ſolent requiri, in ſatisfactione Chriſti Domini ad 3. p. quęſt. 1. articul. 2. breuiter dico in omnibus cõditionibus requiſitis in tantum ſatisfactionem Chriſti Domini deficere poſſe à rigoroſa, ac vera iuſtitia, in quantũm quidquid Deo potuit offerri, erat iã ſub ſupremo dominio ipſius Dei, nec ipſe Deus obligatur ex iuſtitia ad illud acceptandum, quod ex ſequentibus ampliùs apparebit. (D. Thom.)

Digitized by Google

ARTICVLVS XI.

Non fuit ex vera iuſtitia.

1. 1. Concluſ. DIcendum eſt ſecũdo ſatisfactionẽ Chriſti Domini in eo etiam deficere à proprio rigore iuſtitiæ, quod non ſupponit læſum diuinum ius, aut Deo illatam iniuriam á peccatore: cum enim Deus per peccatum nihil detrimenti accipiat: nec proinde per ſatiſfactionẽ peccatoris aliquid vtilitatis poteſt accipere, neque etiam ex illa, quã Chriſtus Dominus pro peccatoribus obtulit, quod tamen vt ſupra notauimus ad rationem veræ, ac propriæ iuſtitiæ opus erat.

2. Deficit etiam ex vera ac propria ratione iuſtitię quatenus non exhibetur ab eodẽ, qui peccauit: vnde quãuis multo excellentior ſit ſatisfactio exhibita à Chriſto Domino, quam ab homine, tamẽ attenta propria ratione ſatisfactionis ex iuſtitia, opus eſt, vt ſit obſequiũ, ſeu recompẽſatio iniuriæ oblata ab eadem perſona, quæ eã intulit, vt ex iuſtitia obliget creditorem ad acceptandum: nam cũ per illationem iniuriæ acquiſierit quodam modo ius ſupra offendentem, vt ab eo ſibi exhibeatur æquale obſequiũ, ſeu recompẽſatio, qualem iniuria illata ad æqualitatem ex poſcit, fit conſequens, vt ſi aliquid, aut æqualis, aut maioris precij illi offeratur in ſatisfactionem ab alio, non teneatur ex obligatione iuſtitiæ illud acceptare, & conſequẽter per id quod ab alio offertur, non cenſebitur quis ſatisfacere ex rigore iuſtitię ad eum modum, quem notauimus articulo præcedenti. Eadẽ perſona quæ iniuriã intulit exhibeat ſatiſfactionem.

Vnde quis noſtrum per opus bonum factum in gratia cõdignè cõdignitate meriti ſatisfacit pro pæna temporali, neque ex hoc deſinit eſſe ſatisfactio noſtra pro pœna temporali in materia iuſtitiæ, cum tamen opus noſtrum non habeat tãtam condignitatem, & valorem, quantum habuit quodlibet opus Chriſti, ſed ex eo deſinit eſſe actus propriæ iuſtitiæ, quia inter nos, & Deum non exercetur inter datum, & acceptum, vt ſupra diximus: Et rationem huius rei bene explicauit Vaſq. citatus cap. 6. diſput. 85. Quoniam propria ſatisfactio facit ſatiſ- 3. In gratia cõſtitutus ſatisfacit pro pœna temporali. *Vaſq.*

facien-

Aliud eſt ſatisfacere condigne, aliud ex rigore iuſtitiæ.

facientem formaliter dignũ, qui nõ puniatur pro eo debito, pro quo ſatisfacit, ſi illa in ſe habet condignitaté meriti, ſeu rei ad rem, vnde ſi vltra iam puniretur, nõ pro debito, ſed ex voluntate alterius puniretur: at verò ſatiſfactio alterius pro culpa aliena non facit illum qui culpã cõtraxit formaliter dignum, qui non puniatur pro debito, quia nimirùm non obligat creditorem ex iuſtitia, vt illam acceptet: Vndè cum Deus poſſet non acceptare ſatisfactionem Chriſti pro nobis fit conſequens, vt illa pro nobis oblata nõ eſſet de rigore iuſtitiæ verè ac propriè.

4. Inſtantia.

Neq; obſtat ſi dicas poſita promiſſione diuina iam Deum non poſſe nõ acceptare prædictam ſatisfactionem Chriſti pro nobis proindeque ex hoc capite non deficere à ratione veræ, ac propriẹ iuſtitiæ: vt enim ſupra vidimus, quod promiſſio intercedat non auget rigorem iuſtitiæ, nec cõſtituit rationem eius, cũ Deus per promiſſioné nõ fiat debitor ratione iuſtitiæ virtutis particularis, ſed generalis tãtũ, fidelitatis videlicet, quod vt iã diximus potius eſt cõſtitui ſibi debitoré, quã nobis.

Soluitur.

Deus per promiſsionem nõ fit debitor ex iuſtitia.

At contra objicit Suarius 3. p. de gratia lib. 12. de merito cap. 30. §. Ratio deniq; eſt, quod licet noſtra opera nõ ſint Deo vtilia, quatenus vtile dicit mediũ ad aliquid acquirendum, ſunt nihilominus honorifica Deo, & reddũt illi honorem, & obedientiam debitã, etiã quatenus ſupremi dominij recognitionem exhibent, dignãq; de illo æſtimationem indicant in ipſo operante, & in alijs generant, vnde ſicut honor, & fama dicitur de ſe extrinſecum bonum, ita & hæc opera poſſunt dici vtilia ad Dei honorem, & gloriam. Hæc, & ſimilia addit Suar. vt oſtendat Deum ſuppoſita promiſſione ſua poſſe iam ampliùs ita obligari, vt ex iuſtitia teneatur acceptare opera ſub promiſſione in ſatisfactionem oblata, aut in meritũ præmij promiſſi ſub conditione, ſi fiant, in vtroq; enim ęqua ratio reperitur. 5. *Suar.*

Verùm neque hæc ratio plus habet momenti, quam præcedentes nam quod cedant bona opera noſtra in Dei gloriam, & honorem eo modo, quo nos concipimus 6. Soluitur inſtantia Suarij.

Digitized by Google

Deū per opera noſtra bona honorari, & glorificari non probat Deum inde aliquid emolumenti, capere ratione cuius ex iuſtitia obligetur ad adimplēdam promiſſionē: nam præterquam quod totum id valde extrinſecum ſit Deo, totum illud ratione ſupremi dominij quod habet in creaturam, & in actiones eius, ab ea exigere poteſt, & proinde illud nec acceptare in meritum tenetur, nec in ſatisfactionem quantum eſt ex rigore iuſtitiæ, vnde nunquam ex ſimilibus operibus poterit Deus creaturæ obligari ex iuſtitia, nec Deo pro peccato creaturæ poterit ex eadem propria iuſtitia ſatiſfieri.

ARTICVLVS XII.

Soluuntur rationes ſecundo articulo adductæ pro oppoſita ſententia.

1. Ad 1. AD primū ex ijs, quæ cōtendebant noſtri ad Deum, & Dei ad nos dari veram, ac propriam rationem iuſtitiæ, dicendum eſt, Deum in diuinis litteris dici iuſtum, quia quantum promittit, tantum tribuit, & quia ex fidelitate, & veritate; ſua ſeruat dictam æqualitatem in retribuendo, nec minus vnquam tribuit, quam promittit; ſicut etiam in puniendo dicitur iuſtus, quia nūquā punit vltra id, quod peccator meretur, quamuis in puniendo non ſeruet exactam æqualitatem, ſed minus puniat, quam peccator meretur, ſicut in retribuendo eandem menſuram exactè non ſeruat, ſiquidē vltra id, quod meretur homo retribuit: vnde dicitur, Deum punire citra, & præmia vltra condignum dare: quod ſatis aperte dixit Iſai. c. 54. *Ad punctū in modico dereliquite, & in miſerationib⁹ magnis cōgregabo te in momēto indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſeratione ſempiterna miſertus. Sum tui dixit ſed emptor tuus Dominus.* Vbi aperte miſericordiā Dei per magnas miſerationes, & ſempiternas exprimit; at verò ſupplicium, & pænam per momentū indignationis adumbrat: ſed hoc latius proſequi non eſt huius loci: in commentarijs in Haggæu, in quę (ſi Deus annuat) breui diſputationes has conſequētur doctrinam illam latè proſequimur; & illuſtramus.

Deus punit citra cōdignū, & præmiat vltra.

Iſai. 54.

Ad

2. Ad D. Thomã in argumento citatum reſpondetur quod ſicut in eo loco citato dixit de diuino iudicio, quod attenditur ſecundum formã cõmutatiuæ iuſtitiæ, ita etiã in 4.d.14.q.1.artic.1.quæſtiuncula 5. inquit, quod iuſtitia æqualitas quædã eſt, nõ poteſt eſſe vera adæquatio, vbi non eſt perfecta ratio iuſtitiæ, ſed aliquis iuſtitiæ modus, ſicut Philoſophus docet 5. Ethicorum capit.3. quod inter ſeruum, & dominum non ſimpliciter iuſtum, ſed dominatiuum iuſtum, cum ergo inter homines, & Deum ſit multo maior diſtantia, quam inter dominum, & ſeruum, non erit inter eos vera iuſtitia, ſed aliquis modus, aliqua uè iuſtitiæ ſimilitudo. Verè ſcio (inquit Sãctus Iobus capite 9.) quod ita ſit, & quod nõ iuſtificetur homo comparatus Deo, habet tamen iuſtitiam in latiori acceptione, in qua iuſtũ dicitur omne id, quod leges iubent, & quod operationibus virtutum cõforme eſt ex Philoſopho. 5. Ethicorum cap.1. vndè iuſtitiam in hac acceptione dixit 5. Ethicorum cap.3. nõ eſſe partem virtutis, ſed vniuerſam virtutem; & Polus pythagoricus in lib. de iuſtitia, illam inter homines matrem, & nutricem omnium virtutũ dixit, vndè tritũ, ac ſatis vulgare carmen euaſit.

D. Thom. *Ariſt.* *Iob.9.* *Ariſt.* *Polus Pythagor.*

Iuſtitia in ſe ſe virtutes continet omnes.

3. Ad 2. Ad ſecundùm conſtat ex dictis, quit ſit dicendum, & quomodo licet promſſio inter homines fundet veram rationem iuſtitię, quia nimirùm creditor per illã acquiſiuit ius in rem promiſſam, quod promittens per promiſſionem à ſe abdicauit, in Deo tamen id nequit habere locum, qui nullo iure per promiſſionem ſe potuit priuare, & illud in hominem transferre. D. Paulus verò quandò dixit gloriam coronam iuſtitiæ, nõ id aſſeruit, eò quòd nos Deum ex iuſtitia poſſemus obligare, ſed attendit condignitatem, meriti, ſeu rei ad ré, quæ cernitur in noſtris operibus collatis cũ gloria, quæ ex promiſſione diuina glorię ęquiprarantur, & in hoc ſenſu reſpondet illis gloria, vt corona iuſtitiæ, aliter enim, vt inquit Hieronymus ad demetriadẽ homo Deo ſuppo ſitus iuſtitiam percipit, cõ-

D. Paul. *D. Hieron.*

Digitized by Google

paratus amittit, quia quiſquis ſe bonorum authori cō parat, bono ſe, quod acceperat, priuat.

4. Ad 3. Ad tertium admiſſa ſimilitudine ex illa nō colligitur ratio veræ, ac perfectæ iuſtitiæ, nam neque filius ad patrem, neque ſeruus ad domi num poteſt habere veram, ac propriā rationē iuſtitiæ. Notandū verò eſt, quod cū Ariſtoteles dixit, inter filiū & patrem nō poſſe reperiri iuſtitiam, expreſsè loquutus eſt de filio paruo non ſeparato á patre, neque emancipato: ſic 5. Ethicorū cap. 6. qua ratione filius, & bona illius reputantur bona patris, vnde ſicut nemo (inquit Ariſtoteles) ſe ipſū vult lædere, ita neq; ad ſe ipſum poterit exercere actū iuſtitiæ.

Filius non ſeparatus a patre. *Ariſt.*

5. Inſtantia. Sed contra ſolutionē inſtabis, quoniā filius paruus etiā non ſeparatus á patre tenetur deferre honorē parēti; ergo licet quà talis reputetur aliquid patris, poterit tamen ad illum actum veræ iuſtitiæ exercere: & confirmatur, quoniam filius familias de iure cōmuni expleto pubertatis anno poteſt bona propria habere, de quibus ad libitum diſponat, &

Confirmatio.

de quibus poſſit validè condere teſtamentum, ergo habet materiam, in qua poſſit actum veræ iuſtitię cum patre exercere, & proindè ſi filio paruo reſpectu patris æquiparatur creatura reſpectu Dei ex Philoſopho ſupra citato, poterit ex mente ipſius veram iuſtitiam creatura cum Deo exercere. Ad argumentum Sotus 5. de iuſtitia & iur[illegible] 1. art. vltimo circa finem dixit, Ariſtotelē dum aſſeruit filium paruū reputari, tanquàm aliquid patris, debere intelligi in cōtractibus ciuilibus pecuniarum, aut qui pecunia æſtimantur, non tamen in honoribus exhibendis, & ſuſtentanda vita, ad hæc enim lege naturali tenetur filius ex pietate, quæ eſt alia virtus diſtincta à iuſtitia particulari, vnde ſi talis filius patrem occidat, non peccabit contra particularem iuſtitiam, ſed contra pietatem, ex qua tenebatur parentes colere, & illorum vitam conſeruare: in tantum verò contra iuſtitiam ageret, in quātum harum virtutum regulas violaret, nam in hac etiā latitudine Ariſtoteles libro Rhetor. & Alexan. cap. vlt.

Solutio Soti.

Filius occidens patrē contra pietatem peccat.

Ariſt.

dixit, Iuſtè agere eſt communis ſequi vtilitatis conſuetudines, parere legibus, priuataq; pacta ſeruare. Et idem dicit citat.lib.5. Ethic. cap.1.

Ariſt.

6\. Circa pecunias auté, & ſimiles cōtractus ſic Ariſtot. loquutus eſt, quoniam ſuo tempore filius, nec bonorū aduentitiorū,nec caſtrenſiū habebat dominium,aut poteſtatem, aut vſum, vnde ex eius méte nihil in argumento colligitur reſolutioni oppoſitū. Verū tamen eſt, quod poſteà antiquo Cæſarū iure, etſi pater dominus eſſet omnium bonorum filij non emancipati, non tamen aduentitiorum, & caſtrenſiū, nam bona caſtréſia poterat condito teſtamento alteri liberè mandare, &idé de quaſi caſtréſib.Inſtit.quibus nō eſt permiſſum facere teſtamentum in principio: l. qui in poteſtaté, ff. de teſtaméntis,l.Senium, & l. penult.C. Qui teſtamentū facere poſſūt, & c. licet deSepul.lib.6. Et hæc iura vigent etiam in regno Portugalliæ; Caſtellæ veró l. 5. Tauri, quæ eſt hodie 4.libr.5. nōuę collat. tit.4. Filius familias,ac filia, expletis pubertatis annis, de bonis etiā aduētitijs, ita diſponere poſſunt, ac ſi emancipati eſſent, &hoc ſiue vſus apud illos ſit, ſiue non: verū ſi vſus tépore antecedéti ſit apud patré filio mortuo idé vſus apud patré perſeuerabit, nec legatū antequā pater decedat ad illū deuoluetur, cui filius illud in teſtamento cōmiſit. Ita Molina de primogenijs libro ſecun-2.cap.9. numer. 22. Anton. Gomez ad 6.l. Tauri. num. 14.Cæterū quidquid de hoc ſit, in quo latiùs immorari nō eſt huius loci, filij ad patré,ſerui ad dominū,hominis adDeū datur modus qui dā iuſtitię,ſeu vt loquiturD. Thom.ſimilitudo illius,vnde nō eſt iuſtitia ſimpliciter, ſed ſecundùm quid,quę particula appoſita,iuſto,minuit rationé iuſtitiæ, etiā ſi nihil deroget de ratione virtutis, quidquid Suar.velit ad q.85. 3.p.ar.3.Neq;enim quomodocūq; imminuit rationem debiti, ſed debiti ēx iuſtitia, imò etiamſi imminueret rationem ad alterū,vt illevult, quatenùs ſcilicèt filius céſetur aliquid patris, & ſeruus domini, ob quam cauſam adhuc ſeruus multó minus liber eſt ad condendum teſtamen-

Iura Luſit. &Caſtellę.

Filius ſamiliasquomodo poſsit diſponere de bonis aduentitijs.

Molina.

Gomez.

Filij ad patrem, ſerui ad dominū non eſt vera iuſtitia, ſed iuſtitiæ modus.

D. Thom.

Suar.

Digitized by Google

ſtamentum,l.qui teſtaméto domini,ac l.ſequenti,& alijs hoc ſatis eſſet ad imminuendam rationem debiti ex iuſtitia, vnde ſimilitudo, qua creatura reſpectu Dei ęquiparatur ſeruo reſpectu domini nõ ſolùm non probat contra noſtram ſolutionem, ſed potiùs illam firmat.

7. Ad vltim.

Ad vltimum de Chriſti Domini ſatisfactione patet ex vltimo articulo antecedéti quid ſit dicẽdũ. Solùm pro complemento doctrinę traditę ſupereſt oſtendendũ à quanã virtute ſint eliciti illi actus, quibus Chriſtus Dñs pro nobis ſatisfecit, ſi quidẽ nõ admittimus illos eſſe actus verę iuſtitię cõmutatiuę, nec alterius iuſtitiæ, quæ dicatur ad Deũ, & ſit quodãmodò diſtincta à iuſtitia particulari cõmutatiua. Aliquibus placuit illos actus elicitos eſſe à virtute religionis: idq; ex illorũ affectu probãt, nam per illos Chriſtus D. volebat Deo honorẽ per peccatũ ablatũ recõpenſare: Alijs eſſe elicitos à virtute pœnitẽtię, quæ tamẽ in Chriſto D. nõ haberet rationem pœnitẽtię, nec nomẽ, nam ſub hoc nomine & ſub hac acceptione hæc

Actus ſatisfactionis Chriſti à qua virtute procedat?

virtus habet ordinẽ ad peccatum propriũ, cuius Chriſtus Dñs non erat capax, & per tales actus intẽdebat recompenſationem offenſæ illatę per peccatum alienum.

Dicendũ tamen eſt breuiter hoc nõ ita generaliter eſſe diſſoluendum, ſed potiùs diſcernẽdũ ex materia circa quam quilibet actus in particulari verſabatur. Itaq; omnes actus, quibus Chriſtus D. pro nobis ſatisfaciebat, erãt ex motiuo charitatis, ſi verò ſatisfaciebat exhibendo Deo honorẽ, & cultũ erat actus virtutis religionis: ſi per actũ fortitudinis in tentationibus ferendis, ac vincẽdis, erat ab eadem virtute fortitudinis elicitus, & ſic de alijs: dummodò tamẽ nullus aſſignetur elicitus à propria virtute pœnitentię, quæ ob rationem dictã impropriè ſolùm reperiri potuit in Chriſto Domino. Poterant inſuper prędicti actus eſſe ex affectu obedientiæ, & adimpletionis diuini pręcepti, & ex alijs motiuis, quę Chriſtus D. operãs, & ſatisfaciens pro hominibus proponebat: ſed iam nos iure ſuo vocat diſtributiua iuſtitia. 8.

Actus propriæ iuſtitiæ pœnitẽtiæ nõ fuit in Chriſto Domino.

Digitized by Google

TERTIA PARS DISPVTATIONIS

DE IVSTITIA diſtributiua.

EX ijs, quæ diximus in præcedentibus, iam conſtare poteſt, quid nobis in hac poſtrema diſputationis parte inquirendum ſuperſit circa iuſtitiam diſtributiuam, quod quatuor ſequentibus articulis abſoluemus, vt conſtet an Deus tam in remuneratione meritorum, quàm in punitione delictorum ſeruet veram, ac propriam rationem iuſtitiæ diſtributiuę.

Prænotantur nonnulla ad faciliorem intelligentiam quæſtionis. Articulus primus.

Qui Authores, & quibus argumentis, in Deo contendant oſtendere veram rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, tam in remuneratione meritorum, quàm in punitione delictorum. Articulus ſecundus.

Vera ſententia duabus aſſertionibus ſtatuitur. Articulus tertius.

Soluuntur rationes pro poſita ſententia adductæ. Articulus quartus.

ARTICV-

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

Prænotantur nonnulla pro quæſtionis intelligentia.

1. INTER alia in quibus diſtributiua iuſtitia diſtinguitur à cõmutatiua, illud eſt vnum, ac præcipuum, vt initio huius diſputationis annotauimus, quoniã diuerſas æqualitates reſpiciunt, quas ſeruare intendunt: nam diſtributiua iuſtitia intendit ſeruare ęqualitatem geometricam, quæ vt minimum duo extrema exigit, inter quæ verſetur, videlicèt ex vna parte meritum Socratis, & pręmium illi reſpondens, ex alia verò meritum Platonis cum pręmio tali merito reſpondente, & inter hæc duo extrema conſiderat proportionem geometricam, quam ſeruare intendit, ita vt ſicut ſe habet perſona ad perſonã in merito, ſiue in quouis alio iure, ita ſe habeat ad eandem in præmio; vnde ſemper hæc iuſtitia quantùm eſt ex ſe verſatur inter multos, quibus iura reddi debent, ſeu inter quos debet fieri diſtributio bonorum communium; hoc enim voluit Ariſtoteles 5. Ethicorũ cap. 2. & 3. eſſe de ratione æqualitatis iuſtitię diſtributiuæ, & ſequitur D. Thom. 2.2.q.61.ar.3. nam de ratione huius iuſtitię nõ eſt quęlibet æqualitas etiã geometrica, ſed illa, quæ oritur, & fũdatur in debito, quod alicui ea ratione ꝓuenit, quod pars ſit cõmunitatis, & bona communia Reipublicę in partes diſtribuenda ſint. In quo non eſt audiendus Vaſquius diſput.86.cap.3. dum dixit ſeruare huiuſmodi æqualitatem geometricam ex quocumque debito oriatur, ſiue ex contractu, ſiue ex quolibet alio, ſemper eſſe actum iuſtitiæ diſtributiuæ: æqualitas enim ſemper eſt eadẽ, & eiuſdẽ rationis, nam vt meliùs docuit Molina tract. 1. de Iuſtitia & iure diſp. 12. æqualitates diuerſificantur penes diuerſa debita, in quibus fundantur; nam debitum eſt quod ad æqualitatem debet reduci, aut recompenſari, & componi cũ præmio: at verò debitũ, q̃d per ſe reſpicit iuſtitia diſtributiua illud eſt, quod cuiq; ꝓuenit ex eo, quod pars ſit cõmunitatis, ſeu reipublicę, cuius cõmunia bona ſunt in partes diuidẽda: ſi quãdo verò ex

Æqualitas geometrica eſt iuſtitiæ diſtributiuæ.

Iuſtitia diſtributiua inter multos.

Ariſt.

D. Thom.

Vaſq.

Molina.

Iuſtitię per diuerſas æqualitates ſpecificantur.

Digitized by Google

rò ex cōtractu reſultat obligatio reddendi alicui ius ſuū iuxta proportioné geometricam, id accidétarium eſt, *D. Thom.* nam vt docet Diuus Thomas etiam in iuſtitia cōmutatiua aliquando reperitur modus diſtributiuę iuſtitię, vt nos iam ſuprà annotauimus. Cum verò dicimus bona Reipublicæ in partes diſtribuéda, non intelligimus quaſi æqué omnibus æqualitate arithmetica debeant contingere, hanc enim ſolùm intendit ſeruare iuſtitia commutatiua, ſub quocūq; alio titulo oriatur: ſed geometrica atté dendo ad merita vniuſcuiuſque, & proportionando illis præmia, ita vt ſi meritis vt octo detur pręmium vt octo, & meritis vt quatuor præmium item vt quatuor, ſeruetur dicta æqualitas, & quoniam bona (non dico beatitudinis, & glorię ſupernaturalis) finita ſunt, & limitata, proindeq; plerumque defectibilia, ſi quando meritis vt octo datur præmiū vt quatuor, detur meritis vt quatuor præmium vt duo, eadem geometrica æqualitas ſeruabitur, ſic enim ſe habet meritū ad præmium in vno, atque in altero, & cū æquali proportione, & ideò D. Thom. *D. Thom.* 2.2.q.61.ar.1.ad 3.dixit virtutem hāc potiſsimum reſidere in rectoribus ciuitatis, ad quos pertinet attendere merita perſonarū, & eas cū præmijs cōferre, & ſic iuſtā diſtributionem efficere: in ſubiectis verò eatenùs reperitur, in quantū tali diſtributione contenti ſunt. Vt auté vera ratio iuſtitię diſtributiuę obſeruetur, non opus eſt, vt ſemper bona, quę debent diſtribui, ſint ea, quæ redūdant in bonis Reipublicę, vt videtur velle Molina citatus, *Molina.* ſed quod ſub ratione bonorum cōmunium diuidātur, etſi ſuapte natura talia non ſint, tūc enim eandé induūt rationem, ac ſi cōmunia eſſent, quoad effectum æqualitatis in diſtributione obſeruandæ, in qua princeps, aut cōmunitatis rector tenetur ex officio ſeruare iuſtitiæ diſtributiuæ æqualitatem.

Iuſtitia diſtributiua principè in Rectoribus comunitatum.

2\. Qvoniam autem bona, quę diuidi debent inter partes Reipublicæ, quædā ſunt diuiſibilia, vt pecunia, & ſimilia, quędam indiuiſibilia, vt beneficium, & cathedræ, dupliciter in his poteſt ſer-

uari dicta æqualitas Geometrica iuxta duplicem modũ debiti, qui in huiuſmodi bonis fundari poteſt, ſi enim res diuidẽda ſit pecunia, aut quid ſimile, diſtribui debet inter partes modo explicato, vt ſi duci verbi gratia cõtingãt octo partes rei diſtribuendæ, anteſignano quatuor, & militũ cuilibet vna, ęqua poteſt eſſe diſtributio: at verò quando id quod debet diſtribui fuerit indiuiſibile, quale eſt beneficiũ, aut cathedra, habita ratione meritorum debet totum id cõferri digniori, & ſimiliter ſi plura fuerint beneficia, aut plures cathedræ debet præſtantius beneficium, & præſtantior cathedra tribui digniori: alioquin contra iuſtitiam diſtributiuã peccabũt. Nec ſatisfaciunt, ſi dicant ſe contuliſſe digno, & multo minus ſi conferant indigno.

Res indiuiſibilis digniori.

3. Actus vtriuſq; iuſtitiæ ſi nul.

Vnde colliges poſſe ſimul dari actum iuſtitiæ diſtributiuę verę, ac propriæ, in quo etiam ſeruetur æqualitas iuſtitiæ commutatiuæ ſiue in parte, ſiuè in toto, in parte quidem quando quis ſoluẽs pluribus creditoribus, nec habẽs vndè omnibus in integrum ſoluat, tunc ſi ei, cui debet quadraginta, ſoluat viginti, & ei, cui debet viginti ſoluat decem, ſicque cũ reliquis ſe habeat, ſeruat quidẽ proportionem geometricã, quæ reſpiciendo debitũ diuerſum meritorũ talem inter ea æqualitatem conſtituit, vt ſicut ſe habet meritũ illius, cui quadraginta debẽtur, ad viginti quæ accipit, ita pariter ſe habeat meritum illius, cui viginti debentur, ad decem, quæ ſibi perſoluuntur, & ſic procedat in cæteris: ſeruat etiam æqualitatem arithmeticã in parte, quia re vera quãta eſt pars, quę ſoluitur, tanta eſt pars, quæ debebatur, licẽt ſolutio non ſoluat totum debitum. In quo etiam non eſt audiendus, qui oppoſitum ſine ſufficienti fundamento adducit credens hic non intendi proportionem geometricam, niſi ſecundariò, atque adeò huiuſmodi actum potius eſſe iuſtitiæ commutatiuæ, quã diſtributiuæ propter illam partialem ſolutionem debiti ad æqualitatem arithmeticã. Ego tamen exiſtimo potius eſſe actum iuſtitiæ diſtributiuæ, & in ea præcipue intendi æqualitatem geometricam, quam ari-

Digitized by Google

thmeticam. Primò, quia arithmetica, vt conſtat, nõ poteſt ibi ſeruari in totũ, ſed tãtũ reſpectu partis quã ſoluit: at verò geometrica reſpectu totius ſolutionis intẽditur: quæro enim ſi debitor habeat octoginta aureos ad ſoluẽdũ, & vni debeat octoginta, alteri quadraginta, & alteri viginti, & ſic alia alijs, qua de cauſa nõ ſoluit prius maius debitum, redditque octoginta illi, cui aureos debet in ea ſumma, ſed potius illi quadraginta ſoluit in dimidietate, & alteri cui debet quadraginta viginti, & ſic de cęteris? profecto nõ aliã aſſignabit rationẽ, niſi quia reddere totam ſummã pecuniæ vni creditori eſſet cõtra æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuę, ex qua tenebatur vnicuique pro meritis conferre partẽ debiti. Ergo hæc æqualitas eſt, quæ primo intenditur. Deinde etſi ſatisfacere, & ſoluere id, quod re vera debetur ſub his terminis præciſe, per prius intendat æqualitatem rei ad rem, & ſolũ per accidens vni tribuat minus, quam debetur, & alteri pariter minus, quod tamen prouenit ex defectu bonorũ, ex quibus debet adimpleri ſolutio debiti in integrũ, tamẽ ille actus æqualitatis in ea aſſignatus, quod vni cui debentur octoginta ſoluantur quadraginta, & alteri cui quadraginta, tribuãtur viginti, conferendo has, & ſimiles, pro portiones inter ſe, vt ſicut ſe habet debitum vnius ad id, quod accipit, ſic ſe habeat debitũ alterius ad id, quod etiã illi perſoluitur, eſt proprijſſimus actus iuſtitiæ diſtributiuæ, & illius æqualitatem primario intendit, quod apud me eſt euidens.

In ſoluẽdis debitis inæqualibus æqualitas iuſtitiæ diſtributiuæ ſeruatur.

Tandem hoc non ſolum habet locum, quando ex defectu bonorum inter creditores diſtribuendorum non poteſt fieri ſolutio cuilibet in integrum, ſed etiam quãdò ob exceſſum ſingulis debet aliquid plus iuſto perſolui. Nam ſi Reſpublica duci tradat centum aureos, decẽ militibus ſtrenuè pugnantibus, & tempore ſolutionis nõ ſint niſi quinque ſuperſtites, inter quos debeat fieri diſtributio, exceſſus ille, qui ſeruata æqualitate meritorũ vnicuique accreſcit, ex vera ac propria ratione iuſtitiæ diſtributiuę inter eos diuidi debet. 4.

Idẽ in exceſſu diſtribuendorũ.

Vnde

Digitized by Google

5\. Diſcribitur iuſtitia diſtributiua.

Vnde poſtremo loco iuſtitia diſtributiua ſic poteſt diſcribi: Et iuſtitia particularis, quæ vnicuiq; tribuit id, quod illi debitū eſt, in quātum pars eſt reipublicæ, ſeu cōmunitatis, & bona ipſius, aut cōmunia ſub hac ratione in partes diſtribuēda ſūt, & in huiuſmodi diſtributione ſeruat æqualitatem geometricam fundatam in tali debito. Nomine autem cōmunitatis intellige quācūq; vbi poſſis conſiderare duas proportiones, & illas inter ſe cōferre, videlicet meritū vnius cū ſuo præmio, ad meritū alterius cum præmio ipſius. Circa debitū vero illud obſeruabis, quod bene notauit Suar. citata diſput. de iuſtitia Dei ſectione 3. iuſtitiam tale debitum ſupponere, quod aut fundatur in dominio rei, aut in alio huic ferè ęquiualente. Debitum verò, quod includit iuſtitia diſtributiua, in hoc ſēſu nō eſt ita rigoroſū, ſed ſupponit, & fundatur in quodā iure non habito in re, ſed ad rē, quale nimirùm dignior habet ad cathedram: nā qui in cōtentione cathedrę pro minus digno ſuffragatur, etiā ſi dignus ille ſit, & ſufficiens (quod aliquandò etiā nō cōtingit) iſte directe agit contra æqualitatem diſtributiuæ iuſtitiæ, & eius leges violat.

Suffragandū eſt pro digniori.

His poſitis ſupereſt vidēdum, an iuſtitia diſtributiua ſub hac ratione ſibi propria reperiatur in Deo tàm in meritorū remuneratione, quā in delictorum punitione?

ARTICVLVS II.

Qui Authores, & quibus fundamentis in Deo agnoſcant verā rationem diſtributiuæ iuſtitiæ, tàm in remuneratione meritorum, quàm in punitione delictorum?

1\. INTER Authores, qui iuſtitiam cōmutatiuā ſecundū proprietatem, & rigorē in Deo negabāt, multi ſunt, nec cōtemnendi, qui diſtributiuam in Deo admittant. Quæſtio ergo intelligi poteſt, vel de retributione pręmiorū pro bonis operibus, vel etiam de punitione delictorum: & de vtraque ſigillatim dicimus, nam in hac non omnes eodem modo cōueniunt, nam Suar. citata ſectione 3. num. 22. cum ſequentibus ſolum probat Deum exercere iuſtitiam Suar.

Digitized by Google

tiam diſtributiuam, cū præmia meritis retribuit, & ſectione 5. num. 14. exſtimat actū puniendi delicta nullo modo pertinere, neque eſſe in Deo á iuſtitia diſtributiua, & nu. 16. reſoluit actum puniendi in Deo eſſe à iuſtitia, quam vocat prouidētialem, ſeu gubernatiuam, diſtinctamque à diſtributiua, *Sotus.* Sotus etiam 3. de iuſtitia q. 1. art. vltimo dū dicit in Deo eſſe iuſtitiam diſtributiuam, intelligit tantum in retributione præmiorum, non verò in punitione delictorū, quã credit eſſe actum iuſtitię cōmutatiuæ, *Caiet.* Caietanus autem 1. p. q. 2. art. 1. & 2. 2. q. 61. art 4. *Capreol.* Capreolus in 1. d. 45. q. 7. articul. 1. cōcluſione 14. *Richard.* Richard. d. 46. a. 1. q. 1. *Ferrar.* Ferrar. 1. contra Gent. capit. 39. & alij abſolutè, & indiſcriminatim docent in Deo reperiri veram rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, & vt ex probationibus eorum cōſtare poteſt, id aſſerunt tàm in meritorū remuneratione, quàm in punitione delictorum.

2. *Aliqui hoc aſsignant diſcrimen inter vtrã que iuſti tiam.*

Ad cuius aſſertionis probationem antequã progrediamur illud animaduerſum eſto, eos nimirùm, qui negantes in Deo veram rationem commutatiuæ iuſtitiæ diſtributiuam admittunt teneri ad aſſignandum ſufficiens diſcrimen inter vtramq; iuſtitiæ rationem vt vnam in Deo agnoſcant, alteram à Deo excludant: cui dubitationi ſatisfaciunt aſſignãdo imperfectionem aliquam in iuſtitia commutatiua, quam tamen iuſtitia diſtributiua in ſua ratione non includit, propter quod illa nequit, hæc vero poteſt in Deo reperiri: illos vero, qui rationem præmiorum, aut etiam ſaltem punitionem delictorum credunt ad commutatiuam iuſtitiam ſpectare, teneri ſimiliter ad aſſignandū, quomodo in eodē actu ſeruet Deus vtramque iuſtitiã reſpiciēdo vtrūq; ius, quod eſſe diuerſæ rationis ex ſupradictis ſatis cōſtat, nec pa rum negotij faceſſit citatis Authoribus ratio dubitandi, circa quam aliqui dicunt actum illū eſſe quidem iuſtitiæ commutatiuæ, quantum ad ſe, quantum vero ad formam habere modum iuſtitiæ diſtributiuæ propter æqualitatem proportionis, quam intendit. Alij dicunt in retributione præmiorum vtramque iuſtitiam interue-

Actus ille de ſe eſt cōmutatiuæ.

Quoad modum iuſtitiæ diſtributiuæ.

nire

Duplex in nobis titulus ad gloriam.

nire ad duplicem titulum, quem habemus ad gloriam, primus eſt meriti, ſiue noſtri, ſiuèChriſti nobis applicati; ſecundus eſt dignitatis perſonæ, proceditque à gratia, per quā habemus filiationem Dei; & ſecundum vtrunque hoc debitum, Deū conferendo nobis gloriam ſeruare vtramque iuſtitiam, ob primū commutatiuam, quæ attendit æqualitatē rei ad rem, ob ſecundum diſtributiuam, quæ exercet ęqualitatē inter duas proportiones modo ſupradicto. Suar. quāuis nō acquieſcat vtriq; huic dicendi modo, non tamen longe diſtat ab hoc ſecundo, nam citata ſectione 3. num. 31. dicit Deum prout nobis ex vero debito fundato in promiſſione, & pacto, donat gloriā pro bonis operibus, ſeruare iuſtitiam commutatiuam; vt verò hoc debitum non eſt adeo rigoroſū, ſed potius innititur verbo, & veritati ſuæ, & ex hoc capite deficiens à iuſtitia cōmutatiua humana reperta in hominibus, accedere ad diſtributiuam iuſtitiam, tātumque de illa participare, quantum à cōmutatiua humana deficit. Quod ſi illi opponas dicēs, ergo nec eſt propriè commutatiua, nec propriè diſtributiua: negat illationem dicens eſſe formaliter, & eminēter & cōmutatiuam, & diſtributiuā, ad eum modum, quo ſcientia Dei eſt practica, & ſpeculatiua formaliter, & eminēter, cū hoc diſcrimine quod ſcientia habet hoc per ordinem ad diuerſa obiecta materialia, iuſtitia vero diuina reſpectu vnius & eiuſdem iuris ſub diuerſis conſiderationibus accepti id habebit.

Suar.

Scientia Dei eminēter practica & ſpeculatiua.

Quibus poſitis quoad primā partem, quæ aſſerit Deū in retributione præmiorum ſeruare veram ac propriam rationem iuſtitiæ diſtributiuæ probatur primo ex aliquibus locis ſacræ paginæ cōmuniter citatis, nā Ioan. 14. dicitur. In domo patris mei manſiones multæ ſunt: oſtendendo in retributione præmij attendi perſonæ dignitatem quod ad iuſtitiā diſtributiuam ſpectat: vndè Paul. ad Epheſ. 4. quoſdam (inquit) dedit Apoſtolos, quoſdā prophetas, alios vero Euangeliſtas, & paſtores, & doctores: iam vero vnū quemque in ſuo ordine collocare actus eſt iuſtitiæ di-

Ioan.

D. Paul.

Digitized by Google

ſtributiuæ, & non cõmutatiuæ, & Matth.20. vbi Chriſtus Dominus ſupponit in regno ſuo eſſe dextrum, ac ſiniſtrũ, ſupponit ordinem illum, quem intendit ſeruare iuſtitia diſtributiua, & Caiet. ex illo Matth.20. cũ Paterfamilias vocauit operarios reddens pro diurno labore denarium, & alij cum eo credunt, ibi ſeruatã fuiſſe verã iuſtitiam diſtributiuã. Vndè D. Dionyſius de diuinis nominibus c. 8. inquit: Diuina iuſtitia omnia diſponit, & determinat non confuſa inter ſe, nec permixta: cuſtodiens ijs, quæ ſunt, omnibus, quod cuiq; accõmodatum eſt tribuit pro ea quę vnũquodq; eorũ, quæ ſunt attingit dignitate. Vbi apertè oſtẽdit iuſtitiam diuinam ſeruare proprium modũ iuſtitiæ diſtributiuæ. Et cõfirmari poteſt authoritate D. Thom. 1.p.q.21.artic.1. qui iuſtitiam cõmutatiuam negans in Deo ſecundum proprietatẽ, & in rigore, admittit diſtributiuam, quod idem concedit 1. contra gent. cap. 93. Et paſſim alibi dũ occurrit ſermo de iuſtitia diſtributiua idem ſupponit.

Caiet. Matth.

D. Dionyſius.

D. Thom.

4. Rationibus poteſt amplius ſic oſtendi. Quoniam retribuendo præmia bonis operibus non accipit perſonam ergo in hac retributione exercet iuſtitiam diſtributiuã: antecedens eſt certum, neq; enim Deus eſt acceptor perſonarum, conſequentia inde valet, quoniã vitium acceptionis perſonarũ nulli alteri virtuti opponitur, quam iuſtitię diſtributiuæ.

Vitiũ acceptionis perſonarũ cui virtuti opponatur

5. Secundo Deus in diſtribuendis cũctis perfectionibus, tàm naturalibus quàm ſupernaturalibus inter creaturas vniuerſi ſeruauit geometricã proportionem, nã proprietates naturales tribuit attendendo ad dignitatem naturæ, & perfectionis vniuſcuiuſque, & ſimiliter idem cernitur in gratia collata Angelis, quã etiã tribuit conformiter ad perfectionẽ naturalem vniuſcuiuſq; non quod naturę, qua tali, gratia deberetur, ſed quia liberè, & pro voluntate ſua maiorem gratiam, & in præſtantiori gradu eam voluit conferre Angelo ſecundum naturalia perfectiori: quam etiã proportionẽ ſeruat in meritis; undè ſi conferamus merita cũ prȩmijs inter duos, æqualitatem etiã ſeruauit geometricam

tricam. Ergo talis actus non eſt alterius virtutis, quám iuſtitiæ diſtributiuæ. Et cõfirmatur ex D. Thoma ſuprà citato dicente: *Ordo vniuerſi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in voluntarijs, demonſtrat Dei iuſtitiam.* D. Thom.

6. 3. argum. Iuſtitia diſtributiua attẽdit dignitates perſonarum, & merita. Tertiò, quoniam Deus in retributione præmiorum attendit dignitates perſonarum, & merita: hoc autem iuſtitiæ diſtributiuę proprium eſt, nam commutatiua ſolùm conſiderat æqualitatem arithmeticam, quæ eſt rei ad rem: ergo dubitari nequit in Deo reperiri veram rationem iuſtitiæ diſtributiuæ.

7. Quod verò etiam in punitione delictorum eadem iuſtitia exerceatur (cuius oppoſitum ſentit Sotus) probatur eodẽ ferè modo, nam etiam Act. 1. dicitur de Iuda: *Vt abiret in locum ſuum*: vndè, dum de iuſtitia diſtributiua dicitur, illi cõuenire, vnumquemque in ſuo ordine collocare, non eſt intelligendũ ſolum in retributione præmij, ſed etiam in punitione delicti. Secundò quoniam ſicut datur proportio inter meritum & præmiũ vnius, ad meritum cum præmio alterius; ita etiam datur eadẽ proportio inter demeritum, ſeu delictum vnius ex vna parte, & punitionem ipſius, cum delicto. & punitione alterius ex alia: non ergo ille actus magis pertinebit ad diſtributiuam iuſtitiã, quàm iſte. *Actor. 1.*

Vltimò in Deo eſt verè, & propriè, iuſtitia legalis: ergo & diſtributiua, non enim magis hæc diuinæ perfectioni repugnat, quam illa.

ARTICVLVS III.

Statuitur vera ſententia.

DICENDVM eſt primò, in actibus, quibus Deus retribuit prẽmia noſtris bonis operibus, non reperiri veram, ac propriam rationẽ iuſtitiæ diſtributiuæ. Hæc concluſio eſt Alexand. 1. p. q. 39. m. 1. Gabriel. in 4. d. 49. q. 4. ar. 3. dub. 3. Bonau. d. 46. art. 2. q. 1. ad 1. Dur. q. 1. Palud. q. 1. ar. 1. Molinę, Vaſq. & Cumel. ad locum primæ partis citatũ, eandem tenet Scot. in 4. diſt. 46. quæſt. 1. in ſolutionibus argumentorum, §. non improbãdo, & quanuis clariùs loquatur in 1.

Alex. Gabr. In Supple. D. Bonau. Dur. Palud. Molina. Vaſq. Cumel. Scotus.

ſolutione tertij de actu punitionis, tamen eodem §. in ſolutione argument. abſolutè negat in Deo iuſtitiam diſtributiuam, quemadmodũ & cõmutatiuam, idq́; probat, quoniam vt ſuprà docuerat de commutatiua, in Deo verum debitum cadere nequit. Vnde non eſt admittẽdus Suar. citata ſect. 3. n. 31. dicẽs eundẽ actũ iuſtitiæ commutatiuæ, in quantum deficit à rigoroſo debito, quod inter Deum, & creaturam non interuenit accedere, & participare rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, primò, quia ipſemet eadem diſp. ſect. 5. num. 14. exiſtimat eſſe friuolam conſecutionẽ, qua, quis infert actũ iuſtitiæ eſſe diſtributiuæ, quia non eſt commutatiuæ, qua tamen conſequentia ille ſatis vtitur, dum dicit actũ iuſtitiæ in tantum accedere ad diſtributiuam, in quantum recedit à commutatiua, quod nulla alia firmiori ratione probat.

Suar. reijcitur.

2. Impugnatur ſecundò.

Secundò non eſt etiam admittendus, quoniam non ſatis probat, neque explicat, quo pacto idem actus diuinæ iuſtitiæ, ſit propriæ iuſtitiæ commutatiuæ, ſeu (vt ipſe loquitur) iuſtitię ad Deum, reſpondens tamen noſtrę commutatiuę, & ſit etiam iuſtitiæ diſtributiuæ: nam exemplum, quod ipſe adducit de ſcientia Dei, quæ ſimul formaliter, & eminẽter eſt practica, & ſpeculatiua: ad manus eſt inſtantia, quam ipſe adducit, nec tamẽ ſoluit; nam ſciẽtia hoc habet per ordinem ad diuerſa obiecta materialia, at verò in huiuſmodi actu ſupponitur idem materiale obiectũ: nec ſoluit dubiũ, dum dicit idẽ ius ſub diuerſis cõſiderationibus ſpectatum, conſtituere diuerſas iuſtitias in ſpecie, nam hoc, quod in probationem ſumit erat aſſumptum primò probandum. Deindè recurrere ad diuerſas conſiderationes, ſub quibus idem ius ſpectari poteſt, potiùs eſt attendere ad formalitatẽ obiecti, quàm ad materiale ipſius.

Tertiò non placet etiam, quoniam iuſtitia diſtributiua non minùs propriè participat rationem iuſtitię particularis, quám commutatiua, ergo non minus propriè rationem debiti veri, ac rigoroſi, in quo fundetur æqualitas, quæ ab 3. Impugnatur tertiò.

vtraque ſecundùm diuerſas proportiones ſeruari debet, etiamſi tam in æqualitate, quàm in modo illam applicandi ſpecificè differant, quę ex ſuperioribus cõſtare poſſunt.

4. Reijcitur Vaſq.

Conſequenter excludẽdus eſt etiam Vaſquius 1. p. diſp.86. cap.3. in principio, ibi enim reijcit rationẽ Durandi in 4.d.46.q.1. inferentis in Deo non eſſe iuſtitiã diſtributiuam, eó quòd non ſit commutatiua.

Explicatur ratio Durandi.

Quę ratio dupliciter poteſt fieri efficax, primó vt Durandus loquitur, quia ex iuſtitia diſtributiua in eo, in quo architectonicè reſidet, vt eſt in prĩcipe, aut ſuperiori, cui incũbit communia bona diſtribuere, iam reperitur talis obligatio, vt ſi iuſtam diſtributionem non ſeruet, non ſolùm teneatur ex iuſtitia commutatiua reſtituere ei, cui minus contulit, quàm par erat, ſed etiam contra iuſtitiam cõmutatiuam peccabit in Rempublicam ſiue communitatem, cuius bona non rectè diſtribuit: imóverò etiamſi, vt vult Vaſquius, non debeat præcedere talis obligatio in principe, aut diſtribuente bona communia, ſed ſola illa ſit iuſtitiæ diſtributiuæ, & illis tantùm maneat obligatus ad reſtituendum, quos in iniuſta diſtributione læſit, adhuc ratio Durandi colligit ſic: nam iuſtitia diſtributiua talis eſt, vt qui bona communia diſtribuit, ſi iuſtam diſtributionem non faciat, maneat obligatus ex vero debito iuſtitiæ commutatiuæ ad reſarciendum ijs damnũ, quibus minus tribuit, quàm iuſtum erat ſecundùm rationem diſtributiuæ iuſtitiæ: ſed huiuſmodi debitum in Deo dari non poteſt, ergo nec iuſtitia diſtributiua, ex qua ſequitur, proindèq; immeritò impugnat Durãdum.

Aliter colligit ratio Durandi.

5. Præcipuũ fundamentum veræ ſententiæ.

Vera ergo, & germana ratio, quare in Deo, dum gloriam pro meritis retribuit, non ſit iuſtitia diſtributiua, eſt, quoniam in Deo non datur debitum, quale exigit iuſtitia diſtributiua, ad eum modum, quo ſecundo loco ſentẽtiam Durandi explicuimus, neque enim gloria ita nobis eſt debita, vt, ſi Deus eã in tali, aut tali gradu non conferret, aut ſimpliciter negaret, ageret contra iuſtitiam, etiam attendẽ-

do ad gloriam alteri propter ęqualia merita donatam: neque gloria in eo rigore, quē iuſtitia diſtributiua exigit, vt aduertit Molina loco citato, eſt ex bonis ea ratione diſtribuendis, qua cōmunia ſunt. Vnde, vt notat Cumelius, ſi quis magnificus diſtribueret bona ſua, & in eorum diſtributione inter partes Reipublicæ ſeruaret æqualitatem geometricam, nō ex alio capite deficeret actus ille à ratione iuſtitiæ diſtributiuæ, cum tamen ſeruaret illius modum, niſi, quia non ex debito iuſtitiæ fieret diſtributio: ad hunc ergo modum ſe habet retributio gloriæ reſpectu noſtrorum operū: reſpectu veró bonitatis, & veritatis ipſius Dei, fit Deus ex promiſsione ſua, ſibi debitor, vt nobis ſeruet promiſſum, & ex promiſsione, ſemoto omni iuſtitiæ rigore, nobis pro ratione meritorum gloriam conferat.

Molina. *Cum. l.*

6. Etiam in punitione delictorū non datur vera iuſtitia. Et propter eadem fundamēta ſupra ſæpiùs inculcata Deus etiam in punitione delictorum, non ſeruat iuſtitiā diſtributiuam. Primò, quoniam, cum non detur ius diuinū Ieſū, vt ſuprà diximus, nulla ex parte Dei datur actio veræ iuſtitiæ in peccatorē, etiā ſi, quia ſupremus eſt Dominus poſſit propter peccatum commiſſum peccatorem punire, & inſuper quia (vt Sotus inquit) Deus in punitione delictorū non attēdit dignitatem perſonarum, quod iuſtitia diſtributiua exigit, ſed ſolùm attendit proportionem inter delictum, & pœnam, quæ arithmetica eſt. *Sotus.*

7. Corollaria ex præcedentibus. Vnde colliges punitionē delictorū magis accedere ad iuſtitiam cōmutatiuam, quā ad diſtributiuā. Colliges ſecundò Deum, tam in collatione præmij, quàm in punitione delicti habere modum aliquem vtriuſq; iuſtitiæ: commutatiuæ quidem in præmijs, quatenus totum id compenſat, quod meritis debitum erat: at verò in punitione, quatenus in puniēdo, non excedit eam menſuram ſupplicij, quàm delictū requirebat: dum verò prę mia vltra merita donātur, & ſupplicia nō adęquantur demeritis delictorum, quod totum prouenit ex liberalitate, & miſericordia diuina, elucet magis modus iuſtitię diſtributiuę ex D. Thoma ſuprà citato. *D. Thom.*

ARTI.

ARTICVLVS IIII.

Fit ſatis aduerſæ partis fundamentis.

1. EA, quę pro parte affirmāte adducta ſūt, non habent difficilē explicationē: nam loca Scripturæ ſacræ, quæ videntur oſtendere, Deum ſiue in meritorum remuneratione, ſiue in punitione delictorū, ſeruare iuſtitiam diſtributiuā, ſolùm cōcludunt, in Deo eſſe aptum rerum ordinem, & iuſtam quandam rerum, ſiue naturalium, ſiue ſupernaturalium, diſpoſitionem, ad quam tamen non tenetur ex aliqua iuſtitia, ſed ex liberalitate, & veritate ſua: imó, & in hoc magis elucet ordo diuinæ prouidentiæ, ac diſpoſitionis, quam propriæ iuſtitiæ diſtributiuæ, ad quam ſeruandam Deus ex nulla obligatione iuſtitię tenetur; ſicque locus Ioan. 14. vbi in domo Patris manſiones multæ ſunt, exponēdus eſt, quas ſcilicèt Pater ex liberalitate, & prouidentia ſua præparauit, non autem ex obligatione iuſtitiæ: ſimiliterq; intelligendus eſt locus Pauli, & Matth. 20. c. quod adeò verū eſt, vt arbitrati primi ſint, quod plus eſsēt accepturi, & ideò queribundis quod paterfamilias poſtremos ſibi in mercede æquauerit, ipſis paterfamilias reſpōdeat. *Tolle quod tuū eſt, & vade, an oculus tuus nequa n eſt, quia ego bonus ſum? an non licet mihi, quod volo facere?* quod non diceret, ſi prædictā mercedē ex obligatione iuſtitię cū exceſſu diſtribueret, hæc enim requirebat, vt plùs donaret tota die laborātibus, vnde in hoc modū potiùs cōmutatiuæ iuſtitiæ ſeruauit, quàm diſtributiuę, dicens, quod tuū eſt tolle, id eſt, quod tibi ex conuentione, & pacto mecū inito promiſſum eſt, quæ ſolutio eſt arithmetica, & rei ad rem, nam iuſtitia cōmutatiua ſub hac ratione etiam collocat vnumquemq; in ſuo ordine, vnde dū dicitur, quod vnūquēque in ſuo ordine collocare ad iuſtitiam diſtributiuam ſpectat, intelligendum eſt attendendo ad æqualitatem geometricam, quæ ex obligatione iuſtitiæ dignitatem, & merita perſonę conſiderat. Ad D. Thomam citatum, quaſi iuſtitiam diſtributiuam admittat, non ne-

Ioann. 14 explicatur.

Quomodo diſtributiua iuſtitia collocet vnumquemq; in ſuo ordine.

gamus magis fauere iuſtitię diſtributiuæ, quàm cōmutatiuæ, ſi vna cum alia conferatur: intelligendus tamen eſt modo ſuprà citato ad 2. 2. q. 61. imò verò 1. p. q. 21. art. 2. in corpore, ad finem, inquit, *Iuſtitia igitur Dei, quæ conſtituit ordinem rebus conformem ratione ſapientiæ ſuæ, quæ eſt lex eius, conuenienter veritas nominatur, & ſic etiam dicitur in nobis veritas iuſtitiæ.* Quo nihil clarius dici potuit, vt oſtēderet actus illos, rerūq; diſpoſitionem in Deo potiùs eſſe prudentiæ, & ſapientiæ diuinæ tribuendos, quàm diſtributiuæ iuſtitiæ.

Ex D. Th non datur propriè iuſtitia diſtributiua.

2. Soluitur ratio oppoſita.

Ad primam rationem, omiſsis multis, quæ videri poſſunt apud Vaſq. loco 1. p. citato, dicendum eſt non dari in acceptione perſonarum vitium, niſi quando quis ex obligatione iuſtitiæ tenetur non accipere perſonam, ſicut iudex humanus, qui ſi perſonam accipiat, ſiue in commutatione iudicāda, ſiue in diſtributione facienda, ſemper peccabit cōtra iuſtitiam particularem, nam in commutatione tenetur (ſi v. g. inter duos circa debitum ſit cōtentio) ex iuſtitia commutatiua non accipere perſonā alicuius, ſed iuſtam commutationem ſtatuere, reſpiciendo merita, & non perſonam. Quod ſimiliter ſi bona debeat diſtribuere, iuſtam debet diſtributionem exercere attendēdo ad perſonarū dignitates, & merita, & illas cum meritis inter ſe conferendo, non reſpiciendo, neque acceptādo perſonas, hoc eſt, non pręferendo vnam alteri, eò quòd ſit magis accepta iudici: qđ tamē ſecus accidit in eo, qui bona ſua ſine obligatione iuſtitiæ diſtribuit: hic enim cum diſtribuat ex proprijs, poteſt perſonam reſpicere, vnamq; alteri pro libito pręferre, abſque eo, quod iniuſtitiā cōmittat, vt ſuprà oſtēdimus exēplo magnifici bona ſua pro arbitrio diſtribuentis, erit tamē dicta diſtributio fortè non ita prudēs, ſi infimo pluſquàm nobili, militi pluſquám duci tribuat, non tamen aget cōtra iuſtitiam, & ad hunc modū dicitur Deus non accipere perſonam, quia attendendo ad merita ex liberalitate, & prouidentia ſua res omnes ita æqua lāce attemperat, & diſponit, vt in ſua diſtributione perſonam non accep-

Qui diſtribuit bona ſua non tenetur ęqualiter omnibus donare.

Digitized by Google

tet, ſed merita, & dignitatẽ attendat.

3. Solutio. 2 Ad ſecundum dicendum Deũ ſine vlla iuſtitiæ obligatione, & abſq; vlla collatione vnius perfectionis cũ alia, perfectioribus naturis perfectiores quoque contuliſſe proprietates naturales, & angelis (ſicut in argumẽto tangitur) perfectioribus in naturalibus probabilius eſt plus gratiæ contuliſſe, pluſq; gloriæ illos meruiſſe, quæ doctrina probabilior eſt, quãuis argumentũ à perfectione naturali ad dona ſupernaturalia non ſit nimis efficax, nam exemplo naturę humanæ eneruatur, quę cũ in naturalibus nõattingat perfectionẽ Angelicam ſed ſit paulo minus ab ea conſtituta tamem multo præſtãtior gratia illi collata eſt, quam naturæ angelicæ, nuſquã enim Anglelos apprehẽdit, ſed ſemẽ Abrahæ, & neque omnium Angelorum gratia etiã ſimul ſumptorum attingit illam gratiæ excellentiam, quam beatiſſima Virgo obtinet, vt paſſim Patres, & ſcholaſtici docent, imò verò multi ex hominibus, vt Apoſtoli, inſignes martyres, & cõfeſſores, plus gratiæ obtinent, quam Angelorum multi. D. Thomas in argumento adductus nihil aliud vult quàm Dei ex mira in rebus componendis diſpoſitione elucere modum aliquẽ iuſtitiæ diſtributiuæ, quod nos non negamus.

Pauli ad Hebr. 2.

D. Thom.

4. *Ad 3. ſup. Ad 4.* Tertium ſolutum eſt ex dictis. Ad quartũ etiam cõſtat quomodo in punitione delictorum ibi etiam modus aliquis ſeruetur diſtributiuę iuſtitiæ, quatenus ſcilicèt pœna inflicta nunquã culpæ adæquatur. Locus ille Actorum 1. ſequitur aliorũ expoſitionem; in taxandis autem pœnis, quæ nõ attingunt condignitatem delicti elucet mira Dei prouidentia, cũ tamẽ actus ille, vt ſupra diximus ex D. Thom. potius cõmutatiuam, quam diſtributiuam iuſtitiam præ ſe ferat. Si verò ex diuerſis pœnis, quod aliud argumentũ obijcit, diuerſis meritis vltra condignũ correſpõdentibus inter huiuſmodi proportiones conſurgit aliqua æqualitas geometrica, per accidẽs planè ſe habet, vt facile patebit expendenti, cũ hæc in ijs actibus ex nulla obligatione iuſtitiæ oriatur: iam verò vbi ea æqualitas ex iuſtitiæ obli-

Actor. 1.

D. Thom.

gatione nõ intenditur, quod ad promiſſionis actum ſubſequatur, per accidens ſe habet, vt illam huic, aut illi iuſtitiæ adſcribamus.

5. Ad 6. Ad vltimum negandum eſt antecedens, nam cum iuſtitia legalis reſpiciat commune bonum, & commune ius intendat ſeruare illæſũ, ille proculdubio in quo hæc iuſtitia committitur, debet neceſſario concipi vt pars illius reipublicæ, ſeu communitatis, in cuius boni conſeruationem, tanquam in aliquid ſuperius, intendit; quod in ſubditis aperte cernitur, in quibus iuſtitia legalis in tantum reperitur, in quantum ijs legibus, ac iuribus contenti ſunt, quæ ſuperior pro bono communi ſtatuit, & ordinat: ipſe verò ſuperior etiam tenetur priuato rerũ ſuarum dominio anteponere commune bonum reipublicæ, nec illas leges poteſt condere, nec illud regimen ſtatuere, quod primo commune bonum non reſpiciat, ideo enim hæc iuſtitia legalis dicitur, vnde cũ in hoc manifeſta reperiatur imperfectio, non eſt cur in ea á Deo excludenda latius immoremur, neque enim Deus reſpectu alicuius commutatis poteſt comparari vt pars, nec etiam totius vniuerſi, & multo minus reſpicere in his operationibus aliquod bonum quod non ſit ipſius Dei.

Iuſtitia legalis etiam non eſt in Deo propriè.

Concludendum ergo eſt in Deo nõ eſſe propriam iuſtitiam commutatiuam, nec diſtributiuam, ſiuè in remuneratione meritorum, ſiuè in punitione delictorum, neque item iuſtitiam legalem: nec proinde eſt in Deo attributum iuſtitiæ ſolùm metaphorice, ſed verè dicitur Deus iuſtus: non eſt tamen in eo ea iuſtitia, quæ conſtituit particularem virtutem iuſtitiæ, quæ in Philoſophorum rigoroſa acceptione habetur pars ſubiectiua iuſtitię generalis, & forte iam cogimur ex iuſtitia ab hac quæſtione recedere. 6.

(·.·)

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA POSITIVA

AD ILLA VERBA Prouerb. 21.

Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei, & quocunque voluerit inclinabit illud.

An verus eſſet ille motus quo magni parentis Auguſtini cor intra criſtallum incluſum mouebatur, audito nomine Trinitatis, aut apertis eius de Trinitate libris, an apparens tantum? ſicque etiam à quo fieret?

PRIVSQVAM ſcholaſtico more præſentem quæſtionem agitemus oportet eam ita veritati connectere, vt mira quæ continet potius ſpectatoribus admirationem quam dubitandi rationē pariāt. Liceat nobis in huius rei cōfirmationem, nōnulla probatiſſimorum virorū teſtimonia prælibare, in quibus, vt ab iis, quæ nobis magis ante oculos obuerſantur incipiamus. Dux nobis ſit Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus Fr. Auguſtinus à Caſtro Archipræſul, & Dominus Bracharenſis, Hiſpaniarum Primas, eremita noſter Auguſtinenſis, nec ſolius ordinis noſtri, nō Regni, ſed orbis decus maximum, miſſus à Summo Pontifice Gregorio decimo tertio in Germaniam ad luſtrādas, & Generaliſſimi Prioris auctoritate inſtaurādas Germanię Prouincias, cum eſſet in inſigni ordinis monaſterio in vrbe Monacho, reliquiarū ſacrariū de more primo viſitans argenteam capſulā inuenit, intra quam ferreum cor aurea circundatum virgula ſer- *D. Fr. Auguſtin. à Caſtro Bracharenſis Archipræſul primas Hiſpaniarum.*

nabatur, ſub hac inſcriptione: *Cor contactum vero cordi Sancti Auguſtini, quod ferreum propter nimiam eius conſtantiam, aureum propter inflammatam charitatem.* Vndè colliges iam vſitatũ eſſe in eo monaſterio coaſſeruari cũ veneratione reliquias contactas vero Auguſtini cordi. Sed & multos ante annos Iordanus de Saxonia Germanus titulum noſtræ diſputationis ſub his verbis probat, & expendit. *Secundum probatiſſimorum virorum auctoritatem in tota Eccleſia (ſic ille inquit) fide digna famatum eſt, quod cor iſtius inclyti Doctoris in vna criſtallo incluſum, quoties Sancta Trinitas coram eo nominabatur, vel liber eius de Trinitate expandebatur, cor ipſum quaſi vitaliter, & intellectualiter exultabat: cuius ſimile de nullo alio Sãcto dicitur vel legitur.* Hoc teſtimonium Iordani probat noſter eremitarum chronographus Frat. Hieronymus Romanus 1. p. chronic. cap. 35. & alibi etiã, nimirùm in annalibus manu ſcriptis ordinis S.P. Auguſtini fatetur eam ſcriptam inueniſſe in antiquiſſimo libro, quẽ in Cõuentu Sancti Auguſtini Luſitaniæ ſito apud veteres

Iordon. de Saxonia.

Serm. 49. de Sanctis.

F. Hieron. Roman.

turres (ſic oppidum dicitur) reperit. Indefeſſus noſtrarũ rerum indagatur Doctor F. Ludouicus ab Angelis Luſitanus, ordinis etiam eremitarũ chronographus libr. 6. de vita, & laudibus Sãctiſſimi Patris Auguſtini c. 7. ex vetuſtiſſimis Germaniæ codicibus nihil ab ipſo immutatis hæc ſe de corde P. Auguſtini collegiſſe aſſerit, quibus res tota innoteſcit. *Nota quod Sanctus Sigiſbertus Lurdunenſis Epiſcopus, ſicut legitur in vita ipſius, Beatum Auguſtinũ in maxima veneratione habuit. Deum ſedule orabat, vt aliquam particulã quandoque de reliquijs Beatiſſimi Præſulis accipere mereretur: quodam autem die cum in ſua capella pias ad Dominum preces fudiſſet ante altare, ſubito obdormiuit, & ecce vidit in ſomnis Angelum Dei mirabili claritate fulgentem ad altare procedẽtem, & cryſtallinum receptaculũ miræ pulchritudinis ornatum geſtãtem in manibus, quod cum ſuper altare reuerenter locaſſet ad ipſum dixit; Sigisberte dormis? & ille, quis es Domine? cui reſpõdit: Ego ſum Angelus qui Beato Auguſtino quondam Hipponenſi Epiſcopo ad cuſtodiam fuerã deputatus: cum autem ex hoc ſæculo migraſſet, præcipiente Altiſsimo:*

F. Ludouicus ab Angelis.

Sigisbertus

Angelus Auguſtini cuſtos defert cor ipſius.

cor eius accepi, & incorruptum ſeruaui; praeſciuit enim Deus cui dare diſpoſuerat, nec corrumpi debuit, quod tam dulciter, ſubtiliter, ac tam alte de Sancta Trinitate ſenſit. Surge ergo, & tolle eximium theſaurum totius Trinitatis clenodium pretioſum Sanctae Eccleſiae, fortalitium omnium tribulatorum, ac ſacrae ſcripturae tibi Sigiſberte à Deo deſtinatum: conſerua nobile depoſitum tui Sancti traditum. His dictis Epiſcopus euigilauit, & ſicut in ſomnis viderat cor crudum, & recens ſuper altare in cryſtallo reperijt, ſicque gratias agens miraculū publicauit: tunc ergo populus cateruatim ad tam grande miraculum profluit: Praecipit Epiſcopus clero, vt pro gratiarum actione (Te Deum laudamus) inciperet: mira res; & ſuper omnem naturā mirabilis, cum enim verſiculum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. canerent, cor in cryſtallo ſe mouere caepit, & quaſi ad laudem Dei aperuit tamquam diceret. O Sancta Trinitas te dictando, praedicando, canendo laudarem, ſi in corpore meo viuerem, quo viſo clerus, & populus Dei laudem clamarunt, & Beatum Auguſtinum dignis praeconijs extulerunt, dicentes. O Sancte Auguſtine Lumen Eccleſiae ora pro nobis: ſingulis quoque annis in feſto Sanctae Trinitatis, cum miſſa canitur, & cor ſuper altare ponitur, mox omnibus intuentibus ſe cor mouere incipit, quaſi piſcis in aqua, & ſic inoleuit ex inſtitutis Romanorū Pontificum, quod ſemper in feſto eius canitur praefatio de Sancta Trinitate.

Mirum de corde D. P. Auguſtini.

2\. Haec patienter accipite, quo res quę nobis diſputationi anſam praebet, citra cōtrouerſiam praeſtitam fidem mereatur: id ipſum refert F. Cornelius lancillotus vir ſatis eruditus, & veritatis indagandae ſtudioſus libr. 3. de vita D. Auguſtini, capit. 43. idemque tandem habetur in libro, Panis quotidianus, in ſcripto, Anagniae impreſſo, vbi inter alia de D. Auguſtino, ita ſcribitur. *Id ipſum cor in praefatione, cum dicitur Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth. exultare cernitur.* Nec de hoc plura deſiderari poſſunt teſtimonia ſed illud de Auguſtino praedicare, quod cor, & caro eius ita laudauerunt Deū in vita ſua, vt etiam exultarent in eum poſt mortem ſuam, vt non ſolo Verbo Sāctiſſimae Triadis miſterium viuus edoceret voce, & calamo ſcriberet, ſed emortuus adhuc corde

Cornelius Lancellot.

Liber qui dicitur Panis quotidianus.

pro lingua, & pro calamo eadem nobis Doctor Sãctiſſimus atteſtaretur, loquens, vt Sabba Salomoni quę-cunque erant in corde ſuo, 2. Paralip. 9. ad cuius mutas voces, & motus adhuc hæretici cõtremiſcerẽt, & proſternerentur, ſeu, quaſi conniuentes oculi ad aſpectum ferientis ſolis obcæcarẽtur: nã ſicut idem Hieronymus 1. p. chronic. cap. 35. nunquã Eccleſia, in qua cor erat S. Auguſtini, hęretici hominis ingreſſum paſſa eſt, qui aut in veſtibulo nõ caderet, aut intus non ocumberet; & inde ortũ habet, quod Auguſtini cor pulchro incluſum vaſe ſuper altare poſito depingatur, multis hinc, & indè proſtratis, ac profligatis hæreticis.

2. Paralip. 9.

Hieron. Roman. 1. p. chronic. cap. 35.

Cor Aug proſternit hæreticos.

3. Poſt edoctum populum Iſraeliticũ de pręceptis quæ ipſi in veneratione, & obſeruantia eſſe debebant, appoſitis mirabilibus quæ contra Beelphegor, atque hoſtes alios per circuitũ pro ipſorũ libertate operatus fuerat, hoc vnũ Deus Iſraelitis imperat Deuter. 4. *Ne obliuiſcaris* (inquit) *verborum quæ viderũt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios, ac nepotes tuos à die in quo ſletiſti corã Domino Deo tuo in Horeb.* Non igitur amplius Deus illis præcipit, quã, quæ viderant, & à Deo acceperant memoria fideliter retinere, & ne à corde exciderent, ea per doctrinã in filios, ac nepotes transfunderent; cor enim pro memoria ſæpe attẽta ipſius nominis ethymologia, & pro ipſa mente vſurpatur, vnde & homines qui mente ac memoria pollent, cordatos dicimus: vnde ipſe Pat. Auguſt. vt vniuſcuiuſq; affectũ ac ſolicitudinem in eo quod concupiſcit ſitum oſtenderet, dixit, guloſum cor habere in ventre, laſciuum in libidine, cupidum in lucris, quod ſatis in trito illo diuite, non ſine Dei numine, viſum eſt, cuius cor Luſitaniæ noſtrę decus D. Antonius ex arca, vbi theſaurus erat, afferri iuſſit, vbi iuſſu Dei hærebat auulſum: ibi enim eſt, ex ſententia Seruatoris Chriſti, vbi theſaurus. Sic ergo ſanctiſſimus Pater Auguſtinus, quæ de Sãctiſſimo Trinitatis myſterio in monte Horeb aſſidua oratione, aſsiduiſq; precibus, inſpirante Deo, & ſæpe edocẽte, didicerat, ſicut in

Deuter. 4.

Cor in theſauro.

vita ipſius cordi inſeparabiliter adhæſere; ita emoriens potuit adhuc in emortuo corde retinere, docuit ea pluſquam quadraginta diuerſos filiorum cœtus, ſiue quos eremita genuit, ſiue quos Epiſcopus adoptauit, habens etiam poſt mortem ſcriptum opus legis in corde ſuo.

2. ad Rom. verſ. 5.

4. Cæterùm quod ille motus emortui iam cordis Auguſtini à Deo peculiari aliquo concurſu non fieret, ſed quòd, vel nō eſſet verus motus, ſed apparens tantùm, & veluti illuſione aliqua confictus, aut ſaltem immediatè ab Angelo, aut creatura aliqua excitatus, ſuaderi poteſt primò. Quoniam ſi quid his obſtaret eſſet maximè, quia ille motus eſſet vitalis, vtpotè, qui á corde procederet, quod eſt vitæ fons, ac principium, vnde primò generatur in viuente ex D. Thoma ſecunda ſecundæ quæſt. 112. artic. 2. & eſt principium motus in animali ex eodem prima ſecundæ quæſt. 17. art. 19; tamen ex eodem 3. part. q. 90. art. 3. cor etiam ſi ſit primū principium virium vitaliū, quantum ad eſſe, caput tamen eſt primum principiū ſenſuum, & motus, vnde Galenus 2. de placitis iam meminit victimæ, quæ auulſo corde ambulauit, imò & alibi profert etiā in corpore humano; non minus mirabile exemplum Maruli Mimographi filij, qui omnino denudato corde vixerit. Vnde ex eo, quod cor ſit principiū motus in animali, non ſumitur ſufficiens cō iectatio ad aſtruendum illum motum verum eſſe cordis motum, aut immediatè per miraculum à Deo fieri.

D. Thom.

Galenus.

Homo qui ſine corde vixit.

5. Præterea quod cor exanime iam non eſt vitæ fons, nec principium, imò verò ſi actu cor eſſet principiū vitalitatis, hanc rationem non ſuppleret Deus in huiuſmodi actione, proindèq; falſo diceretur Deum immediatè p ſe mouere cor Auguſtini.

6. Deinde quod ad ſummū motus ille immediatè ab aliqua creatura Dei diſpenſatione fieret oſtenditur, quoniam ſiue motus cordis, prout corpus animatum eſt, ab anima, vt á principe cauſa effectrice, ſiuę à generante, & ab anima tantùm, vt ab inſtrumento procedat, ſiue etiam ab anima ſecun-

dùm purum gradum vegetandi, ſiue etiam ſecundùm gradum ſentiendi oriatur, illud eſt certum, eum motũ non fieri ab aliqua cauſa diuiniori, vt falſò ex Platonicis ſuſpicati ſunt aliqui: vt enim rectè inquit Ariſtoteles libr. de motu animalium in fine, animal non aliter ſe habet, quàm rectè legibus moderata ciuitas, cui poſt exhibitum, diſtributumque vnicuique munus ſuũ, nullo alio duce opus eſt, ij enĩ qui legibus adſtringuntur, iiſdem ſponte parent, & quę per leges imperantur, ſponte exequuntur, neque ad id regia, aut monarchica poteſtate cogente, & impellẽte indigent: ſimiliter enim animantes, cum ſemel progenitæ fuerint, abſque externa opera, motus ſuos exercere quibunt, imò vitales actiones eius naturę ſũt, vt à nullo externo principio eliciantur, ſecũdùm pręciſam vitalitatis rationem: conſequẽs ergo eſt, vt ſi cor ipſum iam exanime ſe ipſum vitaliter mouere non poterat tot poſt annos à corpore auulſum, vitali actione nec à prima cauſa, nec à ſecunda moueretur, vnde ſi illa actio re vera vitalis non eſt, cur per creaturam aliquam immediatè nõ fieret?

Platonici quid ſenſerint de cauſa motuũ. Ariſt.

7. Neque obſtabit ſi dicas oportere talem motum non fieri immediatè ab Angelo aliquo, vt ſaltem cõformior eſſet alijs actionibus ab ipſo corde in vita exercitis, proindeque ipſum cor quaſi vitaliter, & intellectualiter geſtiens præſtante Deo ſuũ concurſum ſeipſum mouere, vel motum ipſum immediatè ab ipſo Deo fieri. Eſt ad manus inſtantia non inefficax, nam ſimilia opera, imò clariùs, & expreſſiùs vitalitatis ſpecimen includentia exercuere Angeli, quam ſi talem motum præſtarent: enim verò loqui, humanas voces proferre, ambulare, comedere, ſimilesque actiones vitales cum ſint, & humanæ, dependentes ſunt ab organis, & inſtrumentis corporeis, eo modo, quo edi ſolent, & tamen in Angelo mouente linguam aſinæ Balaam ad loquendum, in dæmone per ſerpentem Euam alloquente, ac decipiente pariter, in Angelis apud Abrahamum, Lothũ, & Tobiam

duer-

Digitized by Google

diuertentibus conſpicitur ad eas exercendas diuina fuiſſe inſtrumēta; ergo rectè Deus illum motū cordis per Angelum ageret. Acceditque, quoniam ſicut (ex ſupra citata narratione conſtat) ab Angelo ad altare delatū eſt Auguſtini cor ad Epiſcopū Lurudunenſem, ita par eſt credere ipſum Angelū, qui cuſtos Auguſtini datus erat, dū viueret, adhuc illo emortuo, cor ipſius ad Sanctiſsimæ Trinitatis vocem mouiſſe.

8. Inquietum erat Auguſtini cor, donec requieſceret in Deo.

Tandem, ſi rationem talis motus elicere velis ex inquietudine cordis Auguſtini, de quo ipſe vitali adhuc luce fruens, Deum alloquebatur, dicens. Inquietum eſt cor meum, donec requieſcat in te, hoc minus conuincit, nam Auguſtinus cor ſuum inquietum fatebatur, dum terreno corpore incluſum animum detinebat, ne in cœleſtem beatitudinem cōſcenderet, vnde poſt eius mortem, quænam inquietudo excogitari poterat in corde, quæ non eſſet in reliquo corpore.

9. His ergo breuiter pro negante quæſtionis parte appoſitis libeat aliquantulum in parte affirmante cum motum immediatè á Deo fieri ſpatiari, idque non tam Theologicis, aut philoſophicis rationibus concludere, quam probabili aliquo diſcurſu probabile reddere, nam in re planè diuina, quid aliud mortali, quam diuinandum ſupereſt. Quia tamen ingratum eſt eum per quem quis profecit occultare ad citatam quæſtionē. Idem Iordanus de Saxonia ſub his verbis reſpondit. Ad quam quæſtionem ſine temeritatis aſſertione, & præcipiti determinatione per modum Inquiſitionis potiùs videtur probabiliter dici poſſe, quod illa motio cordis Patris Auguſtini fuit immediata à Deo, & non per mediam creaturam, &c. Sub quibus terminis noſtrū in hac re pro parte affirmante idem eſto iudicium, ſicque accommodè iam de Patre Auguſtino dicemus, iuxta citatum locum Prouerb. vigeſimo primo, quod ſicut cor Regis eſt in manu Dei, & quocunque voluerit inclinabit illud, ita cor Patris Auguſtini in manu Dei erat, & quocunque volebat, mouebat illud; com-

Iordanus.

Iudicium quæſt.

Prou. 21.

Digitized by Google

mune hoc fuit Auguſtino cum cæteris, quod cor Auguſtini viuẽtis adhuc ſic fuit in manu Dei, ſicut cor regis, vtpotè qui veluti alter Abrahamus in lege gratiæ futurus erat Pater multarũ gentium. Aliter tamẽ fuit in manu Dei cor Auguſtini iã emortui, ea ſcilicet fuit cura Deo de extincto iam corde Auguſtini, quæ de viuentiũ regũ cordibus, fuit etenim exanime Auguſtini cor in manu Dei, & quocũque volebat mouebat illud. De Baptiſta ſanè dicitur quod manus Domini erat cum illo, & hoc non leue eſt Prçcurſoris encomium. Sed non minus de Auguſtino dicitur, ſi cor eius á corpore auulſum ab omnipotentis Dei manu teneatur, & per manum ipſius Dei, ſine voce, & ſine calamo Sanctiſsimę Triadis myſterium, ſe huc, & illuc mouendo, profiteatur.

Manus Domini cum Baptiſta. Aliter cum Auguſtin.

10. Primum igitur pro hac parte fundamentũ ſit, quoniam illa actio non fuit ficta, ſed vera: aliter enim miraculoſa non eſſet, ſed talis fieret per aliquam magiæ illuſionem, aut dœmonum miniſterium: actio verò cordis ſuapte natura vitalis eſt, & eſt totius coniuncti, vt efficientis illam, & animæ vt principaliter operantis: & talis naturæ eſt, vt à nullo externo principio produci queat, niſi fortè ab ipſo Deo, qui illius entitatem poteſt producere abſque omni cõcurſu cauſæ creatæ effectricis, quem ſupplere poteſt; ergo cum ibi iam neque anima, nec corpus eſſet Patris Auguſtini, neque aliquod aliud agens creatum illum motum præſtare potuiſſet, conſequens fit, vt à ſolo Deo moueretur cor Auguſtini, audito nomine Trinitatis, aut aperto eius libro de Trinitate, & ſic vitalem adhuc quodammodò actionem eliceret cor Auguſtini. Quod ſi deficiẽte vita in reliquo corpore, remaneret adhuc in corde, quod ſeruato naturæ ordine, & eſt primum viuens, & vltimum moriens, iam cum Paulo merito diceret Auguſtinus: Viuo ego Auguſtinus, ſed non Auguſtinus, viuit tamen in me Chriſtus: nullã enim iam vitalem actionem excitabat caro ipſius, niſi eam, quam in Sanctiſsimæ Triadis laudẽ Deus in corde ipſius operabatur. Non

Deus mouebat Auguſtin. cor

man ſit

manſit in morte, quia diligebat vitam: qui enim non diligit manet in morte. Ioãnis ep 1. Quod Beda elegãter explicans inquit. Anima enim quę peccauerit ipſa morietur: vita quippé carnis ânima, vita animę Deus eſt: mors corporis amittere ſpiritum, mors animę amittere Deum. Diligebat vtique ardẽter Auguſtinus, cuius cor transfixum erat ſagitta cœleſtis charitatis, & idcircó deficiẽte ſpiritu & vita corporis, nec Deus aberat animæ vita, nec interibat, aut corrumpebatut transfixum diuina charitate cor ipſius: nam iuſtus ſi ambulauerit in medio tribulationis Dominus viuificabit eũ, & liberabit eũ de medio tribulationis, ſeu de corde ignis; ſicut habetur in Hebræo cõtextu Nec mirũ, quod in corde ignis non pereat cor iuſti in manu Dei conſtitutũ; vnde meritò P. Auguſt. ad querebundũ Pſal. 39. dicentem, *Cor meum dereliquit me*, inquit, Quid mirum ſi cor tuũ deſertum eſt á Deo tuo quãdo te ipſum deſeruit? Tũc enim cor noſtrum nos deſerit (ait Caſsiodorus) quando profutura non appetit.

Ioan. epiſt. 1.
Beda.
Pſal. 137.
Pſal. 39.
Caſsiod. eodem Pſal.

II. Deinde cor Auguſtini criſtallino globulo incluſum non mouebatur, niſi audito nomine Trinitatis, aut aperto eius libro de Trinitate. Videtur ergo facilè quẽ cõiectari poſſe à nullo alio in eum motũ cor exanime excitari, quam ab ipſo Deo trino, in cuius laudes emortuũ cor quaſi pullulans intellectualiter, & vitaliter exultare videbatur: niſi fortè dixeris, quod latẽs adhuc in corde diuini amoris flãma cœleſti ſono, ac veluti diuino flatu excitata extinctum & emortuum advitam reuocabat, & iterum vt medio in amoris igne reuiuiſceret pręſtabat, nõ aliter quàm phęnix immortalitatis imitatrix aſsiduo ſuper odorifera ligna alarum motu mortem aduentaſſe præſagiens, ignẽ excitat, quo ſic conſumitur, ſic extinguitur, vt iterũ reuiuiſcat, & veluti renaſcatur. Simile pactũ ferijt Dominus cum populo ſuo dicens, Ierem. 31. Sed hoc erit pactũ, quod feriã cũ domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: dabo legem meã in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero illorum Deus, ſeu

Cor Auguſtini phænix.
Ierem. 31. verſ. 33.

Digitized by Google

Florent. Battauus. Florentius Battauus libr. 5. inſtitutionis Chriſtianæ c. 11. In perpetuum tecũ ipſe diligẽter animaduerte, quod D. Pater Auguſtinus eũdem ipſum fideliſſimũ ſui amatorem Dominiũ Ieſum tam ardenti viciſſim amore cõplexus eſt, vt cor illius dilectionis iaculo trãsfixum legatur contigiſſe. In eandem cõfirmationẽ citatur à Lãceloto *Vincent. Ferrer. Ioann. ab Angelis. Ioan. Maburnius. D. Bonau.* Vincentius Ferrer. & Ioan. ab Angelis in triumpho amoris Dei capit. 11. & D. Bonauentura à Ioanne Maburnio titulo 20. in fine. Non ego ſane ignem ſagittę præfero, ſed infixã dico Auguſtini cordi non chalybe, ſed illius ignis flamma, quẽ idem Dominus venit mittere in terras, & quem in mortaliũ cordibus accendi expetebat: de hac cordis impreſſione alquid in ſimili quæſtione 8. poſitiua iterum dicendum occurret.

15. Tertio inquietũ erat cor Auguſtini donec requieſceret in Deo ſuo, & quamuis anima æternæ iam fælicitatis particeps cęteris poſthabitis in æterna beatitudine, tanquam in dulciſsimo ſupremi Principis gremio cõquieſceret, quia tamẽ victi- *Victima ſine corde imperfecta* ma ſine corde oblata nõ videbatur integra, & Deo trũcatam, & vecordem offerri non pateretur Auguſtinus, idcirco eius cor criſtallo incluſum mouebatur, quaſi diſrumpere vitreum ac frigidum carcerem conaretur, & in cælum ad inſtar ſpiritus citato curſu cõſcendere. Quis autem eum motũ exanimis iam & emortui cordis alteri quam Deo ipſi adſcribat? Profecto ipſe Deus trinus illius auctor erat, cuius audito nomine in ſuperna fluenta fontis vitę ſic inhiare videbatur exanime cor Auguſtini, vt ipſe ſuſpirabat viuus.

Nec immerito victimam ſinè corde Deo offerri non patiebatur, eſt enim cor hominis Deo nimis gratum ſacrificium, vt enim Hugo lib. 1. de anima: Nihil humano corde nobilius, nihil ſublimius, nihilque Deo ſimilius reperitur, quapropter nihil aliud quærit à te, niſi cor tuum. Sicq; Prouerbiorum 23. Fili, inquit diuina Sapientia) præbe mihi cor tuum. 16. *Hugo. Nobilitas humani cordis.*

Ingenioſe admodũ Philo in fine libri de ſacrificijs Abelis & Caini expendit, qua de cauſa, cũ veteri teſta- 17. *Philo*

Cur cor nõ præcipiatur offerri in ſacrificium?

mẽto Deus præcipiat, vt offerantur præ cæteris victimæ partibus, adeps, renes, fibra iecoris; nuſquam cor, quod ante alia conſecrari oportebat, ſi legiſlator in horum altero principatũ agnouiſſet? Loquitur autẽ etiam de cerebro, proſequiturq; dubitationem in hũc modum: *Quid ſi admodum pie conſiderateque hæc infidelem Dei aram non intulit, quia principalis illa vis ſingulis tẽporis momẽtis vel ad melius vel ad deterius mutabilis, nõ manet eodem loco, quãdoquidẽ & ipſa nunc probatæ, nunc damnatæ monetæ cenſetur: quamobrem locum rerũ adeò inter ſe pugnantium capacem, honeſtatis, & turpitudinis, neutram excludentem, & parem honorem tribuentem vtrique, non minus impurum quam purum legiſlator iudicans ab altari Dei amouit.* Quæ verba ſtylo ſunt exaranda ferreo, & humano inſerenda cordi. Quid enim pulchrius expẽdi potuit, quam ex humani cordis mobili, ac incõſtãti natura illud ab ara Dei excludendũ cenſeri? *Non inuenitur enim inter alias artes liberales,* Inquit Hugo lib. 3. de anima, *Ars iſta præ alijs liberalis, qua tenetur cor, quod omni mobili mobilius eſt, quod omni lubrico lubricoſius eſt.* Vnde Geneſ. 8. vbi vulgatus interpres legit, *Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt:* legũt Septuaginta, mẽs hominis permanet diligenter ſuper malo quaſi in ſolo malo habeat permanentiam; & Hebræus, figmentum cordis humani.

Mobilitas humani cordis.

Hugo.

Geneſ. 8.

18\. Verum etſi diuinæ literæ inter partes victimę in ſacrificijs offerẽdas cor non pręcipiant adoleri, nec tamen in ſacrificijs, in quibus victima inconciſa igni tradenda erat, eam Deus vſquam ſine corde præcepit conſecrari, imò vero cor princeps corporis pars paſſim traditur, ſicque etiam adhuc in profanis infauſtum habebatur victimæ ſine corde ſacrificium: vnde tunc aruſpex Cæſaris Spurina infeſtũ aliquid de Cæſaris cõſilio, & vita extimuit, cum prima luce, qua aurea ſella incedens, ornatus purpura ad ſacrificãdum accinctus ſine corde bouis opimi exta conſpexit: totum enim hoc prodigioſum eſt, & extra naturæ limites: vt enim Andræas Laurentius libr. 7. de anatom. adminiſtr. ad ſimilia exempla quæ adducit reſpõdet, ſupra naturæ vires eſt,

Cor princeps pars corporis.

Tullius 1. de diuinatione.

Andr. Laurent.

eſt: ſi quando vero ſinè corde animal mouetur, aut loquitur, vel ſimile quid, quòd vitalem præferat actionem, operatur, id, niſi diuino ſit ordine aliter diſpoſitum, ad ſpiritus vitales per corpus vndequaque diffuſos reducēdum eſt; quibus extinctis, & motus pariter extinguitur. Quo circa eleganter Tertullianus libr. 4. contra Marcionem illud dicebat: *Facilius inuenies hominem natum cor non habere, vel cerebrum, ſicut ipſum Marcionem, quā corpus vt Chriſtum Marcionis*. Probabat autem corpus Chriſti verum eſſe, ac proprium, non phātaſmaticum, quale Marcioniſtæ adſtruebant, ludit autem Tertullianus verbo, nā cor pro vero corde accipit dum dicit, facilius inueniri hominem ſine corde, aut cerebro: pro intellectu autem cor accipit cum dicit, ſicut ipſum Marcionē, illū enim inſanię, & ſtultitiæ, quaſi ſine intellectu eſſet, ijs verbis coarguit, quod Chriſto verū negaret corpus. Quo eodem ſenſu apud Hierem. cap. quinto dicitur ad Iſrael: *Popule ſtulte, qui non habes cor*. Et Oſeæ 7. *Væ tibi columba ſeducta non habens cor*: vbi communiter pro corde exponitur intellectus; ſic enim ſtultam tribū Ephraim alloquitur Propheta, vertitq; Vattablus; Eritq; Ephraim veluti columba ſtolida abſque corde: vertuntque Septuaginta, & erat Ephraim quaſi colūba inſipiens nō habens cor.

Tertul. lib. 4. contra Marcionē cap. 10. in fine.

Hierem 5. ver. 25. Oſeę 7. verſic. 11.

Vattablus.

Septuaginta vertunt.

Dicam tandem in poſtre- 19.
mum Auguſtini encomium fuiſſe cor Auguſtini ſicut annulum in manu Dei, ſicq; ſub annuli corona coronidem etiam noſtræ diſputationi imponemus. Fuit quōdam apud Ægyptios annularis digitus ſingulare cordis hieroglyphicum, indeque ortum habuit, quoniam plerique præſtantiſsimi anatomici neruum indè per dorſum ad cor vſque extrahi comperere, idcircòq; digitū illum coronabant auro, ornabant gemmis, illinebant odoribus: & inſuper non eſt inauditū, quod in huiuſmodi annulis imagines eximio cælaturæ opere elaboratas geſtarent, inciſas, aut proprias, aut eorum quos nimis diligebant, quo poſſent eos ſemper præſētes atteſtari, ijſque pro ſigillis vtebātur: ſic enim Geneſ. 38. dixit Thamar Iudę, cognoſce cu-

Cor Aug. annulus in manu Dei.

Sigilli in annulis. *Gen ſ. 38.*

ius ſit annulus, quia nimirũ in eo impreſſa erat ipſius imago, quæ pro ſigillo ei erat, ſicq; pagninus vertit ex Hebræo. agnoſce quæſo cuius ſint ſigillũ, & thæniæ, & virga iſta, & 3. Reg. 21. Ieſabel ſcribens litteras nomine Achabi Regis ad Optimates, & Principes qui erãt in Ciuitate Aſſaboth ſignauit eas annullo Regis, vt nimirùm pro regijs agnoſcerẽtur, nõ ſolũ vt aliquis dixit, in amicitiæ, & eximij honoris ſignũ. Heſter 3. tulit Aſſuerus Rex annullum de manu ſua, & dedit Amano filio Amadathi de progenie Agag. hoſti iudeorũ, ſed ad obſignandas literas, quas ſcripturus erat in vniuerſas Prouincias cõtra Iudæos quos ipſe Aman perſequebatur, quod ſibi Mardochæus non genu flecteret, quod cõſtat ex ſequẽtibus: additur enim infra in eodẽ capite *Vocatiq; ſunt ſcribæ Regis menſe primo Niſan, tertia decima die eiuſdem menſis, & ſcriptum eſt ſicut iuſſerat Aman ad omnes Satrapas Regis, & iudices Prouinciarum, diuerſarumque gentium, vt quæq; gens legere poterat, & audire pro varietate linguarũ ex nomine Regis Aſſueri, & literæ ſignatæ ipſius annulo*. Qui tamen Amã poſteá cõmutata vice, & inverſim rotãte fortuna ſucceſſit in patibulum Mardocheo paratũ; Mardochæus vero illi in principatũ Heſter. 8. ſiue ergo priorẽ rationẽ ſpectemus, propter quã añulus habitus eſt cordis hieroglyphicũ, ſiue poſteriorem eo quod ſigillum, & imago deferebatur in annulo, in quẽ potiori iure quadrare verũ q; poteſt, quam in Auguſtinũ, qui merito dici poſſit tanquã annulus in manu Dei: nam ſi primũ ſpectetur nervus ille ab annulari digito ad cor extẽſus amor eſt, qui paſſim tum in diuinis, tum etiam in humanioribus literis ligatura cordium, ac gluten dicitur, quo fit vt vulneratũ ſagitta charitatis Dei cor Auguſtini: ſic ei adhærebat eo colligatum glutine, vt etiam à corpore auulſum ab eo nõ recederet, tãquam arctiſſimus annulus, qui niſi diſrumpatur non deſerit digitum quem circundat. Duo commemorantur Pythagoræ Symbola circa annulum primum *Arctum annulum ne geſtato*, quod vt inquit Pamelius, apud Clement. Alexãd. lib. 5. Stromat. c. 5. idem eſt

Pagninus. *3. Reg. 21.* *Heſter. 3.* *Heſter. 8.* *Pythogoræ Symbola.* *Clement. Alex.*

atque

atque ne te in ſeruitutem redigas: alterum, *In annulo Dei figuram ne geſtato*: prophanũ enim credebant Deũ humana forma depingi: vtrumq; autem nobis Deus homo factus oppoſita vice cõmutauit: habitu enim inuentus vt homo ſibi ita noſtræ naturæ fragilitatem vniuit, tamque arcto vinculo copulauit, vt in manibus ſuis noſmetipſos deſcriberet, proindeque recte potuit Auguſtini cor arctum annulum gerere in manu Dei, in quo ipſius Trinitatis imago ſupremi artificis opere ſculpta luceret. Si enim creaturæ omnes, & præſertim intellectuales, imagines ſunt Sanctiſſimæ Triadis, in quibus ratione triplicis potentię intellectiuæ magis ſplẽdet diuina Trinitas, & ſuper quos magis ſignatum eſt lumen vultus Domini, profecto ille perfectior erit in naturalibus (de his enim agimus) imago Dei inter mortales, qui præſtantioribus fuerit ornatus potentijs. Quis ergo inter mortales omnes Auguſtino laudẽ in hoc denegãdam iudicabit, qui rectæ trutinæ ponderator adſit? Nullus planè qui legat, quæ ipſe modeſte de ſe loquens, & modeſtius ſentiens inquit 2. Cõfeſ. c. 3. Omnes libros artium, quas liberales vocant, tunc iniquiſſimus malarum cupiditatũ ſeruus per me ipſum legi, & intellexi quoſcunq; legere potui. *Aug. 2. confeſ. c. 3.* Etenim vt rectè Archiepiſcopus Valentinus Beatus Thomas de Villanoua eremita Auguſtinenſis Serm. 1. de Sancto Auguſtino. *B. Thom. de Vilanoua.* *Intellectus acumine, ingenij perſpicuitate, diſputãdi acrimonia, inueniendi copia, differendi ſubtilitate monſtrum quoddam in natura fuit Auguſtinus, qui humanæ intelligentiæ terminos viſus eſt tranſcendiſſe, vir intellectu, vt quidam ait, prope diuinus.*

20\. Ex quo eodẽ fundamenta Ambroſius Corianus, ſiuè Coriolanus, multos ante annos in Apologia pro ordine eremitarum Sãcti Auguſtini, *Ambroſ. Coriolanus* in tractatu, cui titulus eſt Auguſtinus fuit imago Trinitatis, diſerte probat eum præſtantiorẽ cæteris mortalibus Trinitatis imaginẽ extitiſſe, idq; ex intellectus, & ingenij acumine ſuper omnes cæteros præſtanti: circa quod prætereo complures, qui in huius rei cõfirmationem quæ prolixa cõfirma-

tione non indiget à chronographis citantur; cor ergo quod ſedes ſapientiæ paſſim aſſignatur, vndè & pro intellectu plerũq; accipitur, vt in diuinis literis inculcauimus, & ex prophanis, ſatis indicat vulgare carmen *Cor ſapit, & pulmo loquitur ſplen ridet &c.* Et illud quod Plautus de fęmina facete dixit: *Cui pectus ſapias, nã cor nõ poteſt, quia nulla habet:* Adhuc emortuũ, & exanime Sãctiſſimæ Triadis myſterium, quibus poterat vocibus, ac motibus euulgabat, edocebat, ac profitebatur, vulneratũ etenim erat ſagitta charitatis Dei; ſicut etiã ipſum diuinũ cor per metaphoram dicitur vulneratũ, vnde ſponſus cant. 4. de Eccleſia dicit, vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, in vno oculorum tuorum, vbi D. Thomas, & D. Gregor. intelligunt, cor diuinũ ſauciari amore vnitatis Eccleſię Doctorum, qui dum cõcorditer de fidei rebus conſentiunt, quaſi vnus oculus Eccleſiæ ſunt, & Theodoretus duos dicit eſſe oculos Eccleſiæ, alterũ in vita actiua, alterum in contemplatiua, verum ſponſus vulneratũ ſe dicit oculo cõtemplationis,

Plautus.

Cant. 4.

D. Thom. D. Gregor

Theodoretus.

vnde Ioannes cõtemplationi deditus vocatur dilectus, neque aliam ob cauſam Maria in electione ſorori præfertur, diciturque optimam ſibi partem elegiſſe, vnde & paraphraſtes chaldæus citato loco canticorũ vertit (infixus eſt in tabula cordis noſtri amor tuus ſoror mea) vnus ergo eſt oculus qui Dei cor vulnerat, nempe amor, ſic enim Deus dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitum daret, ita etiam iuſtorũ corda ſagitta charitatis Dei trãsfiguntur, quod ſicut peculiare fuit Auguſtino inſigne, & ſingulare decus, ita emortuum & exanime ipſius cor in manu Dei, in ipſius laudes reuiuiſcit, exauditus planè in hoc, quod aliquando à Deo fuerat de precatus in libro de contemplatione Saluatoris, ſi eius eſt illud opus, dicens. *Tu es Domine vita mea qua viuo, tu es ſpes mea cui inhæreo, tene mentem meam ne ad ima corruat, tene cor meũ precor manu tua, quia ſine te ad altiora non rapitur, tene & rege ſpiritum meum, & ſumme illum ſecundum voluntatem tuam, & te in corde reuoluet ſummum bonum.* Sicque rectè in Auguſtini cor dũ ad Sanctiſſimæ

Ioannes dilectus.

D. Aug.

Trinitatis nomen exanime mouetur à Deo, quadrabit illud, quod ſicut cor Regis, ita & Auguſtini cor in manu Dei eſt, & quocunque voluerit mouebit illud.

Et hæc de Quæſtione ſine argumentis decidenda.

(.?.)

QVÆSTIO QVINTA SCHOLASTICA.

De diſcrimine aſsignando inter votum ſolenne, & ſimplex, & in quo voti ſolennitas ſtatuenda ſit?

De Voto Theologi diſputant in 4. diſt. 38. Sumiſtæ verbo *Votum*, Canoniſtæ libr. 3. Decretalium titulo 31. de Voto, & voti redemptione. Nos in præſenti queſtione circa votum illud inquirimus, in quo nã eius ſolennitas conſiſtat, & quomodò à ſimplici diſtinguatur. Cuius dubitationis, vt veritas dilucidior fiat, quid ſit votum, & quotuplex præmittendum eſt, in hac ergo diſputatione continentur quæ ſequuntur.

Quid ſit votum? Articulus primus.

Quid in voti definitione intelligatur nomine melioris boni? Articulus ſecundus.

Per quam promiſsionem conſtituatur votum? Articulus tertius.

Explicantur aliæ particulæ appoſitæ in definitione voti. Articulus quartus.

Quotuplex ſit votum? Articulus quintus.

Cuius potentiæ, & cuius virtutis actus ſit votum? Articulus ſextus.

Reiecta ſententia, quæ ſtatuit votum ſolemne ſuapte natura, aut de iure diuino diſtingui à ſimplici, ſtatuitur ex ſola Eccleſiæ auctoritate ab eo diſtingui. Articulus ſeptimus.

Solemnitatem voti in profeſsione ordinis approbati, aut in ſuſceptione ordinis ſacri conſtituendam eſſe verior docet ſententia. Articulus octauus.

Colliguntur nonnulla ex præcedentibus. Articulus nonus.

ARTICVLVS I.

Quid ſit votum?

1. Votũ multis modis accipitur.

VOTVM primò ſumitur pro deſiderio, ſeu animi propoſito, & affectu, quo pacto apud Latinos idem eſt habere aliquid in votis, atq; in deſiderio, qui ſenſus non eſt etiam alienus à ſacris literis, nam Exod. 36. dum dicitur quod populus quotidiè mane vota ſua offerebat: votum ibi deſiderium, ſeu propoſitum ſonat, vnde Paraphraſtes Chaldæus, vbi in noſtra vulgata dicitur, vota populus offerebat, habet, offerebant ei munera voluntaria: & eodem ferè modo vertit Pagninus, vbi votum pro voluntate vertitur, & Prouerb. 31. dũ ſpõſa Eccleſia ſponſũ Chriſtum in ſpiritu alloquitur, vocans illum dilectum deſideriorum ſuorum, habet, Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum, vbi Septuaginta iuxta Græcam verſionem habent: Quid fili mei ventris, quid fili mearũ orationum. Altera ſignificatio voti eſt, qua votum ſignificat promiſsionem Deo factam, ſic Pſalmo 65. inquit Regius vates: *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Et Eccleſiaſtes 5. Si quid vouiſti Deo ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſsio, ſed quodcunque voueris redde, multoque melius eſt non vouere, quám poſt votum promiſſa non reddere: quo vtroque loco votum pro promiſsione ſumitur.

Exod. 36. *Prou.* 31. *Pſal.* 65. *Pſal.* 45.

Conſtat ergo votum ex ipſa nominis ſignificatione, quæ eſt á voueo, promiſsionem eſſe; vnde varijs modis

Votum ex Magiſtro quid?

à Doctoribus definitur. Magiſter diſtinct. 38. Votũ (inquit) eſt teſtificatio promiſſionis ſpontaneæ, quæ de Deo, & de ijs, quæ Dei ſunt propriè fieri debet. Dicitur autem à Magiſtro, teſtificatio, quia, vt Sotus q. 1. art. 1. olim ad maiorem firmitatẽ ſolebat vouens adhibere teſtes, imò, & nonnunquàm ſcripturam ex can. 27. q. 1. quamuis ſi ſecreto ſine teſtibus, & ſine ſcriptura, imò & in corde fiat, Deus pro mille teſtibus ſufficiat. D. Gregorius Nycænus, dixit, votum eſt promiſſio alicuius rei, quę pietatis nomine dedicetur, & ſacris deſtinetur, multas alias definitiones, ſeu potiùs voti deſcriptiones, i- dere poteris apud Auctores citatos, & præſertim apud Paludanum, diſtin. 38. quæſt. 2. Quæ communiter ab omnibus circũfertur, eſt, qua votum dicitur deliberata alicuius rei, id eſt, melioris boni promiſſio cum volũtatis propoſito facta Deo, circa cuius definitionis vnãquãque particulã ſunt præcipua dubia ſigillatim exponenda.

Sotus. Nycenus. Palud.

3\. Circa particulam, deliberata, quæritur quænam deliberatio ſit neceſſaria ad voti validitatem. Pro quo triplex eſt deliberatio, quædã dicitur imperfecta, ſeu ſemiplena, quando ſcilicet quis imperfectè aduertit ad id, quod facit: alia dicitur perfecta, ſiue plena, tuncq; datur, quãdo quis perfectè attendit ad id, quod facit: tertia eſt perfectiſsima, cũ quis aduertit non ſolùm ad id, quod facit, nimirum ad votum, quod vult elicere, ſed etiam ad omnes circunſtantias, difficultates, aut impedimenta, quæ illud poſſent ab emiſsióne voti deflectere. Quo poſito hanc poſtremã deliberationem non eſſe neceſſariã cõmunis eſt Theologorum omnium cõſenſus, aliter enim, quæ vota eſſe poſſent valida, cum vix, aut nunquã humano modo occurrere queant omnes circunſtantiæ in quolibet agibili, quæ poſteà in progreſſu antea nõ præuiſæ in agẽdo occurrunt: ea ergo libertas, & deliberatio ſufficit, qua quis ſciens, & volens per votum Deo ſe obligat: vtrùm verò ad id ſufficiat ſemiplena deliberatio? dubitatur.

Quæ deliberatio neceſſaria ſit?

4\. In hoc tamen non eſt re-

Approbatur comunis ſententia. cedendum á communi ſententia, quæ docet eam libertatem, ac deliberationem requiri, & ſufficere, quæ requiritur, & ſufficit ad peccandum mortaliter. Ita Paludanus, Richardus, & Caietanus citati diſt. 38. Sotus 7. de Iuſtitia, quæſt. 1. artic.1. Suar.lib.1.de Eſſentia, & honeſtate voti, cap.6. §. *De libertate autem*. Probatur verò, quoniam, quæ libertas non ſufficit ad obligandum hominem diabolo, non ſufficit ad obligandum illum Deo: ſed ſemiplena, & imperfecta deliberatio, quidquid ſit de obligatione ad peccandum venialiter, non ſufficit ad obligãdum hominem diabolo, neque enim ſufficit ad peccandum mortaliter; ergo neque ad obligandum hominem Deo per voti emiſſionem. Secundò, quia votũ ad obſeruationẽ ſui inducit grauiſſimam obligationem ſub mortali ad implendam; ergo non ſufficiet ſemiplena deliberatio, quæ imperfecta deliberatio eſt, ſed requiritur plena, & perfecta.

Palud. Richard. Caiet. Sotus. Suar.

Obligatio voti eſt grauiſsima.

5. Neque obſtat, ſi dicas ſemiplenã deliberationẽ ſufficiẽtem eſſe ad validitatem voti, cum in ea reperiatur ſufficiens voluntariũ ad meritum, & demeritum: reſpondetur enim volũtariũ, quod ſufficit ad culpam venialem in materia peccati mortalis non ſufficere ad vouendum, cũ vouere ſit res magni momenti, quæ plenam exigit libertatem: quemadmodum etiam actus bonus ſecundò primus ſufficit vt vir iuſtus per illũ mereatur augmentũ gratiæ, & etiã, ſi vitioſus ſit, vt venialiter peccet, non tamen vt voueat, quemadmodum neque ad validitatẽ iuramenti, matrimonij, aut ciuilium cõtractuum ſufficit illa imperfecta deliberatio, quæ reperitur in actibus ſecundo primis.

At obijcies, quoniam in cap. *Venientes*, de Voto, votũ magis animi facilitate elicitum, quàm ex iudicio, & arbitrio iudicatur validũ: itẽq; in cap. *Sunt qui*, illi, qui tumultuario impetu mẽtis opes ſuas Eccleſiæ dedicarũt, eaſq; poſteà reuocare conati ſunt, tãquàm ſacrilegi dãnantur: ergo cũ in his caſibus nõ reperiatur, niſi ſemiplena deliberatio, hæc videtur à iure admitti, vt ſufficiens ad voti validitatẽ. Reſpõdẽdũ tñ in iuribus citatis 6.

Cap. Venientes.

nihil

nihil noſtrę concluſioni aduerſari. Nā in c. *Veniētes*, dū Alex. 3. ſignificat iuuenem, de quo ibi eſt ſermo, potiùs facilitate, quàm diſcretionis iudicio vouiſſe, non aſſerit illum plenam deliberationē non habuiſſe, ſed non adhibuiſſe eam maturam conſiderationem, quam viri perfectę ætatis ſolent adhibere. Cap. verò, Sunt qui, quod eſt deſumptum ex D. Ambroſio lib. 2. de Pœnitentia, cap. 9. non dicuntur illi, qui opes ſuas Eccleſiæ dedicarunt, caruiſſe plena deliberatione, ſed non habuiſſe iudicium perpetuò, id eſt, nō tam lentè, ac maturè rem cōſideraſſe adeò difficilem, quam æquū erat priùs diù expendere, ne eos poſteà emiſsi voti pœniteret. *D. Amb.*

7. Semper ergo plena deliberatio ad voti validitatem neceſſaria eſt, quod Caniſtæ colligunt ex cap. *Dudum*, de conuerſione coniug. Et ex gloſſa ſingulari in capite *Mulier*, vbi Ioannes Andreas, & alij. Et eſt hæc conditio adeò neceſſaria, vt ſi Deus neceſsitaret humanam voluntatem ad vouendum, quoad ſpecificationem, & quoad exercitiū, quod præſtare poſſet, ſi vellet, etiam ſi adeſſet perfecta aduertentia rationis, & iudicij, non teneret votum elicitū, verbi gratia, circa materiam caſtitatis, nam licet ex parte obiecti nulla conditio deeſſet, erat enim ſufficienter propoſitum, iudiciumq; aduertebat, tamen in ratione promiſsionis nō erat actus ſimpliciter humanus, & moralis, quod neceſſarium erat ad validitatem voti, cum in eius poteſtate non eſſet non vouere, ſiquidem ex neceſſitate ſupponitur vouiſſe. Secus autem dicitur, ſi quis voueat ſe, verbi gratia, caſtitatem vouere intra annum, nam licet iſte poſteà neceſſariò voueat, tamē primum uotum, in quo tanquam in cauſa obligatur ad ſecundū, liberè emiſit: ex cuius dubij reſolutione multa ſimilia poteris diſſoluere, an verò votū metu factū valeat? mox dico.

Cap. Dudum.

Gloſſa ſingul. C. Mulier.

Ex defectu libertatis.

8. Adduci etiam poteſt in contrariū Paludanus in cap. *Cum locum*, de Sponſalibus, vbi Summus Pōtifex Alex. tertius ideò decidit non eſſe validum matrimonium metu contractum, quia deeſt conſenſus, non verò, quia vi, & metu eſt factum; ergo ſi

Paludan. Cap. Cum locum de Sponſal.

Digitized by Google

in voto detur conſenſus, etiã ſi deliberatio non ſit plena, ſed imperfecta, & metu extorta non deſinit votum eſſe perfectè validũ in foro cõſcientiæ, imó veró in capite *Perlatum* de his, quæ vi metusvè cauſa fiunt, videtur indicari, quod profeſsio religionis graui metu extorta nulla ſit, quia in muliere, quæ profitetur non fuit cõſenſus, videtur ergo ſupponere, quod metus & ſi poſsit cogere ad emittendum profeſsionem vocaliter, non tamen ad præſtandũ conſenſum: vnde ſi in vouente detur conſenſus, qui non poteſt metu extorqueri proculdubio etſi ad votum vocaliter emittendum cogatur per metum, validè vouebit, & inſuper, quod ſuprá tactum eſt, conſenſus, qui ſufficit ad pœnitentiam præſtandam, cur non ſufficiet, ad vouendum, at re vera ſi homo per metum ad pœnitendum ducatur, & ad pœnitentiam compellatur, ſi ex animo pœnitet, iuſtificabitur: ergo ſimiliter ſi ad vonẽdum metu compellatur. Nam cum actus vouẽdi interior ſit, ſemper manet ſimpliciter volũtarius, dum vouens habet intentionem vouendi, & ſe obligãdi: ſi enim vellet, poſſet voce tenus votum emittere abſque intentione vouendi, & ſe obligãdi. Tandem confirmari poteſt ex iuramento, quod minus obligat, quám votum, vt cum D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 5. communiter Theologi, vnde cum iuramentum metu etiam iniuſtè factum ſit validum, proculdubio validum quoque erit coram Deo votum etiam graui metu, & iniuſtè extortum, ſi tamen vouens habuit animũ ſe obligandi.

Cap. Perlatum.

D. Thom.

Iuramenti obligatio minor eſt, quàm voti.

9. Quatuor acceptiones metus.

Ex multis modis, quibus metus poteſt conſiderari, quatuor, quoad præſens attinet, ſunt præcipui: primus, cum quis in periculo conſtitutus Deo ſe aliquid facturum promittit, ſi euadat. Secundus, cum metus alicui iuſté incutitur, exemplũ ſit homicida voluntarius, cum quo Summus Pontifex ad ordinum ſuſceptionẽ ea cõditione diſpenſauit, vt religionem approbatam ingrederetur: tertius, cum alicui iniuſté metus inijcitur, cum videlicet quis vouet caſtitatem ad euitandam mortem, aliquod ve graue damnum,

quod

quod ei iniuſtè minantur; quartus tandem eſt metus leuis, & reuerentialis, qualis ſuperioribus, & parentibus debetur.

10. 1. Concl. Votum ex metu inualidum quale ſit.

Quibus poſitis, dicendũ eſt primo non eſſe validum votũ illud, quod vi, & timore elicitur, quando metus iniuſtè incutitur, taliſque eſt, vt in virum conſtantem cadere poſſit. Probatur cõcluſio ex cap. de his, quæ vi, & metus cauſa fiũt, vbi mulier, quę metu mariti religioſam vitã fuerat amplexa ex Põtificis decreto abſoluitur: & oſtenditur amplius, quoniã eadem ratio, quoad hunc effectũ debet reperiri in matrimonio ſpirituali, atque in carnali: atqui matrimonium carnale initum per metum cadentem in virum conſtantem, eſt ipſo iure nullum, vt decernitur in c. cum locũ de ſponſalibus: ergo matrimoniũ etiã ſpirituale, quod in voto interuenit, ſi ex metu ſimili fiat, inualidũ reddetur.

11. 2. Concl. Iuſto metu validũ eſt.

Dicendũ eſt ſecũdo, votum iuſto metu extortũ validũ eſſe, cũ nimirùm quis religionem ingredi cogitur, quam ex pacto, aut conditione profiteri tenetur. Eſt hæc aſſertio cõmunis apud Doctores. Eã Nauar. probat ex leg. ſi mulier, ff. quod metus cauſa, vbi promiſsio facta per metũ iuſtè incuſſum, non diſſoluitur, vnde conſequẽter docet validam eſſe illius mulieris profeſsionem, quæ cũ perpetuo carceri eſſet emancipata, ea cõditione libertatem obtinuit, vt approbatã religionẽ profiterętur: ſimile eſt, ſi quis ad ducendã fæminã in matrimonium cogatur, cuius cauſa ſub ea cõditione mortem euaſit; ad conditionem enim exequendam poterit à Principe iuſto metu cogi: ſic quę pariter, ſi quis nolit vouere id, ad quod ex pacto aut conditione tenetur, poterit ad vouendũ iuſto metu cogi: nam ſuperior poteſt ſubditum in officio per vim continere, & ad ſoluendum debitum cogere: & proinde ſi metu iuſtè illato exequatur id, ad quod præſtandum aliunde tenetur, non cenſetur inuoluntariè agere, ſed plena de liberatione, ac voluntariè. Vide Bartolum ad dictam legem Si mulier.

Nauar. L. Si mulier.

Bartol.

12. Maius dubium eſt circa metum reuerẽtialem, an votũ ex illo emiſſum inualidũ reddatur? Nauarrus in Ma-

nuali, capit. 22. numer. 51. & comment. 2. de regular. numer. 31. metũ leuem aſſerit, qualis reuerentialis eſt, aut alter ſimilis, in foro conſciẽtiæ votum irritum, nullãq; profeſſionem reddere: nam in hoc foro metus iuſto minor ſufficiẽs creditur ad reddendum actum inefficacem, ſi tamen metus fuerit principalis cauſa vouendi, ſine qua non voueret. Addit tamen Nauarrus citato commentario 2. de regular. nu. 67. omnẽ metũ, qui eſt cauſa principalis, aut ita ad actũ eliciendum cõcurrit, vt ſine eo non eliceretur actus, in foro conſcientiæ perinde ſe habere, ac metum iuſtum in foro iudiciali: & pro hoc citat Hoſtienſem, Ioannẽ Andream, Sotũ, Adrianũ à ſe in Manuali cap. 17. nu. 29. relatos. Oſtenditurq; amplius: nam metus ille, quo puella monachatum ingreditur, eo quod à parẽtibus durius tractetur, quam par eſt, vt ſic ſæcularis vitæ tædio religionem appetat, reuerẽtialis eſt plane, ſuaptèque natura leuis, cæterum ad irritandam profeſſionem ſufficiens, cũ Tridentinum ſeſſ. 13. & 18. de regular. illam maximè liberam, ac ſpontaneam velit.

Nauar. *Hoſtienſ.* *Ioan. And.* *Sotus.* *Adrian.* *Concil. Trident.*

Dicendum tamen eſt tertio metum leuem, ſiue reuerentialis, ſiue quicunq; alius talis ſit, de ſe inſufficiẽtem eſſe ad irritandum votum. Ita Sotus 7. de iuſtitia, quæſtione 2. articulo 1. ad 2. & Abbas cũ alijs citatis à Couaru. 2. parte, cap. 3. §. 6. nu. 7. & 8. quod ſic oſtẽdit, quoniam æqua ratio quoad hũc effectũ in matrimonio carnali reperitur, atque in ſpirituali, ergo cum illud ex leui metu nõ reddatur inualidũ neq; hoc irritabitur. Aſsũptum latè probari poteſt. Vide Salzedum ſupra reg. 532. Sigiſmundum inter conſilia feudalia, conſilio, 48. num 5. Zaſium leg. 1. §. quæ onerãda, ff. quarũ rerũ actio, verſic. item extẽdite. Henriques lib. 11. de matrimonio capit. 9. ſecus tamẽ dicendũ eſt ſi minæ adſint, preſertim ex parte eius, qui ſolet minas exequi, nec eas in terrorem inijcere, tunc enim iam iſte metus cẽſetur cadens in cõſtantem virum, quod tamen non cernitur ſi cõſtet illum, qui minatur non eſſe ſolitũ minas executioni mandare. Ita Abbas in cap. 2. nu. 5. & cap. cauſam matrimonij nu. 13.

Metus leuis nõ irritat votum. *Sotus.* *Abbas.* *Couaru.* *Padilla.* *Ant. Cuc.* *Salzed.* *Sigiſm.* *Zaſius.* *Henri.* *Abbas.*

Decius. 3. de officio delegati, Decius eodem capit. nu. 12. & cum eis cæteri iuris canonici pro feſſores, quanquam Alciatus (Alciatus) cap. cum contingat: nu. 1. de iureiurãdo, & Reminaldus (Reminald.) inſtitut. Quib alien. Lic. in princip. numer. 305. exiſtimant ſolas minas ſufficere abſque eo, quod conſtet, illũ, qui minatur, ſolere minas exequi, & hoc quia Bart. (Barthol.) L. 1. §. quæ oneranda num. 4. ff. quarum rerum actio, dixit metum reuerentialem iuſtũ eſſe, ſi minæ, aut verbera intercedãt: vnde cũ minas verberibus æquiparet, verberaque iuſtum metum inducant, idem abſolute dicendum putant de minis. Verum deflectunt non modo à veritate, ſed etiã à Bartoli mente; nam minæ in eo, qui ſępè minari ſolet, minas tamen non exequitur, pro nihilo reputantur, & ſic eſt intelligẽdus Bartholus citatus (L. Vnica. C ſiqui.) iuxta legẽ vnicã, Codice ſiquis imperatori, ibi, *ex perſonis hominum dicta penſemus*, & L. Famoſi, ff. ad legẽ Iuliam (L. Famoſi. Barthol.) ibi, *Nam & perſona expectanda eſt, an potuerit facere & ante, quid fecerit*: & ipſe Bartolus expreſſè ad legem metum, Codic. de his, quæ vi, vbi *Lex metum non iactationibus tantum, vel conteſtationibus, Sed atrocitate facti probari conuenit*, Ex quibus iuribus aperte conſtat minas, quæ metum reuerentialem iuſtum probant tales eſſe oportere, vt non conſtet illũ, qui minatur ſolere minas iactare, ſed non exequi: & expreſſe, quod attinet ad irritandum voluntarium conſenſum in noſtro caſu idem tenet Abbas (Abbas.) cap. 1. nu. 5. & cap. cauſam matrimonij; nu. 3. de officio delegati: Decius (Decius.) cap. 1. n. 12. Couar. 4. decret. (Cou.) 2. parte, cap. 3. §. 6. n. 4. Gama (Gama.) 1. parte deciſione 240. & alij cõmunniter: ſi vero non conſtat de conditione minãtis, nec ſatis probabiliter percipere queat, an ille attrox ſit, an ſolitus minas exequi, etiam tũc reuerentialis metus cenſetur iuſtus, proindeque conſenſum irritans, nã cum non conſtet oppoſitũ, & vouens iuſtè præſumere poſſit illum minas exequuturũ, iure ſuo vtitur ſi vouẽdo tueatur ſe incolumẽ, nec proinde tali voto obligabitur, cui non adfuit libertas plena, ſed ex iuſto metu coacta, ita Beroius (Beroius.) cap. 1. de officio delegati, n. 19. & Padilla (Padilla.)

leg. interpoſitas, Codice de tranſaction. numer. 20. nec rationes appoſitæ noua indigent explicatione, cũ procedant in caſu quo metus reuerentialis concurrit ad vouendum, vt cauſa principalis, quod tamen metus reuerentialis ſecluſis minis non habet.

14. Dicendũ eſt quarto loco validum eſſe illud votũ, qđ quis emiſit in ægritudine, aut labore aliquo conſtitutus; nam hæc, & ſimilia nõ cẽſentur extorquere votum, aut conſenſum cogere, vnde nihil minuũt de voluntario, & per conſequens de validitate voti, ita Sotus ſeptimo, de iuſtitia, quæſtione prima artic. primo ad 2. Nauar. in Summa, capit. 12. numero 52. & libr. tertio conc. titul. de regul. con. 7. & cum eis cæteri.

Sotus.

Nauar.

15. Dicẽdum eſt quinto, vota, quæ ſæpe ex animi leuitate, & facilitate fiunt valida eſſe, nam cum animi leuitate, & facilitate in vouendo ſtare poteſt, ſufficiens deliberatio, & aduertẽtia rationis talis, quæ ſit ſufficiens ad peccandum mortaliter, ergo ſimiliter ſufficiens deliberatio ad voti obligationem, ita Caietanus in ſumma verbo votum capit. 3. Armilla eodem verbo numer. 8. & Molina aduertit ex Nauarro c. non dicatis, numero 67. §. addo decimo, raro admodũ huiuſmodi promiſſiones externas ex defectu plenæ deliberationis reddi inualidas. Et eſt ratio optima, quoniã talis leuitas, ac facilitas in vouendo nõ excludit rationẽ perfecti voluntarij, neq; enim qui ſic vouẽt, aut operantur, procedunt ſine ſufficienti cogitatione eius rei, ac plena circa eam deliberatione, ſed ſolum de ijs dici poteſt, quod ſine debita iudicij maturitate procedant, ſicut plerumque puellis, ac iuuenibus contingit, qui licet æque liberè, atque viri operentur, non tamen ita cordate, dixi, plerunque, quoniam ſi leuitas, & in conſideratio, qua votum emittitur talis ſit, vt iudicium abſorbeat, proculdubio inualidum reddetur votum.

Armilla.

Molina.

Nauar.

At contra hanc quintam concluſionem obijcies, quoniam promiſſio facta leuitate, aut repentino aliquo affectu, diſplicet Deo, imo peccatũ eſt tale, qualis materia cum circunſtantijs ex- 16.

egerit:

Eccleſiaſt. 5.

Confirmatur.

Caiet.

egerit: ergo nec vouentem obligabit, nec acceptabitur à Deo. Aſſumptum oſtenditur primo ex quinto capit. Eccleſiaſtici, vbi dicitur; Deo diſplicere ſtultã promiſſionẽ; qualis videtur ea, quæ fit ex animi leuitate. Secundo idem ratione probatur: nam qui ex animi leuitate vouet, exponit ſe periculo frangẽdi votum: non ergo videtur per illud poſſe obligari. Reſpondetur tamen admiſſione antecedentis, negando conſequentiam; nam licet Deus non acceptet tale votum ad præmiũ, acceptat tamẽ illud ad hoc vt homo maneat ex eo obligatus: ſicut etiam acceptaret votum illud, quod quis emitteret ex affectu vanæ gloriæ, etiam ſi vouendo peccaret: quod enim voto maneat adſtrictus, & nihilominus ſine merito, imò & cũ demerito, voueat, ſibi debet, & non alteri, imputari. Hęc eſt apud Theologos cõmunis, vide Caietanum 2.2. quæſtione 88. articulo. 1.

17. Dicendum ſimiliter vltimo eſt, idem ſentiendũ devotis ex iracũdia emiſſis, vnde nõ placet id, quod docet Iaſon in lege ſi filiam, codice de inofficioſo teſtamento Ioannes de Selua in tract. de iureiurãdo, Ludouicus Mõtal. de reprobatione ſententiæ Pilati, qui cõplures alios referunt, & probant ex gloſ. 1. dudum de conuerſ. coniugat. & ex gloſ. c. neq; viduas 27. quæſtione 1. & ex alijs Iuris locis, votum ex iracundia emiſſum, non obligare, neq; enim hoc abſolutè verum eſſe poteſt; nam ſępe in hominibus iratis reperitur ſufficiens aduertentia rationis, plenaq; in operãdo deliberatio, vnde tunc etiamſi voueat quis ex ira, tenebit votum, ſecus autem ſi ira talis ſit vt iudiciũ rationis abſorbeat, tunc enim nec cum ſufficienti deliberatione vouet, nec plene aduertit ad id, quod agit, ſicque intelligenda ſunt iura ſupra citata dũ dicunt, inualidum eſſe votũ ex ira emiſsũ, vt optimè declarant Ioannes Andreas, & Turrecrem. Quos citat Nauarus in titulo de uoto conſilio 7.

Iaſon.

Ioan. de Selua.

Ludouicus Montalt.

Vnde vlteriùs facile colliges, quid dicendum ſit de iis votis, quæ ſæpè in ludis multi ex iracundia emittunt non ludendi amplius, aut tali ludo, aut cum tali perſona, vel abſolute, vel præſcriben- 18.

do

Digitized by Google

do tempus, aut pecuniæ ſū-mam, ſimileſue circunſtantias: nam hæc vota regulariter loquendo valida ſunt, ſi perfecta aduertentia, ac deliberatio in vouendo adſint, ſi tamē talis ſit ira ac motus ſubitus, vt rationis vſū perfectū abſorbeat, irrita ſunt, hoc autē ſub ea generali regula diſcerni debet, nec aliunde melius: ſi enim ita deliberate vouit, vt in materia peccati mortalis culpa læthalis eſſet, validum eſt votum, ſin minus irritum, & in hoc vouentes animi affectum diligenter examinent, nec ea ita proponāt, vt qualicunq; ira ſibi videantur immunes reddi à voti obligatione. Vide Molinam loco ſupra citato.

Molina.

19. Tandem de ijs, qui parētum, aut conſanguineorum precibus importunis, ac ſuaſionibus vouēt ſimiliter ſentiendum, nam preces etiamſi ſint parentum nō inducunt maiorem metum, quam reuerentialem, qui profeſſionem non irritat, vt in ſimili de carnali matrimonio habet gloſa, leg. ſi patre cogente 22. ff. de ritu nupt. Abbas capit veniens è leg. 1. num. 5. de ſponſalibus, vbi Alexander deNeuo, nu. 4. & cōplures alij, vnde ſicut ex dicta lege, ſi filia matrimoniū cōtrahat nō præcedentibus expreſsè minis ſolum metuens ne patris indignationem incurrat, validum eſt; ita etiam ſi parentum precibus etiam importunis profiteatur, valida erit profeſſio, nec enim ex eo, quod precibus non annuat aliud timere poteſt, quam patris indignationem incurrere, circa quod aduertit Sanches lib. 4. de conſenſu coacto, diſputatione 6. n. 14. hoc intelligēdū eſſe quādo illa patris indignatio non videatur diu permanens, ſed adſit ſpes futuræ reconciliationis; ſi enim talis ſpes non adſit, tunc credit metum reuerentialem ita eſſe cadētem in conſtantem virum, vt ex defectu plenæ libertatis matrimoniū poſſit diſſoluere; nam graue malum reputat patrem ſemper habere infeſtū coram oculis: rectè quidem aduertit; ſed & indignationis genus ex actè penſandū eſt, nec enim quęuis patris indignatio ad hoc ex ſupra dictis mihi videtur ſufficiēs, ſed talis, quòd iuſtè vereatur vt aſperè deinceps, ac durè ab eo tractetur, aliter

Abbas.
Alexand.
Neuo.

Sanches.
Circa hoc aduertant Nobiles hiſpaniæ qui filias ab ipſa infantia monaſterijs addicunt, & ſi le egreſſu igūt rgrè ferunt.

enim non probarem dictam limitationē, quod enim cognoſcat patri diſplicere, niſi nubat huic, vel illi, etiā ſi diſplicentia perduret, non cenſetur cogere conſenſum, ita vt non maneat ſufficienter voluntarius ad contrahendum, & idem dico de cōſenſu ad vouendū. Neque enim nobis placet eorum ſententia, qui inter matrimonium & profeſsionem diſcrimen, quoad hunc effectū, ſtatuunt exiſtimantes metum leuem poſſe annullare profeſſionem, non autem matrimonium, de quo latè Sanches citata diſputatione ſexta, num. 17. *Sancius.*

ARTICVLVS II.

Quid in voti definitione intelligatur nomine melioris boni?

I. CIRCA hanc particulam nō eſt nimis immorandum, neq; enim diſcutienda ſunt à nobis in præſenti, quæ ad materiam voti ſpectant, de eius enim natura, & eſſentia agimus, vt viam muniamus ad eius ſolennitatem inquirendam, & diſcrimen inter ſolenne, & ſimplex votum ſtatuendum. Certum ergo eſt votum de re mala eſſe inualidum; imò verò & rem illicitam vouere, peccaminoſum eſt, ſicut & promiſſio, ac propoſitum malum exequendi: quod autem inualidum ſit oſtenditur, nam & res promiſſa debet eſſe grata illi, cui fit promiſsio, quod res mala reſpectu Dei habere nequit; & aliundè tam ſacra res atque eſt votū non poteſt ad iniquitatem obligare. Quale autem peccatum ſit votum emittere de re illicita? non poteſt generali regula aſsignari, ſed ex materia debet intelligi, ſemper tamē virtuti religionis aduerſabitur, qui Deo vouerit id, quod illi diſplicet, imó verò ſi vouens credat Deo placere votum de re illicita, ſpecies etiam quædam blaſphemiæ interueniet: & vlterius ſi ipſa res illicita fuerit lethaliter mala, illam quoque vouere lethalè erit: ſi autem venialiter tantùm mala ſit, venialiter quoque delinquet, qui eam vouerit: duplex tamen peccatum ſemper committit vouens vouendo rem malam, alterum in propoſito illam *Rem malā vouere peccatum eſt.*

exequendi, quod vtrumque pro aſsignata ratione, aut mortale, aut veniale erit, ita Sotus 7. de Iuſtitia, quæſt. 1. art. 3. Nauarrus cap. 12. numero 33. Caietanus in Summa, verb. *Votum*, cap. 2. Aragonius noſt. 2. 2. quæſt. 88. art. 2. Sanches lib. 4. de præceptis Decalogi, cap. 6. numero 9. qui omnes non videntur diſtinguere ſpeciem ſacrilegij à propria ſpecie rei promiſſæ, ſed abſolutè duas deformitates in voto de re illicita agnoſcunt, quas aut mortaliter, aut venialiter malas pro ratione materiæ dicunt, nunquam tamen eſſet veniale, ſi quis ita voueret rem malam, etiã ſi venialiter tantùm eſſet mala, vt exiſtimaret eſſe gratã Deo: ſẽper enim in hoc grauis irreuerentia Deo facta includitur, quæ mortale peccatũ eſſet, niſi ignorantia excuſaret.

Sotus. Nauar. Caiet. Aragon. Sancius.

Eſſet ſpecies blaſphemiæ.

2. Vnde ſi vouens nõ habeat intentionẽ perſoluẽdi rem illam promiſsã, quod ſæpè cõtingit, cùm quis iratus ꝑmittit ſe vlturũ iniurias abſque animo exequẽdi, quod promittit, tũc ſola deformitas ſacrilegij videtur hîc reperiri abſq; alia culpa ad materiã pertinẽte, qui enim nõ habet animũ occidẽdi inimicũ, etiã ſi id ſe facturũ promittat, re vera homicidium mentale nõ cõmittit, cũ hoc cõſiſtat in quadã deliberata volitione occidẽdi, qualem ille nõ habuit, interuenit tñ in tali voto culpa mendacij, dum vouens ore, vel corde manifeſtat ſe id facturũ, qđ tamen exequi non habet in animo. An verò voueat, quando animum habet non adimplendi, aut etiam non ſe obligandi? infrà dicemus.

Quod ergo nũc ad prę̃ſẽs attinet bonũ melius illud eſt qđ eſt impeditiuũ melioris boni, etiã ſi tale bonũ, quod vouetur ſit alio minus bonũ, ſub hac ratione tenet votũ, quando ſe quis per totã vitã alicuius hoſpitalis ſeruitio dedicat, & quo ingreſſum laxioris religionis Deo pollicetur: enim verò hæc, & ſimilia nõ obſtãt, aut tollunt maius bonũ, adhuc enĩ abſque voti fractione poteſt ſtrictiorẽ religionẽ ingredi, qui ingreſsũ vouit in laxiorẽ. Difficultas tamẽ eſſe poteſt circa votũ de matrimonio cõtrahendo, quod videtur eſſe validũ, cũ ſit iuxta D. Pauli conſiliũ 1. Cor. 7. vbi melius dicit nubere, quã 3.

Quid ſi bonum melius hoc loco?

Votum de contrahendo matrimonio. D. Paul.

Digitized by Google

vri, & inſuper eſt de exercendo Eccleſiæ ſacramento. Et confirmari inſuper poteſt, quoniam ſi quis ſciat ſe contineri difficile poſſe, aut propter commodum virginis pauperrimæ voueat eam ducere, validum emittit votum, & tamen ſtatus matrimonij, quacunque cauſa accedente, ſemper in bonitate, & perfectione ſtatui cedit cõtinẽtiæ, vt Trident. definit ſeſſ. 24. can. 10. ergo cũ matrimonium ſit de ſe continentię impeditiuum, & de eo votum emiſſum teneat, non rectè videtur aſſignari in definitione voti pro meliori bono ſolùm & omne illud, quod non eſt, impeditiuum boni præſtantioris. Quod etiam alio exemplo oſtendi poteſt, nam pręſtãtius bonum eſt epiſcopatũ, quàm ſolum gerere ſacerdotium, & præſtantius ſacerdotem, quàm non ſacerdotẽ agere, & tamen licitè poteſt quis vouere, ſe nõ acceptaturum epiſcopatum, aut ſacerdotium, ſine pręlati obediẽtia; ergo votum etiam de bono non meliori valet.

Cõc. Trid.

4. *Sotus.* Circa hanc difficultatem Sotus 7. de Iuſtitia, quæſtione prima, artic. 5. ſimpliciter exiſtimat votum de matrimonio contrahendo ſuapte natura eſſe inualidum propter aſſignatam rationem: cum enim ſtatus continentiæ multò ſit perfectior cõiugato, & matrimonium cõtinentiam impediat, Deo non poterit eſſe gratũ votũ de eo exequẽdo, quod impedit bonum aliud Deo multò gratius.

Neq; obſtabit ſi quis matrimoniũ voueat abſque cõſenſu in copulã, nam ſuapte natura in contractu matrimonij includitur etiam, & contrahitur obligatio conſumandi, & niſi aliundè detur reuelatio Dei, quod non ſequetur copula, & quod ſic placitum erit conſorti (ſicut in matrimonio Beatiſsimæ Virginis cũ ſanctiſsimo Patriarcha Ioſepho interceſsit) aut erit matrimoniũ deceptorium, aut includetur etiã in contractu illius virtualis quidam cõſenſus in copulã, & obligatio ad cõſũmandũ. 5. *Inſtantia.* *Soluitur.*

Matrimonium beatiſsimę Virginis cũ Ioſepho ſponſo ſanctiſsimo.

Illud tamen, quod tangitur in ratione dubitandi verum eſt, ſiquis enim ſciat ſe non poſſe in caſtitate cõtinere, tunc validè vouere poteſt de matrimonio contrahendo; quoniam ex ea 6.

Digitized by Google

ſuppoſitione maius bonum eſt cum propria vxore habitare, quàm ad extraneam accedere, quia melius eſt nubere, quàm vri ex conſilio Diui Pauli; non autem eſt ſimile votum de ducenda in matrimonium virgine paupere, præſtantius enim eſt, Deoque gratius viuere in continentia, quàm ſubleuare miſeriam virginis pauperis, cum hoc bonum ſit quoddam per ſe primò temporale, & ad ſubleuandam miſeriam, ac paupertatem ordinatum: illud verò ſit bonum quoddam per ſe primò ad animæ ſalutem ordinatum; tenebit tamen tale votum, ſi ab eo fiat, qui ſtatuit vxorem ducere; tunc enim cenſetur de re bona, & quæ in vouente ſub hac cõditione non eſt melioris boni impeditiua.

D. Paul.

Diſcrimen inter eũ qui ſtatuit vxorem ducere & eum qui continenter viuere.

7. Pariter etiam dicendum de eo, qui vouit Epiſcopatum non acceptare (pro albo coruo diſputamus, nunc temporis) ſi vouerit animo eximendi ſe ab onere, & labore, non tenet votum ob eandem rationem, ſi verò animo euitandi animæ pericula, quæ in eo munere exercendo ſæpè ſæpius euenire ſolent, votum tenet, niſi ob populi neceſsitatem, aut ſimilem grauem cauſam occurrentem ex charitate, aut obedientia ad acceptandum obligetur. Idemque de voto non accedendi ad ſacerdotium, eſto iudicium. Poteſt tamen cadere ſub votum materia iam prohibita alio præcepto, tuncque duplex peccatum reperitur in violatione voti. Nec tamen indé inferas cum Nauarro in Manuali cap. 12. numero quarto, quod aliquibus placet, tot in quolibet actu peccata intercedere, quot ſunt præcepta, quibus actus aduerſatur, vt in ieiunio prohibito duplici præcepto Eccleſiaſtico, potiùs enim, & rectius ſentiunt alij, quos ſequitur Vaſques 1. 2. diſputatione 98. cap. 3. numer. 8. vnum tantùm reperiri peccatum in tali actu, quoniam non dantur in illis duobus præceptis honeſtates ſpecie diuerſæ: vnde aliter dices, ſi ad obſeruationem ieiunij, quis teneatur ex præcepto Eccleſiæ, & ex voto, ſicut tenentur Religioſi Seraphici Patris Diui Franciſci, tunc enim non frangitur ieiunium ſine duplici peccato

Nauar.

Vaſq.

prop-

propter duplicem honeſtatem ſpecie diuerſam, quæ illius obſeruationem ſtatuebat. Ex dictis in multis alijs ſimiliter iudicabis.

ARTICVLVS III.

Qualis debeat eſſe promiſſio, quæ conſtituit votum?

1. *D. Thom.* PRomiſsio ex Diuo Thoma 2.2. quæſt. 88. art. 2. eſt actus rationis, qui eſt enunciatio, ſeu ordinatio, vel potiùs ordinata enunciatio alicuius: vnde licet ea, quę votũ conſtituit, neceſſariò debeat eſſe plenè deliberata, & ex hoc capite includat ex parte voluntatis libertatem, tamẽ ipſum ſolum propoſitũ voluntatis non eſſe ſufficiens ad inducendam obligationem voti, aut ſolemnis, aut ſimplicis, eſt veriſsima ſententia, quam docet D. Thomas citata quæſtione 88. artic. 1. & cum eo communiter Theologi, probaturque ex eadem doctrina D. Thomæ, quoniam cum propoſitum non ordinetur ſuapte natura ad aliud, ſed tantùm ſiſtat in proponente, abſque infidelitatis nota poterit frãgi: imó cum obligatio ſit effectus naturalis promiſſionis, non aliundè hæc oritur, quàm ex ipſa promiſſione.

Non ſufficit propoſitum voluntatis ad voti obligationem.

At obſtant complures ex Canonici iuris profeſſoribus, & ex Theologis aliqui, qui ipſos ſequuntur, exiſtimantes propoſitum efficax ſeruandi, verbi gratia, caſtitatem ſimul cum ingreſſu religionis æquiualere veræ promiſsioni; vnde quidam dicunt habere vim voti ſolennis ad dirimendum matrimonium, alij habere tantùm vim voti ſimplicis, ita vt nequeat quis ſine culpa contrahere, ſi tamen contrahat poſt tale propoſitum ratum ſit matrimoniũ: qui fundamentum deſumunt ex multis Iuris Canonici locis, præſertim ex capite *Conſulti*: ex capite *Statuimus*, capite *Neque viduas*, vigeſima ſeptima, quæſtione prima, capite *Qui bona* decima ſeptima, quæſtione prima, capite *Beata Maria*. 27. quæſtione 1. in quibus videtur tradi, ad obligationẽ voti ſufficere propoſitũ voluntatis vel cũ ſuſceptione habitus, vel etiam ſine illa. Verùm citata iura vel procedunt in 2. *Obijcitur.*

C. Conſulti. C. Statuimus. C. Neque viduas. C. Qui bona. C. B. Maria.

Digitized by Google

caſu, quo præceſſerat promiſſio, ſi non expreſſa, ſaltem implicita, & virtualis, vt de cap. conſulti declarat Panormitanus cap. citato de Voto, & cit. loc. 2. 2. D. Tho. & alij, de cęteris capitibus allegatis quidã dicunt ea procedere in caſu, quo propoſitum firmatum fuit votõ ſimplici, alijs placet in illis non comprehendi voti fractionẽ, ſed aliud crimen, nã licet non ſit voti reus, qui à firmiſsimo propoſito ſeruandi caſtitatem, aut aliud ſimile bonum retrocedit, tamen, ſi ſine rationabili cauſa deflectit ab ea mente, non ſine culpa id aget, quamuis voto nõ adſtringatur, quidquid velit Sanches lib. 4. de Voto, cap. 1. num. 21.

Panormit. *D. Thom.* *Sancius.*

3. Simplex aſſertio non ſufficit ad euitandam obligationem.

Quæres ſecundo loco, an ſimplex aſſertio habeat rationem promiſſionis ſufficientis ad inducendam obligationem voti? Cui dubitationi reſpondetur ſimplicẽ aſſertionem ſuapte natura non habere hanc vim, neq; aliquam obligationẽ inducere, ſi de obligatione voti, aut iuſtitię loquatur. Ex Diuo Thoma 2. 2. quæſt. 88. art. 1. cum cæteris communiter; & oſtenditur ratione. Quoniam ad veritatẽ ſimplicis aſſertionis de futuro nõ requiritur amplius, quã quod aſſerens tẽpore aſſertionis tale propoſitum habeat, quale per verba aſſertoria indicat ſe habere, ſi enĩ dicat, ibo Romam, ſufficit quod tale propoſitum habet, quale verba indicant, non tamen indè obligatur ad poſteà exequendum iter. Vnde ſi poſteà non adeat Romã, ſequitur in eius voluntate ſolùm quædam defectibilitas ex mutabilitate propoſiti, non verò aliquid contra voti obligationem, imò nec contra fidelitatem ex D. Thoma q. 89. art. 7. ad primum. Dixi, ſuapte natura, quoniã ex alio capite ſæpè fieri poſſunt, ac fiũt promiſsiones per verbà ſimpliciter aſſertoria, quæ æquiualent verbis promiſsionis; vt verò cognoſcatur (quod non eſt adeó facilè) quando per ſimplicem aſſertionem fiat vera promiſsio, ſeu fiat promiſsio in actu exercito, vt loquitur Caietanus 2. 2. quæſt. 88. art. 1. attendendũ eſt primum ad animum vouentis, qui ſi nõ innoteſcat, videatur ſecundò, an iuramẽtũ aliquod interceſſerit,

D. Thom. *D. Thom.* *Caiet.*

nam

nam ſi aliquis iuret Deo ſe continentiam ſeruaturum, non ſolum videtur vouiſſe, ſed etiam iuramento confirmaſſe: attendatur tertiò ſi præceſſit cõditio aliqua per modum pacti, nimirùm, ſi hoc egeris, dabo tibi centũ, hæc enim eſt promiſſio in actu exercito, vt inquit Caietanus. Sic vouit Iacob. Geneſ. 28. *Si Dominus fuerit mecum in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendũ, & cæt. cunctorumque, quæ dederis mihi decimas offeram tibi*. De qua tamen aſſertione dicitur in proxime antecedentibus verbis, quod vouit votum. Simile fuit votum Annæ matris Samuelis primo Regum 1. quę, *Orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit*, dicẽs inter alia, *Si dederis ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius*. Et idem in mille alijs exemplis reperitur. Aduertes quarto, ſi aliqua cõditio de pręterito pręceſſit: vt ſiquis ab aliquo petens aliquid, alter reſpõdeat, tibi dabo, tunc hæc aſſertio videtur æquiualens promiſſioni, ſi de mente eius non conſtet oppoſitum. Quinto

Genes 28.

1. Reg. 1.

expende, ſi de pręterito datur etiam cauſa, ad quã quis reſpiciens de præſenti ſe facturum dicat: ſic alloquutus eſt Deus Abrahamũ Geneſ. 22. *Quia feciſti rem hanc, & nõ peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & cæt.* Quãuis in Deo huiuſmodi promiſſio non inducat verã obligationem reſpectu hominis, ſed ſolũ Deus per huiuſmodi promiſſiones ſibi fidelitatique, ac veritati ſuæ maneat debitor, vt latè reſoluimus quæſtione 3. Scholaſtica. Vtrum vero in Deo detur vera, ac propria promiſſio Suarius diſputatione 2. ſectione 2. in relectione de libertate diuina negat, affirmant alij, vtraq; opinio probabilis eſt, videatur Diuus Thomas 2. 2. quæſtione 86. art. 2. hoc tamẽ animaduertes diuinas promiſſiones raro, aut numquam fieri, niſi per verba aſſertoria, fidelis eſt enim Deus in omnibus verbis ſuis Pſamo 44. humanas xero ex oppoſito plerũque per verba promiſſoria fieri, nã cũ promiſſio ſupra propoſitum ſolũ augeat firmitatem quandã, & immutabilitatem, rectè in humana promiſsione interuenit

Genes. 22.

Suar. An in Deo detur vera promiſsio.

D. Thom.

Pſal. 44.

Diſcrimen inter promiſsionem Dei & hominum.

talis modus promittēdi, qui indicet immutabilitatē propoſiti, quo tamē nō indiget propoſitū Dei, de ſe omnino immutabile, & ſub quacūq; ratione innoteſcit ſemper idem inuariabile.

4. Illud tertio loco dubitari poteſt, an in aliquibus caſibus ſufficere poſsit tacita promiſsio, & virtualis ad inducendam voti obligationē, ſeu potius ſemper requiratur expreſſa, aut corde, aut opere? Et in hoc primo certū eſt non opus eſſe vt promiſsio ore fiat, & exterius erumpat, ſed ſatis eſſe, quod corde exprimatur: cū enim Deo fiat, illique non minus corde expreſſa, quā ore prolata innoteſcat, cōſequenter nō minus illo, quā iſto modo promittens conſtituetur debitor apud Deum, & obligatus ex voto. Illud ſecundo eſt certū in ſuſceptione ordinis ſacri ſufficere tacitam, & virtualem promiſsionem ad inducendam voti obligationem, ſicque caſtitatis voto adſtringuntur, qui ad ordinē ſubdiaconatus promouentur, cum ex Eccleſiæ ſtatuto caſtitatis votum ſit annexum ſuſceptioni ſacrorū ordinum: conſequenter ille, qui ſacris initiatur, etiamſi neq; ore, neq; corde caſtitatem promittat, dum ſacrum ordinem ſuſcipit, votum caſtitatis tacitè emittit.

Non opus eſt vt votū ore exprimatur.

Tacita & virtualis promiſsio quo modo ſufficiat.

5. Oppoſitum tamen dicēdum eſt ſiquis ſacrum ordinē ſuſcipiat ante annos diſcretionis: nam tunc, qui ſic initiaretur ſacris, ordinē quidem ſuſciperet, voto tamen caſtitatis nō maneret adſtrictus; ex ijs, quæ ſupra diximus circa deliberationē neceſſariam ad vouendum: nemo enim ſine plene libero conſenſu poteſt voto obligari, quod tamen ſuſceptio ordinis non requirit, niſi in aductis: idem de amente dices; idemque eſto iudicium de eo, qui ſuſcipit ordinem ſacrum metu cadente in cōſtantem virum, ſi tamen habuit intentionem ſuſcipiendi ſacrum ordinem, etiamſi intentio ſit grauiſsimo metu extorta: ſi enim talem intentionem non habuit, neq; ſacramentum, aut charactērē ſuſcipit, velut ille, qui ad luſtralem fontem accedit cū baptiſmi fictione. Verum vt bene aduertit Paludanus in 4. diſtinct. 3. quæſtione 1. art. 2. Gabriel diſtinctione 25. quæſtione 1. art. 2 Sylueſter

Palud.

Gabriel.

Sylueſter.

Ludou. Lopes. ſter, Lopes, & Summiſtę cõmuniter verbo votũ, & verbo, matrimonium, ordinati modo ſupra dicto ex Eccleſiæ ſtatuto inhabiles manét ad validè contrahendum, & ab vſu ordinũ ſuſpenſi, quãdiu in cõtinentiæ votum nõ conſenſerint: vnde poſtea ſi ordinem exercerent, abſque aliqua alia declaratione, poſſent compelli ad caſtitatem ex voto ſeruandam.

6. Sed quid dicẽdum, ſi quis volens expreſſe cõſentire in ſuſceptionẽ ordinis ſacri, expreſſe nolit promittere continentiam, cũ enim hæc duo ſuapte natura ſint ſeparabilia, & ſolum ſtatuto Eccleſiæ ſint cõnexa, nihil obſtabit, quominus quis expreſsè velit ordinem ſuſcipere, & expreſſe nolit vouere: quibuſdam placet talem ſic ordinatũ per ſuſceptionem ſacri ordinis obligari ad continentiam ex voto ſeruandã: nam qui vult cauſam, etiam ſi dicat ſe effectum nolle, tamen interpretatiuè, & virtualiter cẽſetur velle effectũ: ſatius tamen alijs negatiua reſpõſio præfertur, ita vt talis nullo voto maneat ad cõtinentiam ſeruandam adſtrictus, etiamſi illi ratione Eccleſiaſtici præcepti eo modo, quo ſupra diximus, maneat obligatus: nec ratio in contrarium adducta oppoſitum probat, tunc enim cẽſetur effectus neceſſario volitus in cauſa, quando effectus ſuaptè natura ſequitur ad cauſam, iam vero caſtitatis votum nõ ſequitur ad ſacros ordines ex naturali rei neceſſitate; ſed ex Eccleſiæ ſtatuto. Vnde ſi aliquis non cõſentiret in ſuſceptione ordinum, niſi ſub ea conditione, vt illos reciperet abſque alicuius voti obligatione ille procuIdubio, nec ordinem ſuſciperet, nec votum emitteret, ab Eccleſia tamen cogeretur, & in ordine ſuſcepto permanere, & continentiam ſeruare. Oppoſitum dicis, ſi coniugatus ob metum grauẽ pateretur ſe ſacris initiari, ordinem enim ſuſciperet, nõ tamen maneret obligatus ratione voti ad contiñẽtiam, dum tamen viueret in ſtatu matrimoniali ſuſpẽſus eſſet ab vſu ordinum, nec poſſet exigere debitum, niſi ex diſpenſatione, coniugi tamen petenti iuſte redderet, & ea mortua ad alias nuptias non tranſiret, circa multa alia, quæ hic occurrunt diſcutien-

Votũ caſtitatis non eſt naturaliter, ſed ex Eccleſiæ ſtatuto ordini annexum.

Sancius. cutienda. Vide Sanciũ libro 4.de præceptis Decalogi,c.4. *Lopes.* Ludouicum Lopes, & alios *Suar.* ſupra citatos, Suarium libro 2. de Religione tractatu de voto libro 6. Sed quoniã ſupra mentionem fecimus tacitæ promiſſionis, ſupereſt oſtẽdere an detur aliqua tacita promiſſio, quæ habeat Tacita profeſsio. rationem voti: ad quod breuiter reſpondetur vſitatam olim fuiſſe tacitã profeſſionem, quæ ſine voce & ſcripto vno è tribus modis valida reddi conſueuerat, vt tradit Sylueſter verbo religio *Syluest. Azor. Nauar.* notatione 3.§.19. Azor libro 12.cap.4. Nauarrus in capit. ſtatuimus 19. quæſtione 3.n. 74. primo cum nouitius ſcienter ſe ingerebat actibus, Tribus modis tacite profitebatur. qui de iure, aut cõſuetudine illius religionis ad profeſſos tantum ſpectabant: ſecundo cum nouitius geſtabat habitum profeſſorũ, colore, aut forma diſtinctum ab habitu nouitiorũ, in illoq; per triduũ perſeuerabat; ex cap. ad *C. ad nostrum.* noſtram de regul. & ex cap. conſtitutionem eodem titulo in 6. nõ ſufficit autẽ quomodocunque profeſſorum habitum deferre, ſed ſuſceptum opus eſt ab eo, qui poteſt ad religionem admittere. Tertio quando habitus nouitiorum eſt indiſtinctus ab habitu profeſſorum, qui illum defert per annum integrum, tranſacto eo cenſetur tacitè emiſiſſe votum: capit. ex parte de regul. in 6. & Clem. Eos, qui de regul.

7. Conc. Trident. non abrogauit tacitã profeſsionem. Neq; vt aliqui falſo putant per concilium Triden. ſeſſ.25. de regul. c.15. abrogata eſt tacita profeſſio, cũ de abrogatione illius nulla ibi mentio fiat: imo vero cõgregatio Cardinaliũ declarauit per tale Cõcilij decretũ, non eſſe abrogatam tacitam profeſſionem, niſi deſint ea, quæ Ius ad illius validitatem requirit: vnde ex cõditionibus, quas Tridẽtinum citato loco exigit ad valorẽ profeſſionis, primus, & ſecundus modus tacitæ profeſſionis videntur abrogati, nam & ſiquis ſe ingerat actibus Quid ſtatuat tridẽt. circa profeſsionem. profeſſorum, ſi tamen non expleuerit annum, declarat cõcilium profeſsionem eſſe nullam, & conſequẽter etiã ſiquis ſciens & volens habitum profeſſorum diſtictum ab habitu nouitiorum per triduũ deferat, non reputatur tacite profeſſus, expreſſe enim concilium exigit integrum probationis annum.

Nam

Conc. Trident. inte grũ annũ probationis aſsig nat.

Non eſt tamen abrogatus tertius modus tacitæ profeſſionis, qui anno expleto perficitur, adhucque in religionibus retinet ſuũ vigorem, quantum eſt de iure. Dicitur autem hæc profeſſio tacita, quoniam neque voce, nec ſcripto exprimitur, ſed tacito animo cẽſetur emiſſa: vnde etiãſi talis animo expreſſe nõ proponat prædictam profeſſionem, adhuc profiteri cenſetur, quia dũ libens elapſo anno integro perſeuerat, virtute, & tacite profitetur: de quo vide latius Auctores ſupra citatos: neque enim nos quartũ genus tacitæ profeſſionis approbamus, nam habitus ſuſceptio etiã cum animo, & propoſito mutandi vitã in melius, & profitendi in eadem religione, nõ inducit obligationem voti, & multo minus profeſſionis tacitę, quę probationis annum ex decreto Tridentini ad ſui valorẽ depoſcit, nec fundamenta, quæ Hoſtienſis, & Ioannes Andræas in contrarium adducunt ad c. ad noſtrã deregul. & ad c. conſulti eodem titulo, aliquid negotij faceſcunt, quod ex dictis, & ex Tridẽtini deciſione non corruat.

Profeſsio tacita, quare ſic dicta

Hoſtienſ. Ioan. Andræas.

8\. Dubitari poſtremo loco poteſt, an ſaltem in Baptiſmo detur aliqua tacita promiſsio, quæ obliget ad ſeruandã fidem Dei ſub obligatione voti? Nauarrus dicto cap. 12. §. 22. nu. 31. Durandus, Paludanus, & cæteri cõmuniter negant votum vllũ propriè reperiri in ſuſceptione Baptiſmi, probarique poteſt ex Deuter 23. vbi dicitur, ſi votum voueris, non tardabis reddere, ſi nolueris polliceri abſq; peccato eris, cum ergo Baptiſmus emitti nequeat ſine peccato, nõ includetur in eo, votum enim liberè fit ab eo, qui ſine peccato poteſt illud non emittere: accedit, quia nulla eſt Eccleſiæ lex, quæ ſtatuat, vt cum Baptiſmo fiat votum: ſicut Eccleſia voluit caſtitatis votũ ſacris ordinibus annectere.

Nauar. Durand. Palud. Deuter. 23.

9\. Sed obijcies primo cõtra hanc reſolutionem, quoniã ex Diuo Thoma 2. 2. quæſtione 88. art. 2. cõmuniter recepto, vota fieri poſſunt de materia iam ſub alio pręcepto prohibita: ergo non bene infertur ex eo, quod Baptiſmus omitti nequeat ſine peccato nõ includi votũ in ſuſceptione eius: aſsũptum

Obiectio ex D. Tho

Digitized by Google

tum præterquamquòd ſatis cõmune ſit, & certũ ex multis iuris locis conſtat 27.q.1. ſacrilegium committit, qui voto caſtitatis adſtrictus fornicatur, & tamen etiã ſi non eſſet voto adſtrictus fornicando peccaret. Secundo ex Cypriano lib.1.Epiſt.cap.5. Baſil.de Spiritu Sãcto c.27. Tertullian.in lib.de corona militis, & alijs grauiſſimis Patribus, in baptiſmo datur votum de ſeruanda fide; & clarum eſt, quod baptizatus promittit Deo ſe fidem ſeruaturum: ergo vouet.

Obijcitur 2. *Cyprian.* *Baſil.* *Tertul.*

10. Verũ ad primũ admittẽdum eſt id, quod adducitur ex Diuo Thoma, neq; enim aliquid obſtat quominus res vno præcepto prohibita cadere poſsit amplius ſub voto. Ad conſequentiam autẽ, quæ ex eo impugnatur, reſpondetur, non colligi ex eo ſolũ, quia baptiſmus omitti nequeat ſine peccato, non includi in eo votũ, ſed quia neq; in Baptiſmo datur propriè promiſsio, quæ poſsit cõſtituere votum, nam promiſsio, quæ in baptiſmo interuenit, eſt potius quædam teſtificatio, acceptatioq; obligationis, quam ſecum defert lex Dei, quam votum, quia vero per promiſsionem exprimitur, vocatur etiam late generale Chriſtianorũ votum, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt patres in ſecundo argumẽto citati, & inſuper quoniã ſicut ex voto naſcitur naturaliter quædã obligatio ſeruandi rem promiſſã, ita & ex ſuſceptione baptiſmi oritur quædã obligatio permanẽdi in fide, & ſub obedientia Eccleſiæ, & hoc videtur voluiſſe Durãdum, Paludanũ, & Nauarrũ citatum, qui olim fuiſſe Eccleſiæ vſum, & conſuetudinem refert, petendi ab adultis cathecumenis votũ aut iuramentum de non deficiendo à fide, idq; ex licentia ſummi Pontificis: & ex eo etiã colligit prior cõſequẽtia quoniam non conſtat vt iam diximus Eccleſiam votũ baptiſmo copulaſſe.

Durand. *Palud.* *Nauar.*

Scio Lutherum de votis monaſticis, & Caluinum libro inſtitutionũ c. 13. §. 6. firmiter aſſerere votum de fidei obſeruatione includi in baptiſmo, verum non adducunt fundamentũ aliud: imo vero ex ipſis verbis, quibus vtuntur, confundunt (vti ſolent) ſententiam ſuam, nam cum vota dicant pugnare cũ 11.

Chriſtianorum libertate, votum de ſeruanda fide admittunt in baptiſmo, vt fortè eam faciliùs, & libetiùs deſerant, & ex dictis patet ſolutio ad ſecundum.

ARTICVLVS IIII.

Explicantur aliæ particulæ poſitæ in voti deſcriptione.

1. PArticulæ, quæ ſuperſunt explicandæ duæ ſunt. Prima eſt *cum voluntatis propoſito*, ſecũda, *facta Deo*. Circa primam iam diximus propoſitũ non ſufficere ſine plena deliberatione, nec item ſine promiſſione ſatis eſſe ad inducendam voti obligationem: ſupereſt videndum, an huiuſmodi propoſitũ debeat eſſe propoſitum vouendi, obligandi, aut etiam adimplendi: nam hæc tria in intentione vouentis ſunt ſeparabilia: poteſt enim quis habere animum vouendi, & non adimplendi, & rurſus habere animum vouendi, ſed nõ obligandi ſe per votum. Separãdo ergo certa ab incertis: quando quis non habuit animum, nec intentionem vouendi, certum eſt, quod non manet adſtrictus voto, etiam ſi vocaliter votũ emiſerit, & proinde in externo foro poſsit ab Eccleſia compelli ad obſeruationem voti, dum legitimè non probauerit ſe talem intentionem, atque animium vouendi nõ habuiſſe, quæ probatio difficillima eſſet. Secundò certum etiam eſt legitimè vouiſſe illũ, qui habuit intentionem vouendi, & obligandi ſe, etiam ſi nõ haberet tunc quãdo vouit intentionem adimplendi; imò verò, etiam ſi actu habuiſſet expreſſum animum nõ adimplendi. Eſt hæc concluſio ad mentem omnium ferè Theologorum, ita Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 1. Tolet. in Sum. lib. 4. c. 17. Sotus 7. de Iuſtit. q. 1. art. 2. Nauar. c. 12. n. 27. Azor lib. 11. inſtitut. moral. cap. 4. q. 2. cap. 13. quæſt. 9. Sanc. lib. 1. de Matrim. diſp. 9. à nu. 1. & libr. 4. de Voto ca. 1. n. 23. probaturq; apertè, quoniam votum eſſentialiter conſiſtit in promiſſione Deo facta, quæ ſit deliberata, & de re Deo grata, & cum propoſito vouendi, & totum hoc ſtare poteſt abſque propoſito adimplẽdi rẽ promiſſam; ergo, &c.

Qui non habet animum vouendi non adſtringitur voto.

Si tamen vocaliter emiſit votum ab Eccleſia compelletur.

Intentio non adimplendi non deobligat vouentem.

Caiet. *Tolet.* *Nauarr.* *Azor.* *Sotus.*

Sancius.

Votũ eſſentialiter eſt promiſsio.

2. Obijcit Valentia D. Thomam.

Verùm cõtra hanc rationem obijcit Valent. 2.2. diſp. 6. q. 6. punct. 1. à principio ſtatim & deinceps: quoniã D. Th. 2.2. q. 88. ar. 1. in corpore dixit promiſſioné ꝓcedere ex animo exequendi rem promiſsã; ergo videtur ſupponere ſine animo adimplendi non poſſe dari veram promiſsionem, proindeque neq; votũ. Verùm D. Tho. hoc loco ſolùm retulit cõmunem promittẽdi modũ, nec quæſtionem ſub hac diſtinctione diſſoluit, ſeparãdo animũ vouẽdi, ab animo adimplẽdi, quia regulariter, qui vouet habet animũ adimplendi; obijcitur etiã pro eadem ſententia Scot. in 4. d. 38. circa finem, ſed Scotus nec verbum de hoc habet: ſtant tamen pro hac ſententiã Canoniſtæ, quã probant ex cap. humanæ aures 22. q. 3. & gloſſ. literarũ de voto. Verùm nihil eſt in dicto capite, quod noſtræ reſolutioni aduerſetur, ſolũ enim in eo D. Gregorius, ex quo deſumptũ eſt 26. Moral. c. 7. voluit oſtendere iuramentũ ex intentione iurantis vim, & efficaciam habere, quia non debet intentio ſeruire verbis, ſed verba intentioni, ſic enim habet, *Humanæ aures verba noſtra talia iudicant, qualia foris ſonant, diuina verò iudicia talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur*: apud homines cor ex verbis apud Deum verba ex corde penſantur.

D. Thom. explicatur.

Obijcitur Scotus.

Canoniſtæ.

D. Greg.

3. Aliter Deus iudicat, aliter homines: Deus ex corde, homines ex verbis.

Itaque D. Gregor. docet homines ex verbis iudicare affectum cordis, Deũ autem verba ex corde cognoſcere, id eſt, vera nę an falſa ſint, vnde certum eſt illum, qui vouet ſine intentione adimplendi peccare, totumq; hoc Deus videt in eius promiſſione, quod hominẽ latet, & promiſsionẽ nimirũ, & peccatum in animo non adimplendi, & hoc eſt diſcrimen quod D. Gregor. intendit, oſtẽdere inter cognitionem Dei, & hominis. Canoniſtę autem ideó credunt non eſſe validum ſine animo adimplendi, quia non diſtinguunt inter intentionẽ adimplendi, & obligandi, nam qui vouet, & eſt conſcius obligationis voti, & vult per illud obligari, & nihilominùs vult peccare, quia non vult implere votum, nihil ſanè obſtat, quominùs dicatur validè vouiſſe.

Digitized by Google

4. Quod ſolus animus vouendi ſine animo obligandi obliget vouentis.

Maior dubitatio eſt, ſi quis habeat animum promittendi, quod promittit, nō tamē animum ſe obligandi ad id, quod vouet. In qua quęſtione ſunt duæ oppoſitæ ſententiæ. Prima aſſerit illū teneri ex voti obligatione, ſic affirmant Ledeſm. de Matrimon. q. 43. Sotus 7. de Iuſt. q. 1. verſ. 2. Luduic. Lop. 1. p. inſtruct. q. 42. § *Secundum Sotū*. Emman. Rodr. 2. tom. c. 92. n. 7. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 1. & nō nulli alij tum agētes de obligatione voti, tum in matrimonio agētes de obligatione promiſſionis in ſpōſalibus: vtrobique enim eadem ratio reperitur. Horū vnicum eſt, & non debile fūdamentum, quoniā obligatio eſt quidam naturalis effectus promiſsionis, qui autem volens, ac ſciens ponit cauſam naturalem cenſetur effectum ponere: ſaltem enim virtualiter vult effectum, quod ſufficit ad inducendam moralem obligationem; pro ratione materiæ, circa quam verſabitur, confirmant hanc doctrinam ex l. 1. § 1. ff. ſi vſusfructus petatur.

Pet. Ledeſma. Sotus. Ludou. Lopez. Em. Rodr. Aragon.

5. Oppoſitū alij.

Alij ex oppoſito negant adſtringi voto illum, qui habuit animum promittendi, nō tamen ſe obligandi, quiā ſententiā in ſimili de ſponſalibus tenet Bonau. in 4. d. 38. art. 1. n. 13. Richard. art. 3. q. 2. ad 2. & plures alij, quos citat, & ſequitur Sanc. lib. 1. de ſponſalibus diſput. 9. n. 5. agens de promiſsione ſponſalium, & libr. 4. de Voto c. 1. num. 28. agens de obligatione voti. Eam verò probant primò ex cap. fin. vbi conditio appoſita ſubſtātiæ matrimonij illud annullat, etiam ſi adſint verba & intentio cōtrahendi, ergo cū intentio obligandi ſit de eſſentia, & ſubſtantia ſponſaliū, vbi detur intētio oppoſita non obligandi ſe, nulla erunt ſponſalia. Secundò, quia omnis obligatio, quæ non eſt ex lege oritur ex priuata cuiuſque voluntate; ergo vbi non adſit voluntas obligandi ſe, nec aderit obligatio, imò verò nec ipſa lex obligat, niſi legiſlator obligare intendat, cum ergo, cū quis promittit, imponat ſibi quandam priuatam legem, non habebit vim obligandi promittentem, quando ipſe non habet intentionem obligandi ſe, quod ſi dicas, ſi ſponſalia conſiſtant

D. Bonau. Richard. Sancius. Cap. Fin.

Lex non obligat ſine animo legiſlatoris.

Objicitur.

in humana voluntate, ea tamen ſuppoſita obligationē quæ conſurgit eſſe de iure diuino, & naturali. Reſpōdet Sancius legem diuinam & naturalem non obligare circa rem ſpontaneam, niſi ſuppoſita volūtate hominis obligationē ſibi imponētis, proindeq; vbi defuit animus obligādi defuit obligatio.

Soluitur. *Sancius.*

6. Auctoris ſententia. Implicat habere verum animum volēdi, & nō habere animum obligādi ſe, ſaltem virtualem.

Mihi in hac re ſemper inintelligibile viſum eſt, quod ſtāte animo promittēdi nō debeat neceſſariò ſtare animus obligandi ſe in illo, qui promittit: exiſtimo enim repugnātiā in his terminis reperiri, volo ꝓmittere, & nō volo me obligare, nā ſi ſe moueamus externā, & vocalem tantùm promiſsionē, quæ nihil aliud eſt, quàm ſignū quoddā internæ, & neceſſariæ promiſsionis in animo exiſtētis, quid aliud eſt promiſsio, quā deliberatus animus executioni mandatus me obligādi ad id, quod promitto? Profectò nihil aliud aſſignabūt authores ſecūdæ ſētētię, per quod melius explicēt rationē, & eſſentiam ꝓmiſsionis, vellē enī in hoc ab eis edoceri, ſi aliud adinueniāt, in quo rationē promiſſionis collocandā putēt, & explicēt. Secūdò, quoniam ſicut q. 3. ſcholaſtica in ſimili diximus de iuſtitia diuina, & híc optimè in promiſsionē ſponſaliū quadrat, promiſsio ſi talis eſt vera, & cū animo promittendi, nō ſola voce exercita, duos effectus neceſſarios habet, vnum per ordinē ad illū cui facta eſt, alterū per ordinē ad ipſum promittentē, & vnus eſt alterius correlatiuus, mutuoq; ſe ponūt, & tollūt. Nam ꝓmittens per promiſſionē rei promiſſę, aut operis faciēdi aliquid de iure ſuo transfert in eū, cui promittit, ſi enim quis equum alteri promittat, iam à ſe ius equi abdicat, & illud trāsfert in aliū: ille verò cui promiſsio facta eſt, acquirit ius, quod nō habebat in equum promiſsū, & ſic in ſimilibus procedēdū eſt, qđ adeò verū eſt, vt per externā tantū & vocalē promiſsionē ſine animo promittēdi poſſit in foro externo compelli ad implēdā obligationē eius rei, quam promiſit: quí ergo fieri poterit vt aſsigneturvera promiſsio, & cum animo promittēdi facta, in qua nihilominùs nō reperiatur animus obligandi. His accedūt quæ pro prima ſentētia

Quæſt. 3.

Qui promittit rem aliquā ius ſuū à ſe abdicat & transfert in promiſſarium.

addu-

adducta ſunt, quatenùs obligationem naturalẽ effectũ dicunt promiſsionis, qui ex arbitrio promittentis non poteſt tolli, aut poni.

7. Reſpondetur ad fundamẽta oppoſita.

Vnde ſanè ad fundamẽta ſecundæ ſententiæ facilè dicerem illum nõ habere animum promittendi, qui non habet animum ſe obligandi, vnde ex hac falſa ſuppoſitione procedunt omnia, quæ pro ea adducuntur, idq; etiã colligitur ex cap. Fieri pro eadem citato, nam conditio appoſita contraria ſubſtãtię matrimonij illud annullat, quia ipſa promiſsio ſub ea cõditione cẽſetur nulla, nec cenſetur habere animũ promittẽdi, qui in ipſa promiſſione ſtatuit conditionẽ cõtrariam ſubſtantię rei, quam promittit, & quemadmodũ ille, qui promiſsionem facit ſub conditione impoſſibili cenſetur non habere animũ promittendi, ita á fortiori de eo dicendum eſt, qui dum promittit, non habet animũ ſe obligãdi ad id, quod promittit. Nec exemplum de lege quàm quis ſibi poteſt imponere cõcludit, nam quod lex non obliget, niſi poſita volũtate legiſlatoris, verum eſt: cæterùm ſicut verum eſt quod poſita ſemel lege circa prohibitionem, v. g. veſtis ſericæ, aut ieiunandi tali die, poſitaque voluntate condẽdi talem legem, illa de ſe ita obligabit, aut ad mortale, aut adveniale, prout materia circa quam verſatur, & intentio legiſlatoris intenderit, & aliter niſi aliquo modo obliget non habebit rationẽ legis, ita pariter niſi promiſsio aliquem obliget, & ad aliquid, non habebit rationem promiſsionis, quod omninò verum iudico, quam ſentẽtiam latè probat Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de eſſentia, & honeſtate voti c. 3. n. 10. *Suar.*

Etiam lex ſine animo obligandi aliquem, & ad aliquid ſolùm apparẽteret erit lex.

8. Obiectio.

At pro pleniori huius difficultatis expeditione obijcitur primò, quoniã poteſt quis expreſſè velle initiari ſacris, & expreſſè nolle ſe obligare voto caſtitatis, quod ſacris ordinibus eſt annexum: ſed in eo caſu ordinatus eſſet ſacro ordine, & tamen vt eſt communis reſolutio, etiam ſi eccleſiaſtico ſtatuto cogeretur ad caſtitatem ſeruandam, nullumq; eſſet matrimonium initum, tamen ex voto ad ſeruandam caſtitatẽ non teneretur, ergo ſimiliter ſi quis promittat animo non ſe obligandi, non proin-

Digitized by Google

dè deſinit vouere, cum re vera habuit animum promittendi, nec tamen obligabitur ex voto cum expreſsè nolit ſe obligare.

9. 2. argum. Secũdò poſsibile eſt quod quis ex ignorantia habeat animum promittendi; non tamẽ ſe obligandi, ſed in iſto caſu valida erit promiſsio, & nihilominùs quia promittens ignoranter credidit, ſe poſſe validé promittere, & non obligari, quia non habuit intentionem ſe obligãdi, non manet obligatus: ergo idem dicendum eſt, ſi ex malitia quis velit promittere, non tamen ſe obligare, cũ ignorantia, etiam ſi quoad culpam excuſandam aliquid conducat, quoad obligationem tamen nihil ponit, aut tollit.

10. 3. argum. Tertiò idem ex iuramẽto oſtenditur, quod, ſi quis emittat cum intentione iurandi, etiam ſi non habeat animum obligandi validum eſt: ergo etiam erit valida promiſsio voti, quam quis elicit ſine animo ſe obligandi per illam.

11. Ad 1. reſp. Ad primũ tamen neganda eſt vtraq; ſimilitudo, quę in argumento ſumitur, latũ enim eſt diſcrimen inter ſuſceptionem ordinis ſacri, & inter promiſsionem, quæ ad validitatem voti, aut matrimonij neceſſaria eſt, & latũ etiã diſcrimẽ inter has obligationes, quæ ex huiuſmodi actibus reſultant, & illam, quæ ex ſuſceptione ordinis ſacri oritur de ſeruãda caſtitate; nam votum ſolenne caſtitatis, & illius ſeruãdę obligatio non eſt diuino iure, ne dum naturali annexa ſacro ordini, ſed ex Eccleſiaſtico ſtatuto, quod Eccleſia poteſt ſeparare ab ordine ſacro, proindèq; dum quis vult ordinari ſacris ex ſolo eccleſiaſtico pręcepto vouet caſtitaté, quod tamen ſi ille in intentione ſeparet ab ordinis ſacri ſuſceptione legitimè ordinabitur, nec in foro conſciétię manebit obligatus ad caſtitatem, Eccleſia tamen quæ illud votum ſacro ordini adiunxit illum coget ad illius obſeruantiam: qui tamen ſic initiabitur ſacris ſine animo obligandi ſe caſtitatis voto grauiter peccabit, & tenetur poſteà conſentire in talem voti obligationem. At veró qui promittit non poteſt ab animo promittendi ſeparare obligationem, nam vt diximus, promiſsio eſſentialiter

Diſcrimen inter ſuſceptioné ordinis, & promiſsionem voti.

Grauiter peccabit qui ſine animo obligandi ſe voto ſolenni caſtitatis initiabitur ſacris.

ſua pte

ſua pte natura cõſiſtit in animo ſe obligãdi, & neceſſariò includit reſpectũ ad illũ cui fit, vt in eũ quodãmodó aliquod ius trãsferat circa rem promiſſam, & aliquod ius abdicet á promittẽte, tale nimirum, quale fuerit illud, quod in alium tranfert, proindeq; ſine animo obligãdi ſe deficit ratio promiſsionis propria.

12. Ad ſecundũ ſimiliter dicendum eſt non dari in tali caſu veram promiſsionem, ſi enim quis promiſit quia credidit, & ſi per ignorantiã, poſſe promittere, & nõ obligari, quia non habebat animũ ſe obligandi, iſte plane non habuit etiam animũ promittẽdi: quod probatur, quia ſolum habuit animum eliciendi promiſsionem per quam poſſet non obligari: ergo cum talis promiſſio ſit impoſsibilis ſolum habuit animum circa impoſsibilem promiſsionem: vnde re vera nõ promiſit; ſed quid dicendum, ſi nõ habuit poſitiuã ignorantiam nec cogitauit promiſsionem non obligare, aut poſſe promittere, & non obligari ex defectu promiſsionis obligandi ſe, ſed ſolum habuit negatiuam ignorantiam quia ſolũ neſciebat promiſsionem de ſe obligationem inducere. Adhuc tamen dicendum eſt etiam cũ hac ignorantia negatiua, ſi poſitiue habuit intentionem non ſe obligandi dum promiſit, re vera non promiſiſſe niſi ficte, & exterius tantùm.

Ad 2. Neque per ignorantiã ſatur promiſsio ſine animo nõ obligãdi ſe.

13. Aliter dicẽdum eſt de eo qui promittit ignorãdo per promiſsionem obligari: nã ſi re vera iſte habuit animũ promittendi, habuit intẽtionem eliciẽdi promiſsionem in ijs terminis in quibus illa eſt vera, & nõ ficta promiſſio, vnde etiã ſi naturã promiſsionis ignoret virtute iã in eo priori animo promittendi cõtinetur animus obligandi ſe ex promiſsione, ſi enim obligatio, vt diximus, complet, & ingreditur propriam rationem promiſsionis, qui voluit verè promittere voluit obligari.

Aliud de ignorantia obligationis, ſine animo cõtrario.

14. Ad tertium; reſpondetur ſimilem cõtrouerſiam excitari circa iuramentũ, atque circa promiſsionẽ, nã multi exiſtimant, eũ qui iurat ſine intentione obligandi ſe per iuramentũ nõ obligari iuramento, ita ſumitur ex Scot. in 3.d 39. ibidem Bonau. Richard.

Scot. D. Bonau. Richard.

chard. Gabr. & alijs multis eſtque apud Canoniſtas cõmunis: citatur pro eadem D. Thom. ſed immerito citatur pro hac ſententia, imò verò D. Thom. 2.2. q. 89 art 7. ad 3. docet iuramentũ coactũ valere, neque diſtinguit an iurans haberet intentionem obligandi ſe per iuramentũ, quod tamen D. Thom. diſtingueret, ſi crederet illum ex ſua intentione poſſe excuſari ab obligatione iuramenti etiam quando re vera habet animum iurãdi: & in eodẽ art. ad 4. dicit iuramentum aliquando obligare ex intentione alterius, quod nõ eſſet verum ſi ille nõ poſſet obligari niſi ex intẽtione iuraret obligandi ſe; nam hæc proculdubio neceſſario includitur in animo vere, & non ficte iurandi.

Canoniſtæ.

D. Thom.

Iuramentũ coactum valet.

15. Vnde tum quia hæc ſententia re vera eſt D. Thom. tum quia illi accomodantur omnia fundamenta in præcedẽtibus adducta, dicendũ eſt ad argumentum, eo ipſo, quod aliquis habet intẽtionem iurandi, obligari dũ iurat, neque eſſe in eius poteſtate non obligari, ſicut etiã ille qui alium lædit, voluntarie quidẽ leſit, at neceſſario manet adſtrictus ſatisfactioni: & ſexentis alijs exemplis res illuſtrari poteſt, quam latius videre poteris apud Suar. lib. 2. de iuramẽto cap. 7. nu. 11. & eſt ſentẽtia Caiet. citata q. 89. art. 7. ad quartum.

Qui habet intentionẽ iurandi in iuramento promiſſorio, habet neceſſario animum obligandi ſe.

Suar.

Caiet.

16. Supereſt ſolũ oſtendere quomodo promiſſio, quæ conſtituit votum, debeat fieri Deo, & nõ alteri. D. Tho. 22. q. 88. art. 4. & 5. & in 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 1. docet eſſe de ratione voti quod fiat ſoli Deo, & eſt D. Thom. communiter recepti: probatur quoniam votum cum ſit adorationis actus habet quendam modum adorationis latrię, ſcilicet qui ſoli Deo conuenit & debetur, etenim religioſus promittens prælato obedientiam Deum colit, & promittit, vouetq; Deo ipſi, qua Deus eſt, vnde ſi ex maiori feruore, ac deuotione vni perſonæ factam promiſsionẽ exprimat, non tamen illi vouet, vt ab alijs diuinis perſonis diſtinguitur, ſed vt illis cultum latriæ exhibit proindeq; omnibus diuinis perſonis, ſiue Deo, qua Deus eſt, in Deo enim ratione ſupremi & increati dominij ſub

D. Thom.

Votũ reſpicit Deũ; & perſonas diuinas, qua ſunt vnus Deus ſicut actus latriæ.

ratione

Digitized by Google

ratione primi principij rerũ omnium in eſſendo, & gubernando, reſpicit cultus latriæ diuinam excellentiam vt infra dicemus diſp. 7. ſcholaſtica. De promiſsionibus vero, quæ immediate fiunt ſã ctis aliter ſentiendum eſt; nam vt ex eadem quæſt. 7. conſtabit, Sãctos dupliciter colere poſſumus iuxta duplicem excellentiam quæ in illis reperitur, increatam ſcilicet & creatã, ſi primo modo quis Sãctũ adoret propter increatã excellẽtiã, ita vt nõ ſolum ſit vltima, ſed etiã immediata, & proxima cauſa adorationis, tunc adoratio iſta eſt actus latriæ tendens proxime & immediate in cultum Dei, & Sanctus ipſe adoratus eſt tantũ materiale obiectũ, ſicut Dei templum, in quo diuina excellentia relucet. Verum hæc adoratio vt ſic nõ eſt propria increatæ excellentię quæ in Sãctis non reperitur tãquam ipſis propria, ſed vt in illis tãquã in effectis creatoris relucet. Secundo modo poſſumus adorare Sanctos propter excellẽtiam creatam gratiæ, & gloriæ in ipſis repertã, hicq; eſt proprius modus adorandi & colendi Sanctos, eſtq; hic proprius actus virtutis dulię, nã tunc excellẽtia diuina, & increata nõ eſt proxima ratio adorandi, & colendi Sanctos, ſed tãtum habet ſe ſicut finis, quatenus gloria, & adoratio Sanctorũ redundat etiã vltimo in Dei gloriam, ad eũ modum, quo in principis gloriam, & decus vergit, quod ſeruis ac miniſtris eius gloria, & honor exhibeatur.

Sancti dupliciter coli poſſunt.

Sanctus nõ proprie adoratur, cum Deus adoratur in eo.

Sic ſimiliter ſiquis Sãcto aliquid promittit, & in huiuſmodi promiſsione proxima ratio promittendi ſit excellentia diuina, & increata, tunc promiſsio ſi cætera adſint, habet rationem voti, & Sanctus eſt veluti teſtis, ſeu ille in cuius honorẽ Deo fit promiſsio, ſi vero promiſsio fiat proprie ipſi Sancto reſpiciendo tantũ excellentiã ipſius, cũ iſte actus nõ ſit religionis proprie, ita nec votũ erit: dixi *(proprie)* quoniã ſicut infra dicendũ eſt late ſub religione cõprehẽditur adoratio Sanctorũ, ſicq; etiam improprie vota dicũtur huiuſmodi promſiones. Sed plenius hæc vt accipiantur, operæ pretium erit explicare cuiuſnam virtutis actus ſit vouere. 17.

Sanctis nõ fiunt vota propriè.

ARTI-

ARTICVLVS V.

Cuius nam virtutis actus ſit vouere? & primo à qua potentia eliciatur votum?

1. COMMVNIS eſt hęc prima dubitatio voto cũ cæteris humanis actionibus, quæ cum liberæ ſint neceſſe eſt, quod ab intelletu & volũtate procedant, dubitatio ergo eſt, an votũ eliciatur á voluntate, an ab intelletu?

2. Gabr. Gabriel. in Supplem. d. 39. q. 1. ad rationem voti, vt minimũ dicit ex parte intellectus duos actus, duosque ex parte vuluntatis concurrere, in vtraq; tamen potentia ſex actus aſſignat, inter quos primũ dicit eſſe intellectus, illum ſcilicet, quo intellectus obijcit volũtati bonum, quod eſt vouendũ, ſecundum ex parte volũtatis, quo volũtas intellectũ mouet ad deliberandum, an expediat vouere, tertium dicit deliberationem, ideſt, aduertentiam rationis ad eliciendum votum, eiuſque obligationem, quartum dicit propoſitum voluntatis, quo ſcilicet voluntas decernit exequi id, quod intellectus vouendum deliberauit, quintũ aſſignat alium actũ ex parte volũtatis, quo mouet intellectum per modum imperij ad obligandũ ſe ad exequutionem propoſiti, ſextũ dicit eſſe promiſsionẽ, ex qua obligatio oritur ex voto. Verũ his omiſſis exiſtimat Gabriel votum nihil eſſe aliud, quam obligationem, hanc vero elici à voluntate, vnde cum promiſsio, vt vidimus formaliter dicat obligationem, promiſſionem, & conſequenter votum exiſtimat elici à voluntate. Quod poteſt oſtendi ſic, quoniam in nullo alio ſatius res poteſt conſtitui, quam in eo, quo vltimo in ſua ratione, & eſſentia conſtituitur, ſed votũ vltimo conſtituitur tale per voluntatem ſe obligandi, ergo in volũtatis actu cõſiſtit; ſecundo quoniam, vt ſupra diximus, per promiſsionem aliquid promittẽs de ſuo iure transfert in eũ, cui fit promiſsio, ſed voluntas eſt, quæ obligatur, & cuius dominiũ per votũ trãsfertur ad Deũ, non quaſi Deus per votum creaturæ acquirat ius aliquod de nouo ſupra voluntatem creatam, ſed quia ſub hoc titulo ante emiſsionem

Votũ eſſe actũ elicitũ à voluntate ſenſit Gabri. prima ratio.

2. Ratio.

Digitized by Google

voti non tenebatur creatura illud huiuſmodi agere, aut ab eo malo abſtinere, vnde per votũ caſtitatis, ſicut illã nouo modo, & ſub noua ſpecie virtutis perfectiori conſeruat ille, qui vouit, ita ſi nõ ſeruet, nouam malitiã ſacrilegij inducet in peccatũ, & hoc eſt ius, quod transfert per votum, iam enim Deus illum non modò puniet tãquam præuaricatorem præcepti caſtitatis, ſed tanquam temeratorẽ voti, & ſacrilegum, iam ergo voti eſſentia conſiſtit in actu voluntatis, quo ſe obligare intendit, ſeque tali iure, ac dominio abdicare, illudq; in Deũ transferre. Adde ex ipſamet nominis ethimologia votum actum eſſe voluntatis, vt cũ Gabriele ſentiunt nonnulli.

Votum à voluntate.

3. Contraria tamen eſt cõmunis tententia, quæ aſſerit votum eſſe actum elicitum ab intellectu, probaturque ex D Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. quoniam promittere eſt ordinare ſe ad alium per obligationẽ, at vero hæc ordinatio nec reperitur in propoſito deliberato, nec in quolibet alio actu ex ijs, quos recitat Gabr. ſed ſolum in promiſſione: ergo in ea ſolum conſiſtit votum: ſicut enim imperando, aut poſtulando ordinat quid ſibi velit fieri á ſuperiori, ita promittẽdo ordinat quid ipſe pro alio diſponat facere, ſed actus imperandi, & poſtulãdi ab intellectu proculdubio eliciuntur, cuius proprim eſt ordinare per iudicium rationis: ergo actus promittendi ab intellectu elicitur, & confirmatur, quoniã promittere eſt interne loqui dum promittens promiſſario declarat propoſitũ ſuæ volũtatis obligando ſe illi, iã vero interna loquutio actus eſt intellectus, nam ſicut externa promiſſio, quæ fit homini eſt loquutio ita interna. Cõfirmatur ſecundo ex ipſamet voti definitione, dicitur enim votũ promiſſio deliberata cũ propoſito, vnde nec deliberatio, nec propoſitũ, ſed promiſſio votũ dicitur, vnde dato ſolum propoſito voluntatis cum deliberatione intellectus abſq; alio tacito, vel expreſſo intellectus actu nõ datur ratio voti, nec obligatio: ergo proprius actus, in quo cõſiſtit eſt promiſſio.

D. Thom.

Votum de ſe ordinat vouentem ad Deum.

promittere eſt interne loqui.

Fundamẽta vero Gabrielis oppoſita non vrgent: nã 4.

Ad 1. pro Gabriele.

præter

præterquàquòd illa actuũ multitudo nõ neceſſario videatur inducenda ad explicãdam formalem rationem voti. Ad primum conceſſa maiori, negãdà eſt minor vt patet ex dictis: nam volũtas obligandi ſe ſine promiſſione per quam explicetur traditio, & obligatio vouentis, non ſufficit ad cõſtituendũ votum. Et ad ſecũdum ſimiter reſpondetur voluntatem quidem eſſe, quæ obligatur ad exequendum, ſeu potius promittentem, ſed non obligari per ſolum propoſitum aut deliberationem, ſed per promiſſionem obligatoriã, quę eſt actus intellectus, per hanc enim promittens à ſe abdicat ius, quod in promiſſarium trãsfert. Illud de nominis ethymologia non eſt alicuius momẽti, ſolũ enim probat promiſsionem debere eſſe voluntariam.

Ad primũ

Ad Secundum.

5. Circa ſecundũ cuius virtutis actus ſit votum? illud præmittendum eſt actum, quemlibet bonũ, & ſtudioſum poſſe eſſe elicitum, vel imperatũ reſpectu alicuius virtutis, ille imperatus dicitur, qui elicitur per imperiũ virtutis mouentis aliam ad operandum propter finem ipſius virtutis mouẽtis, quo pacto charitas Dei imperat actus aliarum virtutũ quatenus eas mouet ad operandum propter ipſum Deum, & charitas proximi vel miſericordia eadem ratione imperat actum ieiunij, cum tamen ieiunium ſit proprius actus temperantiæ, illud tamẽ imperat miſericordia, vt ex ſubtrahendis per ieiuniũ ſubueniatur indigenti, ſicq; ieiunium eſt actus elicitus ab abſtinẽtia, imperatus vero à charitate proximi. Nõ agimus hoc loco de actu imperato, neque enim quærimus, à qua virtute imperetur votum: poteſt enim imperari à diuerſis virtutibus, primo enim certũ eſt poſſe votũ imperari à virtute religionis: ſicut etiã ieiunare, ſacris intereſſe, quãdo fuerit ex motiuo colendi Deũ, imperatur à virtute religionis: & ita ſimiliter ſtudioſa operà dicuntur imperari à charitate ſi nimirũ fiant ex motiuo amoris Dei, tuncq; duas diuerſas virtutes reſpiciunt, vnam à qua imperantur, atteram à qua eliciuntur, & de hac inquirimus cuius virtutis ſit votum actus elicitus.

Quis actus ſit elicitus, quis imperatus ab aliqua virtute?

Ieiunium elicitur ab abſtinẽtia, imperatur à charitate proximi.

Digitized by Google

6. Votum à pluribus virtutib. s eſſe eliciti-ue prob.

Votũ ergo non eſſe actũ elicitum ab vna tantum virtute, ſed pro diuerſitate materiæ, in qua verſatur, nunc ab vna, nunc ab alia virtute elici probari poteſt primò, quoniã ad eandem virtutẽ, ad quam ſpectat materia voti, nec proindè erit ſemper actus elicitus ab vna, & eadẽ virtute, ſed ab ea, ad quã ſpectauerit votum ſoluere.

7. Confirmatur.

Quod fundamentum in hac generalitate confirmari poteſt, nec ſanè leuiter. Primò, quia actus virtutis elicitus debet eſſe in eadem potentia, in qua eſt habitus eiuſdem, cum hoc diſcrimen detur inter actum elicitum, & imperatum, quod imperatus poteſt eſſe extra potentiam, á qua imperatur, & ſeparatus ab habitu, à quo procedit, elicitus verò debet eſſe, & cum habitu ſimul, & in eadem potẽtia. Quod idem ſimili modo reperitur in vitijs, nam actus vitij, qui eſt eliciti uè ab vno habitu vitioſo eſt imperatiuè ab alio: ſicut videre eſt in homicidio, quod quis commiſit, vt ſpoliet occiſum, tunc enim illa occiſio ſimul eſt homicidium, & furtum; eliciti uè homicidium, vt furtum verò imperatiuè procedit: ſicq; ſimiliter votum neceſſariò erit in eadem potentia, & ſimul cum habitu vouendi, & proindè nullum certũ vendicabit, ſed pro diuerſitate materiæ, circa quã votum verſabitur.

Actus eliciti us in eadem potentia, in qua habitus.

Cõfirmatur ſecũdò, quoniã actus promittendi creaturæ non ſpectat ad virtutẽ reuerentiæ, ſeu obſeruantiæ, quæ cultum tribuit, & honorem creaturæ, ſe aut ad fidelitatem, aut ad iuſtitiam ſi talis fuerit promiſſio, quæ inducat obligationem iuſtitiæ: nam altero ex his modis tenetur homo promiſſa adimplere: ſed eadẽ videtur eſſe ratio de promiſsione Deo facta: ergo votum, vel erit actus iuſtitiæ, vel fidelitatis, non autẽ obſeruantiæ in Deum, proindeque nec religioſus. 8. 2. confirm.

Cõfirmatur vltimò, quoniam ſi votum dicitur actus religionis, quia eſt quædam ordinatio in diuinum cultũ, & obſequiũ ex D. Tho. cõmuniter recepto 2.2. q. 88. ar. 5. etiã erit actus elicitus à charitate, quæ de ſe habet omnia ad Deũ ordinare, & hanc ſententiã tenet Gabr. in Supplemento d. 38. q. 1. 9. D. Thom. Gabr.

Digitized by Google

10. Iam verò, quod ipſa adimpletio voti promiſſi non ſit actus religionis probatur; quoniam Paulus primæ Timoth. 5. votum dicit fidem, quod nimirum infidelis ſiue mendax ſit, qui illud non adimplet, & num. 30. dicitur, *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne, quod promiſit implebit*, vbi dum dicitur, quod non faciet irritum, ſiue fruſtraneū verbum idem eſt, atque mēdax, quaſi dicat mendacem, & ſine fide manere, ſi non adimpleat, vnde Pagninus vertit, *Non polluet, ſiue deſtruet verbum ſuum*; & clariùs Eccleſiaſt. 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio*, vbi non adimplere reputatur infidelitas, proindeque impletio voti ad fidelitatem ſpectabit, ſic ex Patribus loquuntur complures Aug. in epiſtola ad Arment. & Paulinum. *Quia iam vouiſti, iam te adſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet. Non talis eris, ſi non feceris, quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes, minor verò, tunc eſſes non peior, modo autem (quod abſit) miſerior, ſi Deo fidem fregeris, quanto beatior, ſi perſolueris*, & Iſidor. in ſynonimis lib. 2. referturque cap. in malis. 22. quæſt. 4. inquit, *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretū, quod incautè vouiſti, ne facias; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur*, cuius ſimile dixit Hieronymus in hiſtoria Iepht. *In vouendo fuit ſtultus, qui diſcretionem non adhibuit, & in reddendo impius.* Vnde iuxta qualitatem rei promiſſæ ad impletionē impietatē dixit, nam natā immolare naturalis pietas parentis vetabat.

1. Tim. 5. — Num. 30. — Pagninus. — Eccleſi. 5. — P. Aug. — Iſidor. — Hieron.

11. Deinde idem oſtenditur ratione, quoniā, ſi quid obſtaret, quominùs adimpletio voti pertineat ad alias virtutes extra religionē eſſet, quoniam actus promittēdi à religione elicitur: ſed hoc nō obſtat, ergo minor oſtētur, quoniam ſimile contingit in promiſſionibus, quæ fiunt hominibus, nam actus promittendi non pertinet ad iuſtitiam neceſſariò, quia non tenetur quis promittere, neque ad fidelitatē, quia ſi non promittat, imò verò actum contrarium promiſſioni eliciat, non ideò dicitur infidelis, tamen ſi quis

Idem oſtenditur ex promiſſione facta hominibus.

promit-

promittat alteri, iam ex iuſtitia, & ex fidelitate tenetur adimplere, ita vt ſi non adimpleat, nec fidem ſeruet, nec iuſtitiam.

12. Et confirmari poteſt ampliùs, quoniam in actu vouendi, & in actu adimplendi diuerſæ rationes formales elucent, poterunt ergo huiuſmodi actus ad diuerſas virtutes pertinere: antecedens oſtenditur, quia actus ſemper eſt optimus, & valdè ſtudioſus: ꝓmiſsionē verò ſeruare cōtingere poteſt ſine vllo virtutis actu, ille enim votum dicetur adimplere, qui poſita occaſione incontinentiæ nolit abſolutè conſentire, ſecluſo omni proprio & immediato reſpectu ad cultum Dei.

13. Quod ſi dicas hominem ad votum implendum ſemper moueri ex diuina auctoritate, & excellentia, quam timet violare, proindeque ad impletionem eius ad religionem ſpectare, obijcitur primò, quia reſpectus diuinæ auctoritatis, & excellentiæ, propter quam homo votū adimplet, illudque violare metuit non poteſt conſtituere voti impletionem in ſpecie actus religionis, eſt enim hoc motiuum per accidens: nam, qui voto eſt obligatus poteſt ad illud implendum, vel ex affectu in Deum, vel ex gehennæ metu, aut ex quolibet alio motiuo adduci, imò verò etiam ſi motiuum illud per ſe cōcurreret ad votum adimplendum non proindè conſtitueret talem actū in ſpecie virtutis religionis, nam, qui diuina præcepta adimplet intuitu diuinæ auctoritatis, & excellentiæ nō ſemper exercet actum religionis, ſed aliquando continētiæ, aliquando charitatis, & ſic de alijs pro ratione materiæ, in qua verſantur. Tādem idem oſtenditur in humanis promiſsionibus: ſæpè enim contingit, vt, qui aliquid alteri promiſit illud adimpleat ex ſolo motiuo promiſſarium non lædendi in honore, & tamen hic actus non eſt elicitus à virtute obſeruantiæ, etiam ſi ſit ab ea imperatus: ergo ſimiliter, cum quis intuitu diuinæ auctoritatis, & excellentię votum adimplet ad ſummum erit actus impletionis imperatus, non verò elicitus à religione, quæ cultum Dei reſpicit.

Quod voti impletio non poſsit conſtitui in ſpecie actus religionis, ex reſpectu diuinæ auctoritatis, & excellentię propter quam homo vouet.

10. Iam verò, quod ipſa adimpletio voti promiſſi non ſit actus religionis probatur, quoniam Paulus primę Timoth. 5. votum dicit fidem, quod nimirum infidelis ſiue mendax ſit, qui illud non adimplet, & num. 30. dicitur, *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne, quod promiſit implebit*, vbi dum dicitur, quod non faciet irritum, ſiue fruſtraneũ verbum idem eſt, atque mẽdax, quaſi dicat mendacem, & ſine fide manere, ſi non adimpleat, vnde Pagninus vertit, *Non polluet, ſiue deſtruet verbum ſuum*, & clariùs Eccleſiaſt. 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſsio*, vbi non adimplere reputatur infidelitas, proindeque impletio voti ad fidelitatem ſpectabit, ſic ex Patribus loquuntur complures Aug. in epiſtola ad Arment. & Paulinum. *Quia iam vouiſti, iam te adſtrinxiſti, aliud tibi facere non licet. Non talis eris, ſi non feceris, quod vouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes, minor verò, tunc eſſes non peior, modo autem (quod abſit) miſerior, ſi Deo fidem fregeris, quanto beatior, ſi perſolueris*, & Iſidor. in ſynonimis lib. 2. referturque cap. in malis. 22. quæſt. 4. inquit, *In malis promiſsis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretũ; quod incautè vouiſti, ne facias, impia eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur*, cuius ſimile dixit Hieronymus in hiſtoria Iepht. *In vouendo fuit ſtultus, qui diſcretionem non adhibuit, & in reddendo impius*. Vnde iuxta qualitatem rei promiſſæ ad impletionẽ impietatẽ dixit, nam natã immolare naturalis pietas parentis vetabat.

1. Tim. 5.

Num. 30.

Pagninus.

Eccleſi. 5.

P. Aug.

Iſidor.

Hieron.

11. Deinde idem oſtenditur ratione, quoniã, ſi quid obſtaret, quominùs adimpletio voti pertineat ad alias virtutes extra religionẽ eſſet, quoniam actus promittẽdi à religione elicitur: ſed hoc nõ obſtat, ergo minor oſtẽtur, quoniam ſimile contingit in promiſsionibus, quæ fiunt hominibus, nam actus promittendi non pertinet ad iuſtitiam neceſſariò, quia non tenetur quis promittere, neque ad fidelitatẽ, quia ſi non promittat; imò verò actum contrarium promiſsioni eliciat, non ideò dicitur infidelis, tamen ſi quis

Idem oſtẽditur ex promiſsione factã hominibus.

promittat alteri, iam ex iuſtitia, & ex fidelitate tenetur adimplere, ita vt ſi non adimpleat, nec fidem ſeruet, nec iuſtitiam.

12. Et confirmari poteſt ampliùs, quoniam in actu vouendi, & in actu adimplendi diuerſæ rationes formales elucent, poterunt ergo huiuſmodi actus ad diuerſas virtutes pertinere: antecedens oſtenditur, quia actus ſemper eſt optimus, & valdè ſtudioſus: pmiſsionē verò ſeruare cōtingere poteſt ſine vllo virtutis actu, ille enim votum dicetur adimplere, qui poſita occaſione incontinentiæ nolit abſolutè conſentire, ſecluſo omni proprio & immediato reſpectu ad cultum Dei.

13. Quod ſi dicas hominem ad votum implendum ſemper moueri ex diuina auctoritate, & excellentia, quam timet violare, proindeque ad impletionem eius ad religionem ſpectare, obijcitur primò, quia reſpectus diuinæ auctoritatis, & excellentiæ, propter quam homo votū adimplet, illudque violare metuit non poteſt conſtituere voti impletionem in ſpecie actus religionis., eſt enim hoc motiuum per accidens: nam, qui voto eſt obligatus poteſt ad illud implendum, vel ex affectu in Deum, vel ex gehennæ metu, aut ex quolibet alio motiuo adduci, imò verò etiam ſi motiuum illud per ſe cōcurreret ad votum adimplendum non proindè conſtitueret talem actū in ſpecie virtutis religionis, nam, qui diuina præcepta adimplet intuitu diuinæ auctoritatis, & excellentiæ nō ſemper exercet actum religionis, ſed aliquando continētiæ, aliquando charitatis, & ſic de alijs pro ratione materiæ, in qua verſantur. Tādem idem oſtenditur in humanis promiſsionibus: ſæpè enim contingit, vt, qui aliquid alteri promiſit illud adimpleat ex ſolo motiuo promiſſarium non lædendi in honore, & tamen hic actus non eſt elicitus à virtute obſeruantiæ, etiam ſi ſit ab ea imperatus: ergo ſimiliter, cum quis intuitu diuinæ auctoritatis, & excellentię votum adimplet ad ſummum erit actus impletionis imperatus, non verò elicitus à religione, quæ cultum Dei reſpicit.

Quod voti impletio non poſsit conſtitui in ſpecie actus religionis, ex reſpectu diuinæ auctoritatis, & excellentię propter quam homo vouet.

14\. Prima concluſio. Quibus pro hac parte adductis duplici oppoſita aſſertione difficultas dirimitur. Prima ſit vouendi actũ verè ac propriè eſſe actum religionis, quo in cultum Dei offertur, & ſanctificatur, quod promittitur (quæ autem ſanctificaueris dicitur Deuteron. 12. & voueris Domino tolles, & venies ad locum, quem elegit Dominus, & afferes oblationes tuas, &c. & Iſai. 19. colent eum in hoſtijs, & muneribus, & vota vouebunt, & ſoluent. Patres etiam ſæpè vocant vota hoſtias, & ſacrificia, & tamen ſacrificiũ ex D. Thom. 2. 2. q. 84. ar. 4. eſt aliquid factum in honorem debitum ſoli Deo ad illud placandum, vnde Pſal. 49. cum Regius vates dicat: *Immola Deo ſacrificium laudis*, addit, *& redde altiſsimo vota tua*. Vbi votum laudis ſacrificiũ dicit, & ſimiliter Pſal. 60. *Introibo domum tuam in holocauſtis reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea*, vbi votum cum holocauſtis cõiungitur, cum & Ionas cap. 2. dixit. *Ego autem in voce laudis immolabo tibi quæcunque voui reddam pro ſalute Domino*: & pro precibus ſæpè accipitur; nam in ſuprà citato Pſal. 49. pro votis legit P. Aug. preces & vtrunque intelligunt Chryſoſto. & Euthymius.

[Deut. 12. — D. Thom. — Pſal. 49. — Pſal. 60. — Ionas. 2. — P. Aug. Chryſoſt. Euthym.]

13\. Scholaſtici communiter etiã votum actum propriũ religionis agnoſcunt, ita cũ Diuo Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 5. Caiet. & alij. Sotus 9. de Iuſtitia quæſt. 2. art. 3. Richard. in quarto diſtin. 38. artic. 2. Bellarm. libro ſecũdo de monachis cap. 6. imò & ipſi hæretici id non negarunt, ſic tradit Caluinus libro quarto inſtit. cap. 13. §. 2. & ſequaces, tamen in aſſignanda ratione, quæ id conuincat non omnes conueniunt, Caietan. id probat, quoniam votum eſt ordinatio quædam rei promiſſæ in diuinum cultum: ergo pertinet ad virtutem religionis, nam ordinare actum in ſeruitium, & obſequium Dei eſt proprium latriæ muneris, quidquid enim Deo promittitur ſub ratione reuerentiæ illi promittitur, cum promittatur, vt offerendum, eſt verò oblatio, proprius etiam religionis actus.

[D. Thom. Caiet. Sotus. Richard. Bellarm.]

14\. Exiſtimant nonnulli ex hac ratione ſolùm colligi vo

tum

tum imperatiuè eſſe á virtute religionis; quatenùs ex motiuo illius elicitur, verū elicitiuè eſſe ab alijs virtutibus pro ratione materiæ rei promiſſæ, & inſuper ex illa non rectè probari promiſſionem, quæ Deo fit neceſſariò fieri intuitu reuerentiæ, & cultus diuini, vt inde colligat eſſe proprium actum religionis, nam etiā per promiſsionem, quæ homini fit ordinatur res promiſſa in promiſſarium, nihilominus fit intuitu exhibēdi illi honorem, aut reuerētiam: proindeque etiamſi per promiſsionem res promiſſa ordinetur in Deū, non tamē neceſſariò fiet ſub motiuo reuerentiæ, & cultus diuini, ſed poterit fieri ſub honeſtate aliarum virtutū, vt ſi fuerit promiſsio ieiunandi ſub honeſtate abſtinētiæ, ſi dandi eleemoſinam ſub honeſtate miſericordiæ, aut charitatis proximi, & ſic de alijs, vnde non ſolùm elicitiuè erit talis actus ab alia virtute præter religionē, ſed etiā imperatiuè eſſe poterit, vt in exēplo allato cerni poteſt, ſi nimirùm promittat quis Deo ieiunium ex affectu ſubueniendi pauperi ex ijs, quæ victui ſubtrahenda ſunt, tunc enim actus iſte elicitiuè erit ab abſtinētia, imperatiuè autem à miſericordia, ſeu à charitate proximi.

Solum imperatiuè eſſe à religione.

Per promiſſione res promiſſa ordinatur in promiſſariū.

15\. Verùm his non obſtantibus. Ratio, qua D. Tho. vſus eſt ad probandum votū eſſe actum religionis efficax eſt, quoniā ſicut proprius actus charitatis eſt ordinare aliqua opera etiam aliarū virtutum in Deum, tanquàm in finem, & tanquàm in rē amatam, cui volumus bonū; ita proprius actus religionis eſt ordinare opera virtutum in cultum, & ſeruitium Dei, vnde talis ordinatio per ſe, ac propriè reſpicit religionem, neque enim aſsignabitur alia virtus, quæ de ſe intendat cultum, & reuerentiam Deo exhibendam, niſi ſola religio, ergo cum votū ſit promiſsio facta Deo, promiſsioque, vt ex dictis conſtat, nihil aliud ſit, quám ordinatio quædam rei promiſſæ in cultum, & obſequiū Dei, erit proindè proprius religionis actus: nam, ſi dicas actus aliarum virtutum, qui à charitate ordinantur in Deum, vt in finem, & rem amatam, cui bonum volumus ſolùm im-

Ratio ex D. Thoma eſt. eſt efficax.

Obiectio.

Digitized by Google

peratiuè eſſe á charitate, vndę pariter votum, quod ordinatur in cultum, & obſequium Dei, erit tantùm imperatiuè à religione. Reſpõ-

Dilutio. detur enim actus aliarũ virtutum, qui ordinantur in Deum ſub ratione rei amatę eſſe imperatiuè à charitate, verum actum talis ordinationis, ac referibilitatis eſſe elicitiuè ab eadem virtute, ſicque pariter actus ieiunij, qui vouetur, imperatiuè erit à religione, & elicitiuè ab abſtinentia, at verò votum, & promiſſio, quæ talẽ actũ ordinat in cultum, & obſequium Dei, erit elicitiuè ab eadem religione.

18. D. Thom. Caiet. Hoc tamen in probatione D. Thom. deeſſe credidit Caiet. nimirùm promiſsionem Deo factam neceſſariò eſſe ordinationem quãdam rei promiſſæ in Deum ſub ratione diuini cultus, nam vt ſupra oppoſuimus, promiſſio facta homini non neceſſariò ordinat rem promiſsã in promiſſarium ſub ratione obſeruantiæ, ſed ſub ratione vtilitatis, aut alia ſimili: vnde inquit Caiet. D. Thomã id non probaſſe, ſed vt notũ ſuppoſuiſſe, quia quidquid Deo promittimus ſub ratione reuerentiæ illi promittimus, nam illud in oblationẽ promittimus, quo pacto homini non fit promiſſio, vnde ſæpé vota Deo facta oblationes dicuntur, vt ſuprá expendimus. Pro quo aduerte ſub duplici ratione poſſe actus virtutum in Deum ordinari, primò, vt offerendo illi, proindeque ſub ratione cultus, & adorationis, ſecũdò vt in finem, & rem amatam, atque adeò ex charitate: quæ priori modo in Deũ ordinantur dicuntur illi offerri, non ad aliud quàm ad cultum, & reuerẽtiam: quæ verò poſteriori modo referuntur in Deum, non dicũtur illi offerri, ſed propter ipſum fieri, etenim qui vouet ieiunium, Deo offert ieiunium, at verò qui ex amore Dei ieiunat, refert ieiuniũ in Deum, tanquàm in finẽ, & rem amatam, vnde rectè D. Thom. ſuppoſuit, quæ Deo promittuntur ordinari in illum ſub ratione cultus: cum enim vouens non poſſit, dum promittit, Dei commodũ reſpicere, planè nihil aliud reſpicit in Deo, quàm excellentiam ipſius, cui in cognitionem, & ſeruitutẽ ſe aut ſua dedicat, & vouet.

Actus virtutum dupliciter in Deum ordinantur.

D. Thom.

19. Promiſsio facta Deo diſtinguitur ex fine ab ea, quæ fit homini

Vnde cõſequenter colliges diſcrimen inter promiſſionẽ factã Deo, & quæ fit homini ex fine vtriuſq; omnis enim promiſsio ſuapte natura ordinatur ad maiorẽ firmitatem, ac certitudinem quam ex ſolo propoſito voluntatis, quantumuis efficaci haberi ſoleat; cũ ergo Deo fit promiſsio non ordinatur ad hoc, vt illi firmius, ac certius conſtet de mente promittentis, ipſe enim ſemota omni hominis promiſsione ſcit quid ſit futurum infallibiliter, ipſe enim nouit omnia antequam ſint, vnde poſita promiſsione non ſperat ſecurius rem promiſsã, quã poſsit ſperare ſecluſa promiſsione; promiſsio ergo, quæ Deo fit ab homine ordinatur in firmitatem ipſius promittentis, vt ex D. Aug. Epiſt. 45. docet D. Thom. 2.2.q.88.art.4.vbi Aug. aſſerit ideò hominẽ promittere Deo, vt ex promiſſione habeat quandam neceſſitatem, quæ illum ad meliora compellat. Vnde, & ipſe Auguſt. relatus in cap. ſum quædam 17.q.1.ita, inquit, *Sunt etiam quædam, quæ non vouentes, debemus, quædam verò, quæ niſi vouerimus nõ debemus, ſed poſtquã ea Domino promittimus neceſſario reddere cõſtringimur.* At cũ promiſsio fit homini tunc ordinatur in firmitatem promiſſarij, vt nimirum firmã ſpem poſsit concipere habẽdi rem promiſſam, ex promiſsione enim oritur, vt promiſſarius fidelitati promittentis credens firmius, & ſecurius ſperet rem promiſsã adepturũ: qui duo reſpectus in promiſsionibus maximũ arguunt diſcrimen in ijs, quę Deo, & hominibus fiunt. Quod enim aliquis promittat, vt ſecurũ reddat pmiſſariũ de ſua fidelitate non ptinet ad vllã pmiſſarij obſeruãtiam, quod verò promittat, vt ſe firmũ, ac ſtabilem reddat in adimplendo; & ad ſe maiori vinculo adſtringẽdum, certe ad cultum attinet promiſſarij, dũ promittens ſe hoc modo adſtringẽs proteſtatur, & recognoſcit tantã eſſe dignitatem, & excellentiam promiſſarij, vt nefas ſit, & ſacrilegum illi nõ ſeruare promiſſum. Vnde poſtremo colliges promiſsionem Deo factam eſſe ſignificationem & cultum quendam qui defertur diuinę excellentiæ, & conſequenter proprium actum religionis.

D. Aug. D. Thom. Auguſt.

Promiſsio Deo facta proprius actus religionis.

20 Etiam in promiſsione facta homini poteſt dari aliqua ratio obſeruantiæ.

Verùm ſi aliquis homini ideo promitteret, vt ſe ipſum redderet firmum ad ſoluendum, idque faceret ex motiuo dignitatis, & excellentiæ promiſſarij, daretur proculdubio in tali promiſsione ratio quædam obſeruantiæ non ſane per ſe, cum promiſſio facta homini ſuapte natura non ordinetur in firmitatem promiſsoris, ſed promiſſarij, vt dictũ eſt, ita pariter, ſi quis Deo aliquid voueret ex amore ipſius daretur in actu vouendi ratio quædam charitatis, voto, quatenus votũ eſt, extrinſeca, quę proinde non tolleret ab eo actu omnẽ honeſtatem religionis propriam & voto intrinſecã, vnde expedita manet oppoſita ratio dubitandi ſupra adducta n. 16.

21. Voti ſolutio etiã eſt actus religionis.

Aſſeritur ſecũdo voti ſolutionem eſſe quoque proprium actũ religionis, ſicut, & promiſsio voti eſt, nam tribus modis intelligi poteſt quod homo per votũ obligatur Deo, vel ex iuſtitia, vel ex fidelitate, vel denique ex religione, vnde conſequẽter actus perſoluendi ad vnam tantũ ex his virtutibus ſpectabit, ad illam nimirum, ex qua homo ad ſolutionẽ tenetur, ex eo enim, quia homo tenetur ex iuſtitia reſtituere alienum, ideò reſtitutio eſt actus iuſtitiæ: quia ex miſericordia tenetur egẽti ſuccurrere, ideo eleemoſinæ largitio eſt actus miſericordiæ, ſicq; in cęteris percurrere licet. Cũ ergo voti ſolutio nõ ſit ex iuſtitia propriè accepta non ſolum in noſtra opinione, qui inter Deũ & hominem veram iuſtitiam non agnoſcimus, ſed adhuc in eorum opinione, qui eam admittunt non erit actus iuſtitiæ, nec ad hanc virtutem ſpectabit, deinde non etiam ſpectare ad fidelitatem, prout fidelitas á religione, & iuſtitia diſtinguitur, idemq; eſt cum veracitate, probatur primo, quoniam voti violatio ex communi ſentẽtia eſt ſacriligiũ: ergo eius perſolutio eſt actus religionis, & non fidelitatis, nam nullum vitium poteſt eſſe ſacrilegium niſi religioni opponatur: ergo virtus, cui tale vitium opponitur eſt religio, actuſq; illius erit actus religionis: deinde voti ſolutio, & adimpletio iuramenti ad candẽ virtutem ſpectant, vt cõmuniter admittitur, ſed iurament

Homo tribus modis poteſt Deo obligari.

Solutio voti non eſt actus iuſtitiæ.

Nec fidelitatis.

Probat. 1.

2.

3

adimple

adimpletio actus eſt religionis, ergo & voti ſolutio. Tãdem quia aliquid idolo offerri eſt actus idolatriæ ergo aliquid ex voto verò Deo perſoluere eſt actus latriæ ſiue religionis.

22. Supereſt ea argumẽta diſſoluere quæ contra noſtras aſſertiones à nu. 5. cum ſequentibus adducta ſunt: pro quorum ſolutione ſciendũ eſt, primo ex promiſſione varijs modis emergere poſſe obligationẽ, vel religionis, vel iuſtitiæ, ſtrictè ſumptæ, vel fidelitatis, ſeu veracitatis, nã promſſio poteſt fieri cũ animo dandi rem promiſsã, & transferendi aliquod ius in promiſſarium, vel tãtum modò abſq; huiuſmodi animo, & tantùm ad maiorem firmitatem, & certitudinem modo ſupra explicato, nimirum, vel ex parte promiſſoris, vt ipſe maneat magis adſtrictus, vel ex parte promiſſarij vt maneat firmior & certior de obtinẽda re promiſſa, igitur cum promiſſio fit cum animo obligandi, & transferendi aliquod ius in promiſſariũ, cui accedit acceptatio, iam inducitur obligatio iuſtitiæ: cũ verò promiſſio ſolum inducitur ad maiorẽ firmitatem promittentis, ne ſcilicet deficiat à promiſſione oritur obligatio ex religione, quia reſpicit cultum & reuerentiã Dei, cum denique adhibetur ob maiorem firmitatem, ac certitudinem promiſſarij oritur obligatio ſoluẽdi ex virtute fidelitatis, quia verò huius triplicis obligationis fũdamentũ eſt promiſſio ideò fidelitas in materia promiſſionum aliquando accipitur pro iuſtitia, aliquando pro religione diciturque ille infidelis, qui nõ ſtat promiſsis, ſiue peccet contra religionẽ, ſiuè contra iuſtitiã, ſiuè cõtra ipſam virtutem fidelitatis, & hac ratione Pater Auguſt. in lib. de mendacio cap. 28. dixit generaliter fidẽ ita appellatã eſſe, quia fit quod dicitur, quam cõnexionem fidelitatis cum veracitate, ac cultu recte alius oſtendit dicens.

Solmuntur argument.

Duplex animus in promiſsione.

Fidelitas, pro iuſtitia.

P. Aug.

Conſtituunt hæc ſigna fidem reuerentia honoris,
Quã forus alit amor, parturitq; veritas.

23. Itaq; vox fidelitatis ſiue fidei moralis extendi ſolet ad omnem actionem, quam homo implet ex vi promiſſionis, ſicque Paulus ad Ga-

D. Paul.

lat.

Galat. 3. lat.capit.3.nomine fidei vtitur pro fidelitate, & veracitate in adimplendis promiſſis, quam Deus Abrahamo ſeruauit, imo, & pro ipſis rebus promiſſis in eodē capit. & 1. ad Timoth. 5. loquens de viduis, quæ nubere volunt, inquit, *Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt*, ideſt, primam promiſſionem, ſiuè primam fidelitatem, & eodem ſenſu cōiuges dicuntur ſibi inuicem ſeruare fidem.

24. Ad 1. Quibus poſitis ad primū argumentum dicendum eſt ad eandem virtutem ſpectare voti promiſſionem, ad quam ſpectat ipſius ſolutio. Verùm, vt dictū eſt, in ſecūda aſſertione ſolutio voti nō ſequitur materiā in qua fit, ſed ſemper eſt actus religionis ſicut & ipſum votum.

25. Ad cōfirm. Ad primam cōfirmationem abſolute negādum eſt, quod in argumēto ſumitur, neq; enim opus eſt, vt actus virtutis proprius ſit in eadē potentia qua virtus reſidet, quod poteſt multis illuſtrari, enim verò eleemoſina, quæ eſt propriùs actus miſericordiæ, vel charitatis nō reſidet in voluntate, in qua reſidet miſericordia, & charitas: reſtitutio ſimiliter alieni eſt proprius actus iuſtitiæ, & tamē ille manu exercetur, iuſtitia verò reſidet in animo. Illud tamen eſt certum virtutes, quæ reſident in voluntate immediate inclinare animum ad illas volitiones, quarum miniſterio tendunt in ea opera ad quæ ſuapte natura dirigūtur poſſuntq; huiuſmodi volitiones dici actus proprij taliū virtutū, & immediati quāuis nō ſint vltimati, & principales: nā miſericordia priùs inclinat hominem, vt velit pauperi ſuccurrere, atque adeò primus actus eius eſt voluntas ſuccurendi, non tamen principalis, quia hæc voluntas ordinatur in opus externum tanquam in effectum, & finem virtutis vltimatum, vnde plane conſtat quid dicendum ſit ad exempla in argumento adducta, ſoli enim primi actus & immediati virtutum reſidēt in eadem potentia, in qua virtus ipſa non tamen vltimati, & principales, qui ſæpe ad ſui productionem requirūt miniſterium aliarum potētiarum in quibus reperiuntur, & idem etiam dicendū eſt ſuo modo de actibus i-

Actus proprius virtutis nō ſemper in eadē potentia in qua eſt virtus.

Soli primi actus virtutum & immediati reſiden: in eadē potentia non vltimati.

tiormu

vitiorum, cum eadem vtrobique ratio reperiatur.

26. Ad 2. Ad ſecundam confirmationē patet ſolutio ex ijs, quę diximus numer. 19. in aſſignando diſcrimine inter promiſſionem factam Deo, & quæ fit homini.

27. Ad 3. Aliter charitas, aliter religio refert in Deū actus aliarū virtutū. Ad tertiā ſimiliter dices proprium eſſe charitatis referre in Deum actus aliarum virtutū, quos etiam religio in Deum ordinat, at charitas vt dictum eſt, eos in Deum refert tanquam in finem, & rem amatam, religio verò in cultū, & venerationem Dei.

28. Ea verò, quæ intēdebant voti ſolutionem non eſſe religionis actum iam ſatis expedita ſunt ex dictis, præſertim verò ex ijs, quæ citato nu. 19. & 20. diximus, nec ea ampliùs oportet explicare.

ARTICVLVS VI.

Quotuplex votum ſit breuiter præcurritur.

1. Votū reale perſonale, & mixtū. VOTVM primò diuiditur in tria membra, ſimpliciter reale, ſimpliciter perſonale, & mixtum, quod partim reale eſt, partim perſonale, ſimpliciter reale illud eſt, quod ſolam, & nudā rem Deo promittit, & nihil, quod concernat perſonam, tale eſt votū de danda eleemoſina, aut de ædificādo templo: ſimpliciter perſonale illud eſt, quod ſolius vouentis opera, ac labore perſolui debet, talia ſūt vota ieiunandi, ſeruandæ caſtitatis, & ſimilia, mixtū verò iā liquet eſſe illud, quod ad ſui perſolutionem vtrūq; exigit, & rem, & perſonam vouentis: tale eſt peregrinationis votum, quod, & cum labore, & cum expenſis perſoluendum eſt. Hæc diuiſio ſumitur, tum ex materia, circa quam votum verſatur, tū etiā ex ipſomet actu, & perſona, in quantū materia perſonam, & actum determinat quoad obligationem ad impletionis.

Sub alia ratione attendēdo etiam ad materiam, diuiditur etiam votum à Magiſt. in 4. d. 38. in cōmune, & ſingulare, ſeu, vt Palud. eadem d. quæſt. 2. nu. 6 & 8. loquitur in neceſſarium, & volūtarium, nam neceſſarium, & commune eſt illud, quod fit de pręcepto od ſalutem neceſſariò, ab quam rationem neceſſarium dicitur, & commune, quia huiuſmodi ma- 2. Magiſt. Palud. Cōmune & ſingulare.

teria

teria cõmunis eſt omnibus, votum autem, quod eſt de conſilijs tantum dicitur ſingulare, & paucorũ: nam de conſilijs Saluatoris vouere,

Pauci quos æquus amauit.
Iupiter, aut ardẽs euexit ad æthera virtus
Dij geniti potuere.

3. Volũtariũ.

Voluntarium verò dicitur, quia materia, quæ eſt tantùm ex conſilio, nõ obligat ex neceſsitate ſimpliciter loquendo, & illud votum, quod dicitur, commune eſt, quod ſupra diximus latè, & non adeò propriè votum dici, potius eſt enim quædã acceptatio talis obligationis qualis v. g. datur in baptiſmo, quam verùm votũ: quã quæſtionem latè, & exactè tractatã videre poteris apud Franc. Suar. lib. 3. de honeſt. voti cap. 2. à nu. 6.

In Baptiſmo votum impropriè.

Suar.

4. Diuiditur tertiò votũ in abſolutum, & conditionatũ. Abſolutum eſt illud, quod nullam inuoluit ſpecialem cõditionem tale eſt, quo quis Deo promittit abſolutè religionis ingreſſum: dixi, ſpecialem, quoniam generalis conditio, ſeu quæ ſemper includitur eſſentialiter in ipſo voto, & ſi exprimatur non tollit, quominus votum abſolutum fit, vt ſiquis dicat promitto ſeruare caſtitatẽ, ſi Deo placuerit, quæ in omni materia includitur, aut promitto ieiunare die veneris, ſi poſsim, hęc enim conditio etiam generalis eſt, & in omni materia verſatur: vnde votum conditionatum eſt illud, quod aliquã deuoluit ſpecialem conditionem fitq; ſub hac ſimili forma, promitto adire templum D. Iacobi ſi victor euadam.

Abſolutũ, & cõditionatum.

Cũ generali conditione manet votum abſolutum.

Quarto loco votum abſolutum diuiditur in perpetuum, & temporale, illud ad totam vitam, hoc ad certum tempus obligat, illoque finito ceſſat omnis obligatio. 5.

Perpetuũ, & temporale.

Quinto votũ cõditionatũ diuiditur in pænale & nõ pęnale, pęnale illud eſt, quo quis aliquã pænam ſibi imponit, ſiquid tale egerit, aut nõ egerit ſub hac forma promitto me die vna ieiunaturum ſi ſimul iurauero, aut ſi ſacris nõ adſim, vbi pęna pro cõditione apponitur. Non pęnale eſt illud, quod habet prædictam cõditionem, ſed non in pænã, vt ſiquis promittat ſe eleemoſynã daturum, ſi valitudinem recipiat. 6.

Pænale, & nõ pęnale.

Sexto votum diuiditur in bonũ, & malũ, quæ diuiſio 7.

Bonum, & malum.

materia

materialis eſt, & latiſsima, coinciditque cum ea, qua votum diuiditur in perfectum eſſentialiter, & imperfectum eſſentialiter, ſeu in votum validum & nullũ, nam votum inualidum eſt, quod eſt de re mala, ſiue illicita, quæ non cadit ſub votum, imò verò non ſolùm erit inualidum tale votum, ſed etiã peccaminoſum pro ratione & grauitate materię mortaliter, aut venialiter, vt vult Sotus 7. de Iuſtitia q. 1. ar. 3. & Nauar. cap. 12. n. 33. bonum auté votum ex oppoſito ſemper eſt de re bona; diuiſio eſt clara, & communiter probata: mihi tamé in rigore vnum tantùm mébrum videtur eſſe in huiuſmodi diuiſione, nam votum malum, & de re mala, ſimpliciter votum non eſt, neque ex eo aliqua prouenit obligatio, habet tamen modum, & formam voti; at cum in definitione voti diximus debere eſſe de re grata promiſſario, per hãc particulam à voti propria ratione excluditur votum de re mala.

Sotus. Nauar.

Votum de re mala ſimpliciter nõ eſt votum.

8. Inquires tamen an in hoc caſu vouens vnam tantùm culpam cõmittat? Reſpondeo: ſi vouens promiſit ſe occiſurum alium cum animo occidendi, proculdubio commiſit mentale homicidium, & inſuper ſacrilegiũ; ſi verò vouens non habeat intentionem perſoluendi rẽ promiſſam, quod ſæpè contingit homini irato dum vouet ſe vlturum iniuriam, tũc videtur, quod ſola deformitas ſacrilegij in tali voto reperitur; non ſtat autem peccatum, & deformitas, in hoc quod non habeat animum occidendi ſi id vouet, ſed in eo, quod Deo promittat rem, quæ ipſi diſplicet, & quaſi per votum ſuũ proteſtetur Deo placere rẽ, quæ ipſi diſplicet, & quod abutatur præſtantiſsimo religionis actu, illumq; in Dei offenſam aſſumat: fieri etiam poteſt, vt in eo caſu detur culpa mendacij, dum vouens, ore, vel corde, manifeſtat ſe facturum id, quod non intendit agere.

Dupliciter peccat, qui nouit rem malã cum ánimo exequendi.

Mendaciũ etiã poteſt incurrere.

Notandum tamen eſt, de opere bono etiã poſſe fieri votum quod in hac acceptione ſit malum, & inualidum, vt ſi quis promittat Deo ſe daturum eleemoſynã propter vanam gloriám, vel 9.

Sotus. *Nauar.*

Duplex finis in vouendo, & rei promiſſæ, & ipſius voti.

propter victoriam iniuſtam obtinendã, ita Sotus, & Nauar. ſupra citari ſolet lib. 4. c. 17. & alij cõmuniter, quod vt plenius percipiatur animaduertere oportet, duplicem in vouendo poſſe interuenire malum finem, alterũ rei promiſſæ, ipſius voti alterum, qui duo fines valdè diuerſi ſunt inter ſe, nam finis rei promiſſæ vitiat omnino actionem bonam de ſe, qualis eſt vouere, etiam ſi res quę vouetur bona ſit, ordinatur enim tunc per promiſsionem ad malum finẽ, vnde tãtùm materialiter remanet bona, formaliter verò, & ſub ea ratione, quæ mouet ad votum iam eſt mala, quia nimirum in malum finem tendit: tale erit votum, ſi quis Deo promittat miſſę ſacrificium propter furtum commiſſum, aut ſi quis aliquid voueat in gratias pro commiſſo adulterio, aut homicidio: itemque ſi res mala apponatur pro conditione, habeatq; rationem finis reſpectu rei promiſſę, vt ſiquis voueat ædificationem templi, ſi inimicum occidat, aliudve ſimile, ita Tolet. lib. 4. c. 17. §. 4. Saa verbo *Votum*, nu. 4. Nauar. citato cap. 12. n. 30. Sotus loco ſupra citato, & alij cõmuniter. Ratio verò eſt, quia finis appoſitus operi eſt circũſtantia actus, quęlibet verò huiuſmodi circunſtantia totum actum vitiat: ponit enim vitium in formalitate obiecti, à qua actus debet in ſuo genere ſpecificari, proindeq; refunditur malitia in totum actum.

Tolet. *Saa.* *Nauar.* *Sotus.*

10. Ita authores ſupracitati, & Comitil. lib. 2. de iur. iur. & voto q. 1.

Tenet votum de re bona propter malum finem ipſius voti.

Ex oppoſito verò validũ erit votum de re bona propter malum finem ipſius voti, cum nimirum quis actũ vouendi ordinat in malum finem, vt ſi quis aliquid voueat, vel in gratiarum actionem pro filio ſuſcepto ex adultera, vel quia ex duello ſaluus euaſit, quæ reſolutio communis eſt, & oſtenditur, quoniam obiectum talis voti eſt ſimpliciter bonum, & nulla circunſtantia vitiatur, nam ſuſcipere filiũ, ſaluum euadere, & ſimilia, ſunt obiecta bona, nam malitia, quæ præceſsit in ijs actibus non ingreditur materiam voti, neque enim ſub ea ratione mouent ad vouendum, ſed ad materiã voti extrinſecus ſe habẽt, quã uis ſint finis ipſius voti. Quandò verò votum eſt de re mala vt mala eſt, vel ſub mala con-

la conditione, tunc votum nullum eſt, vt diximus ſuprà, ſi tamen ſeparentur inter ſe res ipſa, & conditio mala, ita vt actus & res promiſſa non induant malitiam prauæ cōditionis, ſed maneat materia voti integra bona in ſe, & placens Deo, validū eſt votum: ſic obligat illud, quo quis progrediens ad duellum promittit calicem Eccleſię, ſi ſaluus remaneat, adulter promittit miſſam, ſi habeat filium ex cōcubina, meritrix promittit partem lucri, ſi multum proficiat in negotio meritricio, nam ſuſceptio filij, conſeruatio vitæ, acquiſitio lucri, & ſimilia, non ſunt de ſe mala, quanuis malis medijs procurentur. Quæ differētia vt cognoſcatur, illud tantùm attendere neceſſe eſt, quonam modo mala circumſtantia ſe habeat ad materiam voti: ſi enim ſit finis rei promiſſæ, manet pars materiæ, ac conſequenter votum inualidum reddit, ſi verò ſit tantùm cōditio extrinſeca, nec vouens ſignificet rem malam placere Deo, tenet votum ea ratione emiſſum: cætera apud citatos authores, dū diſputāt de materia voti, videre potes.

Septimo loco votum vnū dicitur implicitum, alterum explicitum: implicitum fit ad ſuſceptionem alterius rei cum qua cōiunctum eſt; ſic caſtitatem vouet, qui ſacris initiatur: explicitum verò eſt, quod quis per formalē, & expreſsā promiſſionē vel ore, vel corde, Deo emittit. 11. Votū implicitum, & explicitum quid?

Vltimò votum ex materia, quemadmodū & præceptū in affirmatiuū, & negatiuū diuiditur, quæ etiā in eadem materia diſtinguuntur ſæpè: primū eſt rei faciēdæ, vt qui Deo caſtitatē, aut continentiam vouet: negatiuum verò eſt rei non faciendæ, ſic vouet qui Deo promittit ſe nō contracturum matrimoniū: hæc enim diuerſa ſunt, nam qui vouit continentiam, fractor eſt voti ſi accedat ad meritricem, non tamē ille, qui vouit ſe matrimonium non contracturum, vt patet. 12. Affirmatiuum, & negatiuū ex materia.

Omiſſis verò alijs multis diuiſionibus, quas authores ſiue ex parte materię, ſiue ex parte actus, aut perſonæ vouentis cōgerunt, votum vt in præſenti præcipui eſt inſtituti, & cuius inueſtigandi cauſa tot ſatis prolixè dicta ſunt, diuiditur in ſolenne, & ſimplex, quæ diuiſio ſumi- 13. Solenne & ſimplex.

D. Thom. Magiſt. Scot. tur ex D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 7. & 11. Magiſt. in 4. diſt. 38. Scoto ibidem, & alijs, & habetur in cap. Vnico: de Voto in 6. in quo ergo à ſimplici diſtinguatur votum ſolenne, & in quo conſtituenda ſit eius ſolemnitas, eſt quod inquirimus. Nam votũ ſolenne eſt, in quo aliqua ſolennitas, ſeu qualitas, aut formula aliqua reperitur, quæ non reperiatur in ſimplici, & ſic ſimplex quaſi per negationem ſolennitatis explicatur.

ARTICVLVS VII.

Votum ſolenne non diſtingui à ſimplici ex ſua ratione, aut natura, vel à iure diuino, ſed ex ſola Eccleſiæ authoritate.

1. DIſtingui votum ſolenne à ſimplici ſuapte natura, ſecluſo omni Eccleſiæ ſtatuto, tenuerunt ex antiquis Theologis D. Thom. Bonau. Richard. Argent. & Durand. in 4. d. 38. Sotus lib. 7. de Iuſtit. q. 4. art. 2. id ipſum videtur docuiſſe D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 7. & complures alij: vt autem oſtendant formalem rationem ob quam ſuapte natura, aut diuina ſaltem inſtitutione, ſolẽne votum diſtinguatur à ſimplici, nõ omnes cõueniunt. Quidam dicunt ex eo ſumi diſcrimen, quia ſolenne publicè emittitur, ſimplex verò non ita. Qđ ſi illis opponas, publicè etiã fieri multa vota ſimplicia, reſpõdent id ex accidente eſſe, nec repugnare voto ſimplici priuatim emitti, quod tamẽ ſuapte natura repugnat ſolenni.

D. Thom. D. Bonau. Richard. Argent. Durand. Sotus.

Hæc tamen ſententia ob rationem, quam aſsignat, nõ placet: ad inſtantiam, quam adducit, reſpondet Scotus non colligere, quoniam etiã ille, qui priuatim ſuſcipit ſacrum ordinem, ſolenniter vouet, & tamen priuatim vouet, imò verò poteſt Eccleſia decernere, vt tria vota religionis etiã ſecretè fiant, imò in profeſsione tacita, vt ſuprà diximus, verè dantur vota ſolennia, quæ tamen publicè non ſunt emiſſa. 2. *Scot.*

Alij ergo dicunt, in hoc conſiſtere diſcrimen inter votum ſolenne, & ſimplex, quod ſolenne ſit promiſſio rei præſentis, ſimplex verò rei futuræ: nam ſimplex votum cõſtituitur per promiſſionem, 3. *Alter dicẽdi modus*

ſionem.v.g.ingediendi religioné,ſolẽne verò in profeſſione ipſius religionis. Verũ hic etiam dicendi modus infirmo nititur fundamento, nam etiam votũ ſimplex fit cum promiſſione de pręſenti,vt patet in votis ſimplicibus Societatis Ieſu: & etiam, ſiquis promittat tria vota in religione nõ approbata à ſede Apoſtolica,illa fiunt cum promiſſione de præſenti, & tamen non ſunt ſolennia,ſed ſimplicia:ergo cũ huiuſmodi diſtinctio, ſi ſuapte natura debet dari, opus eſt vt aſſignetur in aliquo, quod ſic reperiatur in voto ſolenni,vt non reperiatur in ſimplici, conſequens eſt vt non ſumatur diſcrimen ex eo quod ſolenne ſit de re præſenti,ſimplex vero de futuro.

Reijcitur.

4. Alij tandem diſcrimẽ inter vtrunq; votum ſumunt cum D. Thom. ex traditione,quam dicunt non reperiri in voto ſimplici, ſicut in ſoléni:quibus ſi dicas,in voto quoque ſimplici traditionem reperiri, diſtinguũt alij inter vtriuſque voti traditionem, dicuntque illam, quæ eſt voti ſolennis,ſuapte natura eſſe perpetuam,voti verò ſimplicis eſſe temporariam.

D.Thom.

Oppoſita nihilominus ſẽtentia quæ aſſerit votum ſolenne non diſtingui á ſimplici ex ſua ratione,& natura, aut ex diuino iure, ſed ex ſola Eccleſiæ auctoritate, probatur communiter iuris canonici profeſſoribus, & apud Recentiores Theologos eſt fere certa, imo verò poſt Bonifacij octaui decretum, non ita eſt æquum ab ea diſcedere: & probatur primo ex cap. Rurſus,qui clerici, vel vouentes, vbi dicitur ſimplex votum apud Deum non minus obligare, quam ſolenne: ergo quod ſpectat ad eſſentiam voti,eiuſq; formaliſſimum effectum, nihil ex ſua natura reperitur in vno,quod non ſit in alio; ſi enim aliquid haberet, id vtiq; cerneretur in eius formali effectu,qui eſt obligare. 5.

Vera reſolutio.

Votum ſolenne à ſimplici differt ex Eccleſiaſtico ſtatuto.

Secũdo in cap. quod votũ:de voto, & voti redempt. in 6.dicitur,quod ſolennitas in voto ex ſola Eccleſiæ inſtitutione eſt inuenta:quæſitus enim Summus Põtifex Bonifacius Octauus, quodnam votũ cenſeretur ſolenne, & ad dirimendum matrimonium contractum efficax?reſpondit Sum. Pont. per hæc verba. *Nos attenden-* 6.

Bonifac.8.

tes, quod voti ſolennitas ex ſola Eccleſiæ inſtitutione eſt inuenta, præſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis, illud ſolū votum debere dici ſolenne quantum ad poſt contractum matrimonii dirimendum, quod ſolennizatum fuerit per ſuſceptionē ſacri ordinis, aut profeſſionem expreſſam, vel tacitā alicuius religionis approbatæ. Hæc Bonifacius Papa, vnde non ex alio capite ſolennitas in voto ex mente eius reperitur, quam ex Eccleſiæ inſtitutione, quia ſcilicet ceremoniā, aut formulam ſeruat ab Eccleſia præſcriptam, quam tamen ſimplex votum non habet, potuit enim Eccleſia certā formam voto ſolenni præſcribere, & annectere, ſicut & teſtamētis, matrimonijs, multiſque alijs contractibus.

Solennitas voti ex Eccleſiæ inſtitutione.

24.

Neq; obſtat Soti reſponſio aſſerentis, Pōtificem intelligendum eſſe de modo, ac formula ſolennitatis, non vero de ſubſtātia illius, quaſi vellet votū in Eccleſia ſub ea forma deinceps ſolenne fieri, & ſub ea cæremonia, non tamen ita vt ſine ea non maneret ſubſtātialiter ſolenne. Nā nihil clarius dici potuit á Sum. Pont. vt oſtenderet, ſolennitatem ab Eccleſia inuentam eſſe, & in ijs ſubſtantialiter, & eſſentialiter conſtitui, cum dicat ibi, *Illud ſolum votum debere dici ſolenne &c.* & hanc ſententiam tenet Scot. in 4. d. 38. q. 1. Palacios ibidem d. 2. Henric. quodlibet. 6. q. 39. Herueus quodlibet 11. q. 25. Medina lib. 4. de continentia ſacrorum hominum cap. 23. cum ſequentibus, & comuniter recentiores Theologi, qui poſt ſextum illum librum Decretalium ſcripſerunt. Ex iuris canonici profeſſoribus omnes fere in capit Rurſus: qui clerici vel vouentes: Abbas, Anchar. Felin. Archidiac. Ioan. Andr. Innoc. Hoſtienſ.

7. Sotus reijcitur.

Scot. Palac. Henric. Herueuſ. Medina.

Abbas. Anchar. Felin. Ioan. Andr. Archidiac. Hoſt. e. ſ. otus. Couas.

8. Deinde idem oſtenditur ratione: primo, quia ſubſtātia voti eſt à volūtate, ſolennitas vero extrinſece addita ex ſola Eccleſiæ inſtitutione, quæ ſtatuit vt per votum ſolenne fiat traditio indiſſolubilis, non vero per ſimplex: nam Eccleſia nō ſolum ſtatuit modum & formam, ſub qua debet votum ſolēnizari, ſicut aſſerunt Sot. vbi ſupra & Couas 2. parte de matrimonio cap. 7. ſed etiam ponit, & determinat ipſam ſolennitatis eſſentiam, ergo quodcūque diſcrimen inde

ſuma-

Digitized by Google

ſumatur, ſemper prouenit ab aliquo extrinſeco, & quod à voto abeſſe potuit, proindeque accidentarium, & non eſſentiale neceſſario dicendum eſt.

Secūdo, quia ſi huiuſmo-
9. 2. Ratio. di vota differūt eſſentialiter, nemo poſſet fieri vere religioſus per vota ſimplicia, quemadmodum talis redditur per vota ſolennia: ſtatus enim religioſus eſſentialiter cōſiſtit in tribus votis caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis in religione approbata cum traditione perſonæ vouentis in cultum Dei, & acceptatione prçlati loco eiuſdem Dei: ſi ergo vota ſolen-
[…]atus reli[…] ſolius vni[…] s peciei […]t. nia differūt ſpecie à ſimplicibus non poſſet ſtatus religionis eſſe vnius, & eiuſdem ſpeciei, ſed eſſent plures ſtatus diuerſæ rationis, & alterius ſpeciei vnus ab alio: vel per vota ſimplicia nemo fieret vere religioſus, quod tamen hodie admitti iam non poteſt.

10. Tertiò, quia poſito ad-
Eſſentia voti in promiſſione huc, quod ſolénitas voti cōſiſteret, in traditione, ea non poſſet adhuc inducere eſſéntiale diſcrimen, quod probatur, quia ratio & eſſentia voti cōſiſtit in promiſſione, & eius potiſſimus effectus eſt obligatio, quod vtrunq; eſſétialiter habet votum ſimplex vt ſupra tetigimus.

Aſt videtur nobis aduerſari D. Thom. in 4. d. 38. q. 1. 11.
art. 2. quæſtiuncula 2. ad 2. D. Thom.
vbi dicit diuiſionem voti in Explicatur
ſimplex & ſolenne fieri per ea, quæ ſunt eſſentialia. Reſpondetur tamen D. Thom. Aliter reſpond.
id dixiſſe ante illam deciſionem Bonifacij; quo tempore non ita conſtabat ſolennitatem eſſe ex cōſtitutione Eccleſiæ: vel dices D. Thom. eo loco ſolum intimaſſe ſolennitatem quodammodo pertinere ad quādam maiorem obligationem, & obſeruantiam voti, vnde cū de ratione voti ſit, quod habeat vim obligandi ad ſui obſeruātiā, quodammodo videtur etiā ad ſubſtantiā ipſius cōducere omne id, quod aliqualiter auget hanc obligationem.

ARTICVLVS VIII.

In quonam ſtatuenda ſit voti ſolennitas?

STATVTO iam quod ex ſola Eccle- 1.
ſiæ auctoritate votū ſolenne diſtinguatur á ſimplici, votique proinde ſolen-

nitatem introductã eſſe ab Eccleſia, ſupereſt oſtendere in quonam illa poſita ſit, neque enim & hoc ita expreſſe conuenit inter authores.

2. *Caiet.* *Solennitas in benedictione.* Primus dicendi modus refertur à Caiet. 2. 2. q. 88. art. 7. adſtruitque ſolennitatem voti conſiſtere in quadã benedictione, quæ datur in profeſſione religionis approbatæ, aut in ſuſceptione ordinis ſacri. Probari verò poteſt ex *D. Thom.* loco ſupra citato, qui docet ſolennitatem attendi ſecundum aliquid ſpirituale, quod pertinet ad Deũ, in profeſſione vero, aut in ſuſceptione ordinis ſacri, non eſt aliud aliquid ſpirituale, ſecũdũ quod attẽdatur ſolennitas, niſi benedictio, aut conſecratio: ergo in his debet conſtitui ſolennitas voti.

3. *2. Sentẽtia. Caiet. Palac.* Secundus dicendi modus quẽ refert ipſe Caiet. & quẽ ſequitur Palac. in 4. diſt. 39. diſp. 2. conſtituit ſolennitatem voti in poteſtate dirimendi matrimonium, idq; probat primo ex cap. vnico de voto in 6. vbi *Bonifac.* Bonifacius dicit eſſe inuẽtam ab Eccleſia, *In poteſtate dirimendi matrimonium.* & deinde diſcurrẽdo per alios dicendi modos, qui cõmuniter circũferũtur, à partium enumeratione concludit, ſolum in prædicta poteſtate poſſe cõſtitui ſolennitatem voti, neque enim aliquid aliud aſſignabitur in ſolenni voto, quod etiam nõ reperiatur in ſimplici, niſi tantũ vis ad dirimẽdum matrimonium.

4. *3. Sẽtentia.* Tertia ſententia iam ſupra inculcata conſtituit ſolennitatem voti in quadam traditione, per quam perſona vouens ſe dedicat, & tradit diuino cultui, quæ tamen *Solennitas in traditione indiſſolubili.* ſit perpetua & indiſſolubilis tàm ex parte vouentis, quàm acceptantis. Hanc ſẽtentiam tenet *D. Thom.* D. Thom. citata d. 38. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 3. *Albert. Magn.* Albert. Magn. ibidem art. 1. *D. Bonau.* D. Bonauent. art. 2. q. 1. *Richard.* Richard. art. 7. quæſt. 1. & 2. *Dur.* Dur. q. 1. *Sotus.* Sotus q. 2. art. 2. & lib. 7. de iuſtit. q. 1. art. 5. *Silueſt.* Silueſt. verbo votum 4. q. 1. & alij plures: quam ſententiã præcipue probant ex impugnatione aliarum: & inſuper ex eo, quia prædicta traditio eo modo, quo eam citati Authores explicãt, ſic cõpetit voto ſolenni, vt non reperiatur in ſimplici, quod tamen quæcunq; alia traditio non habet: ergo ſignum eſt maximũ, quod per hanc

Digitized by Google

ſolam diſtinguatur votū ſolenne à ſimplici.

5. Communior tamen, hodieq; probatior ſentētia eſt, quam tradit Scot. in 4. d. 38. q. 1. §. Dico, quod votum, aſſeritque ſolennitatem voti conſiſtere in ſuſceptione ſacri ordinis, aut in profeſsione religionis vera, vel præſumpta, id eſt expreſſa vel tacita. Notandum verò eſt, quod Scotus hoc loco nomine profeſsionis præſumptæ intelligit tacitam profeſsionem, non ſolùm eam, quæ modò iuxta normam Concilij Tridentini fit expleto anno integro, ſed etiã illam, quæ ſecūdum ius antiquū valida reddebatur per delationem habitus profeſſorū diſtincti ab habitu nouitiorum, quæ tamen profeſsio, vt iam ſuprà diximus, abrogata eſt per decretum eiuſdem Concilij ſeſſ. 25. de regular. c. 15. non quidem ex eo, quia modo non detur etiam tacita profeſsio, ſed quia requirit, quod expleatur annus integer, quod antiquo iure ad tacitam profeſsionem nō requirebatur. Probatur hæc ſentētia à Canoniſtis ſuprà citatis cum gloſ. in cap. Rurſus, qui clerici: eam tenet Azorius lib. 12. cap. 6. q. 2. & plures alij; probatur efficaciter ex citata Bonifacij deciſione, vbi hoc ipſum expreſsis verbis habetur. Confirmatur ratione, quoniam vbicunque reperitur profeſsio in religione approbata, aut ſacri ordinis ſuſceptio, ibi reperitur ſolennitas voti, & non alibi.

[Margin: ...era ſentē...ia. ...otus.]

[Margin: Profeſsio præſumpta quæ apud Scotum?]

[Margin: Ex Tridēt. annus integer ad profeſsionem tacitam.]

[Margin: Azorius.]

6. Et diſcurrendo breuiter per alios dicendi modos poteſt colligi hęc veritas, nam quod votum fiat publicè, & in manibus prælati non inducit neceſſariò ſolennitatem, ſicut docet Scotus loco ſuprà citato: nam etiã ſi votum ſolenne fieret in occulto, non minus ſolenne eſſet, quàm publicè emiſſum: & inſuper multa vota ſimplicia emitti queunt publicè in manu prælati illa acceptãtis loco Dei, quæ tamē nō proinde ſolennia ſunt: talia ſunt vota, quæ cōmuniter emittunt ſcholares Societatis, per quæ tamen fiunt verè religioſi, vt declararunt Greg. XIII. anno 84. & Xiſtus V. anno 90. quę tamen ſimplicia ſunt: imò etiam votum peregrinationis Hieroſolymitanæ interdùm fit, nō ſolùm publicè, ſed etiam cum

[Margin: Quod votum publicè fiat non infert ſolennitatem.]

[Margin: Scotus.]

[Margin: Greg. xiij Xiſtus.V.]

aliquo

Digitized by Google

aliquo externo ritu, benedictione nimirum baculi, & peræ, vt notauit Gabr. in ſupplem. in 4. d. 38. q. 1. ar. 2. & ſimiliter votum militandi pro recuperatione terræ ſanctæ olim fiebat cum ſolenni traditione crucis, nullus autem dubitat huiuſmodi vota ſimplicia eſſe.

Gabr.

7. Nec ex benedictione infertur.

Neque etiam in benedictione, aut cõſecratione cõſtitui poteſt voti ſolennitas: nam ſine tali benedictione, aut cęremonia in multis religionibus approbatis poteſt dari voti ſolennitas in profeſsione, & ex oppoſito ſacerdotes Græci non minus conſecrantur, quàm Latini, & nihilominus non obligãtur ſolenni caſtitatis voto, ſicut Latini: cũ verò D. Tho. pro hoc dicendi modo citatus dixit ſolennitatem voti attendi ſecundũ aliquid ſpirituale, nihil aliud voluit, quàm ipſam benedictionẽ, ſiue cõſecrationẽ eſſe quoddam ſignum, per quod ſolennitas voti innoteſcit, ſicut & ſolennitas nuptiarum indicatur ex apparatu ſponſi, & ſponſæ, concurſuq; propinquorum, quæ tamen nõ ſunt de ſubſtantia matrimonij.

D. Thom explicatur

8. Nec ex poteſtate ad dirimendũ matrimonium contractum.

Alius etiam dicendi modus ſuſtineri nequit: etenim ius ad dirimendum matrimonium cõtractum eſt potius effectus quidam ipſius ſolennitatis, quàm ſolennitas: poſſetque aliunde intelligi ſolenne votum paupertatis, aut obedientię, non intellecta inhabilitate ad contrahendum. Imò verò, vt Innoc. cap. ſupra citato dixit, ex eo, quod votum ſolennizatum eſt per ſuſceptionem ordinis ſacri, aut profeſsionẽ in religione approbata tacita, vel expreſſa, intelligitur in voto tale ius ad dirimendum matrimonium contractum, vnde cũ prius in voto concipiatur ſolẽnitas, quam inhabilitas ad contrahendũ validè, quæ ex illa naſcitur: nõ ideò dicetur ſolẽne, quia habet hanc vim, ſed ideò potiùs illam obtinebit, quia ſolenne eſt.

Innocent.

9. Adde, quod etiam hoc ius poteſt reperiri in voto ſimplici, ſicut ex nouo iure reperitur in votis ſimplicibus ſcholarium Societatis, à qua tamẽ obligatione, ſi illi à Societate manumittãtur, fiũt immunes, & poſtea, qui ſic egrediuntur è religione, ſeu potiùs excluduntur, validè

contra-

Digitized by Google

contrahũt: nam vt bené aduertit Franc. Suarius libr. 3. de Voto, cap. 3. §. *Atque ex his*, quando ſimplicia vota fiũt, vt annexa ſtatui religioſo, tunc ſicut perſona aliqua poteſt fieri inhabilis per Eccleſiam, ſeu priuari tali ſtatu, ſic & liberari ab onere voti, quod emiſit, vt annexum tali ſtatui, ſic enim cõtraxerunt religio, & religioſus; & quod attinet ad votũ paupertatis, & obedientiæ iam deficiunt ex defectu materiæ propriæ, qui enim degere debet in ſæculo non tenetur ad huiuſmodi vota: votum verò caſtitatis ex intentione vouẽtis videtur etiam ſub eadem ratione emiſſum, quia ſicut penes prælatos eſt poteſtas liberãdi eos ab onere religioſi ſtatus; ita etiam ab onere continentiæ promiſſæ, quam annexam illi ſtatui vouerunt: imò verò illa vota ſimplicia, quæ religioſi profeſsi emittũt in Societate, ſi poſteà profeſsio inualidetur, aut mutetur in aliam, credit citatus Suarius illa etiam euaneſcere, §. *Secundo infero*; & quidem ſi profeſsio inualida reddatur, mihi non eſt dubium, quoniã huiuſmodi votum ſimplex ſequitur profeſsionem, tanquam acceſſorium principale, vnde ſi primum corruat, & illud, quod habet annexum neceſſe eſt: at verò, ſi profeſsio in Societate emiſſa mutetur in aliã, Carthuſianorum nimirũ, vt eodem exemplo Suarij vtar, tunc non mihi videtur dicẽdum vota ſimplicia emiſſa in Societate, euaneſcere, & irritari, nam profeſsio quidem non corruit, vt ſupponitur, ſed mutatur; ergo ex hoc capite non irritãtur: quod verò dicunt illa fieri, vt annexa tali ſtatui, proindeque cum mutatione illius irritari, non conuincit abſolutè; ſi enim intentio vouẽtis ſit, ea vota ſimplicia emittere ob maiorem perfectionem, & ad augendum quodammodò obligationem illius ſtatus, ſi poſteà ille ſtrictiorem religionem ingrediatur, non mihi videtur aſſerendum priora vota ſimplicia nõ obligare, in his ſaltem quæ ſecũdæ alterius religionis profeſsioni non obſtiterint, cum adhuc eadem ratio perſeueret.

Vota ſimplicia in vna religione emiſſa, in alia ſtrictiori quo modo permaneant?

Fateor quidem communiter, ac regulariter loquendo vota illa emitti (vt inquit idem

10. Regulariter emittũtur vt annexa huic ſtatui.

Suar. (margin)

idem Suar.) non ſimpliciter vt annexa ſtatui religioſo, ſed tali ſtatui, nimirum Societatis, proindeq; ex intẽtione quodammodò vouentis nõ vltra ſe extendere obligationem eorum, quam dum intra eandem religionem permanſerint. Verùm ſicut certũ eſt, quod ſi quis ita voueret in illa profeſsione, vt caſtitatem voueret independenter ab eo ſtatu, intelligendo ſe velle obligare per illud votum ad ſeruandam continentiam non ſolùm quãdiù eſſet in illo ſtatu, ſed etiam extra illũ; tunc ſi excluderetur à Societate non liberaretur à voto continentiæ: ita pariter mihi dicẽdum videtur de votis ſimplicibus: imò verò non erit opus, vt ea quis emittat expreſsè volendò ſe obligare per illa etiã extra illum ſtatum, ſed ſatis erit, ſi ea voueat intelligendo ſe velle obligari ad maiorem quandam perfectionem, & obligationem ſtatus religioſi: nam in hac voluntate interpretatiuè, & virtualiter intelligitur ſe velle obligare per illa etiã in ſtrictiori aliqua religione, ſi illam ex ſuperiorum, aut Summi Pontificis conſẽſu ingrediatur. Et hoc nobis iam in praxi aliquando viſum eſt conſulere, & re diligenter attẽta, exploratoq; vouentis animo, qui & ipſe vouerat mediocriter doctus timorateq; conſcientiæ intellexit, ſe non eſſe deobligatum ab onere talium votorum.

11. Redeuntes tamen ad inſtitutum tertia ſentẽtia plus habet probabilitatis, tũ propter authores ſupra citatos, qui eam tuentur, cũ vel maximè ob D. Thomã, qui illi patrocinatur, cuius authoritas in re ſcholaſtica irrefragabilis eſſe debet. Verũ impugnatur etiam ex illo capite, quoniam vt ſuprà diximus, etiam in voto ſimplici datur traditio, imò verò ex parte vouentis eſt indiſſolubilis illa traditio, quam habent annexam vota ſimplicia, quæ emittunt ſcholares, & coadiutores Societatis: q̃d verò non ſit indiſſolubilis ex parte religionis acceptãtis, non obſtat, nam ſicut Summi Pontifices approbauerunt cum ſimplici voto indiſſolubilitatem ex parte vouentis, ita vt qui ſine cõſenſu diſceſſerit, apoſtaſiæ crimen incurrat, iuxta Ex-

D. Thom.

Greg.xiij. trauag. Greg. XIII. quæ incipit, *Aſcendente Domino*, vbi Summus Pontif. inquit, *ſtatuimus, atque decernimus huiuſmodi tria vota, & ſi ſimplicia, ex huiuſmodi conſtitutione, ac etiã noſtra declaratione, & confirmatione, eſſe vere ſubſtantialia religionis vota, atque in dicta Societate, tanquam in religione approbata à Sede Apoſtolica admiſſa fuiſſe, & eſſe, ac per nos admitti*, & deinceps contra diſcedentes excommunicationis ſententiam, & apoſtaſiæ crimen ſtatuit; ita ſtãte eodem voto ſimplici poſſent illam inducere ex parte religionis acceptantis. Adde quod traditio ipſa potius habet indiſſolubilitatem ex vtraque parte ab ipſa ſolennitate, quam illam conſtituat: ex eo enim quod votum ſit ſolenne, oritur quod traditio ipſa ſit ſolennis, & ex vtraque parte indiſſolubilis, de quo Molin. de Iuſtitia & iure, tractatu ſecundo, diſputatione 139. §. *Non ſolùm*, vbi obiter aduertit nullam huiuſmodi profitentibus iniuriam fieri, ſi poſteà excludantur, cum tamen ipſi recedere nequeant, nam hæc omnia illis ſtatim proponuntur, & ſub hac conditione contrahunt cum religione, & profitentur.

Ex eo, quòd votum ſit ſolenne oritur quod traditio ſit indiſſolubilis.

Molina.

12. Illud aduertes, Doctores qui exiſtimant votum eſſẽtialiter conſtitui in traditione, adhuc defendere profeſſos per profeſsionem biennij in Societate eſſe verè religioſos, ſicut continetur in Extrauagante, *Aſcendẽte Domino*, Greg. XIII. illos præſertim, qui poſt hanc Pontificis deciſionem ſcripſere; nam anteà oppoſitum videtur ſenſiſſe Nauar. cap. Non dicatis nu. 15. 12. q. 1. Ratio erat, quoniam multi Doctores crediderũt, eſſentiam religionis conſtituendam eſſe in votis ſolennibus; vnde cũ illi nec ſolenniter, nec indiſſolubiliter, quantum eſt ex parte religionis, profiteantur, conſequenter ad verum ſtatum religionis non admittebãtur: quod verò religionis ſolennitas in traditione ex vtraque parte indiſſolubili conſtituenda eſſet, præter authores citatos, tenuerunt Petrus Ledeſma de Matrimon. quæſt. 53. articulo ſecundo, dubio vnico, & Bartholomęus Ledeſm. dub. 32. concluſ. vnica, & dub. 33 in princip. Lop. 2. p. inſtruc. de matrim. c. 48.

Grego. 13.

Nauar.

Pet. Ledeſ.

Bart. Ledeſma.

Lud. Lop.

Stunica. Henriq. Aragon. Vgolin. Valent.

Stunica de Voto d. 6. n. 99. Henriq. lib. 12. de Matrim. c. 5. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 7. Vgolinus de ſacramentis de matrim c. 15. n. 4. Valēt. 2. 2. diſp. 6. q. 6. punct. 5. concl. 3. & alij plures, verum etiam ſi hanc ſententiam firmiter tenerent, & cum ea aſſerērent profeſſos biēnij in Societate eſſe verè religioſos, vt neceſſariò dicendum eſt, non proinde negari poteſt perfectiorem quandam traditionem eos obtinere per vltimā profeſsionē, ad quā prouectiores iam admittuntur: neque enim poſt primā profeſsionem ad illam, quæ habet ex vtraque parte indiſſolubilem traditionē admittuntur, niſi ſub maiori perfectione, intra tamē eiuſdem ſtatus religioſi metas.

13. Vltima ergo ſententia, quā ſuprà tradidim⁹, & quę cæteris præferenda eſt, ſolēnitatē voti conſtituit in profeſsione ordinis approbati à Sede Apoſtolica, & in ſuſceptione ordinis ſacri, quæ ex fundamentis ſupra adductis ſatis probata relinquitur, & ex impugnatione aliarum. Quod ſi tertium dicēdi modum velis cum noſtra ſententia conciliare, dices formalem effectum huius ſolennitatis eſſe hanc traditionem ex vtraque parte indiſſolubilem, per quam perſona vouens conſtituitur, & emācipatur diuino obſequio in perpetuum, ſicq́ue explicabis Bonifac. VIII. pro noſtra ſententia citatum. Traditio effectus formalis ſolēnitatis.

ARTICVLVS IX.

Inferuntur nonnulla corollaria pro maiori explicatione præcedentis doctrinæ.

1. Colligit primò. EX dictis colliges primò, traditionē, quæ reperitur in voto ſolenni, non diſtingui eſſentialiter ab ea, qualiſcunq; illa ſit, quæ reperitur in voto ſimplici: primò quoniam vtraque oritur ex inſtitutione Eccleſię, à qua diſcrimen eſſentiale nō inducitur: tum quia traditio indiſſolubilis, quæ eſt in matrimonio cōſumato, non eſt eſſentialiter diſtincta ab ea, quæ reperitur in matrimonio rato, quę diſſolubilis eſt: quod tamen non tollit, quominus ex Eccleſiæ inſtitutione pfectior traditio ſit illa, quę reperitur cū voto ſolenni, quam quæ ſit cum ſimplici eiuſdem rei:

Digitized by Google

imò & quod ex inſtitutione ipſius Eccleſiæ maiorem vim habeat ſolenne, quam ſimplex: vide Azor lib. 12. ibi 16. q. 7. & hoc intelligitur de voto ſimplici rei pręſentis, & ſoléni eiuſdem rei; nam ſi votum ſimplex ſit tantùm de futuro, tunc traditio voti ſolennis diſtinguitur à traditione ſimplicis tãquam perfectum ab imperfecto, nam traditio quæ fit per promiſsionem de futuro collata cũ ea, quæ fit per votum ſolenne eiuſdem rei, non eſt perfecta traditio.

2. ...c nõ ...ffert ur. Colliges ſecundò accidẽtaliter tantùm diſtingui votum ſolenne á ſimplici, ſiue ſolennitas conſiſtat in traditione, ſiue in profeſsione ordinis approbati à Sede Apoſtolica, aut ſuſceptione ordinis ſacri, ſiue in quacunque alia celebritate, aut ſolẽnitate ab Eccleſia inducta, quæ eſt ſententia Scoti in 4. d. 38. q. 1. Sot. 7. de Iuſt. q. 2. art. 3. & omniũ quos ſuprà pro noſtra ſentẽtia retulimus, & eſſe ſentẽtiam Thomiſtarũ aſſerit Pet. Ledeſm. de matr. q. 53. ar. 2. probatur verò ab Scoto, quoniã ſubſtãtia voti eſt á volũtate, quæ æqualiter reperitur in voto ſolẽni, & ſimplici, ſolennitas verò eſt extrinſece addita voto, vt diximus. Tertiò idẽ oſtẽditur, quoniam ſi votum ſolenne differret eſſentialiter à ſimplici, iam per vota ſimplicia nemo fieret vere religioſus, & ius oppoſitum ſupra ex Greg. 13. oſtẽdimus.

...ccidentaliter diſtinguitur votum ſolenne à ſimplici.

Scot. ...ius.

...ed. ſim...

Si verò obijcias D. Tho. in 4. d. 38. q. 1. ar. 2. quęſtiũc. 2. ad 2. vbi dicit diuiſionem voti fieri per ea, quę ſunt eſſentialia. Reſpõdebis primò D. Tho. fuiſſe ante tempora Bonifacij VIII. quando non ita conſtabat ſolennitatẽ voti inſtitutã eſſe ab Eccleſia: vel ſecũdo dicunt alij ſolẽnitatẽ voti pertinere ad quãdam maiorem obligationẽ illius, quæ quodãmodo refertur ad ipſam voti ſubſtãtiam: mihi prima ſolutio potior viſa eſt, nam ſecunda patitur inſtantiam ex capite vnico de Voto, ex quo ſimplex votum non minus obligat apud Deum, quàm ſolenne, vnde ſiqua maior obligatio admitti poteſt in voto ſolenni, ſemper tandem ea reducenda eſt ad inſtitutionem Eccleſiæ. 3. D. Thom.

Colliges tertiò tria tantũ eſſe vota ſolennia, nam voti ſolennitas in triplici tantùm 4. Tria tantũ vota ſolennia.

materia verſatur, paupertatis videlicet, obedientiæ, & caſtitatis. Nõnulli Seraphici ordinis religioſi exiſtimant,ſe quarto voto ſolenni obligari:quia nimirùm dum profitentur,dicunt:*Promitto toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam fratrum Minorum in obedientia,ſine proprio,& in caſtitate;* in quo tamen modo profitẽdi nõ eſt aliud quartum votum diſtinctũ à precedentibus; ſtatim enim declaratur,in quo ſub voto debeat ſeruare regulam fratrũ Minorum:imò verò etiam ſi nihil amplius dicerent, quã *Promitto toto tempore vitæ meæ ſeruare regulam,* non proindè obligarentur ſubvoto ad obſeruantiam omnium, quæ continentur in regula, D. Thom.2.2.q.126.art.5.ad 1. nam qui hoc modo profitetur,ſolùm promittit obſeruantiam vitæ regularis,quæ in tribus votis ſubſtantialibus conſiſtit, nec Religioſi, cum dicunt, *profeſsionem facio,* vel, *promitto ſtabilitatem, & conuerſionem morum meorũ;* aliud promittunt, quã obedientiam, paupertatem, & caſtitatem: profeſsio enim ſolẽnis multis modis fit: vel vouens dicit, *promitto me ſeruaturum regulam,* vel, *promitto me obediturũ regulæ:* vel, *profeſsionem facio, & voueo perpetuam caſtitatem, paupertatem, & obedientiam ſecundum regulam, &c.* In quibus tamen ſuprà dictis prioribus dicendi modis ſub obedientia regulari intelliguntur caſtitas, & paupertas, licet non exprimantur: & præter hæc tria nihil aliud intelliguntur vouere, niſi exprimatur.

D. Thom.

Modi profitendi.

5. Specula.

Bene tamen aduertit Speculator de ſtatu monachor. q.36. non eo ipſo; quod aliquis vouet obedientiam, vouere etiam paupertatem, & caſtitatem, niſi addatur ſecũdùm talem regulam, quo pacto Patres Prædicatores, dum profitentur, exprimũt obedientiam ſecundùm regulam Sancti Patris Auguſtini, & ſui ordinis Conſtitutiones:aut niſi dum profitentur obedientiam,ſe abdicent à bonis temporalibus, vt poteſt colligi ex cap. Vidua de regul. & ex alijs iuris canonici locis;quod idem dices ſi quis voueat profitendo obedientiam monachalem ſeruato in cęteris ordine à Conc. Trident.ſtatuto ſeſſ.25.de regul.c.15.

Con.Trid.

6. Non obſtat etiam tradi-

tæ reſolutioni id, quod Palac. docet in 4. diſt. 38. diſput. 2. Minimos nimirum ordinis Sancti Franciſci de Paula emittere quartum votum ſolenne, quo promittunt ſe nunquam vſuros niſi cibis quadrageſimalibus, quoniā Eccleſia conſtituens ſolennitatem voti in profeſsione in religione approbata, ſola illa vota videtur pro ſolennibus habere, quæ ſunt de ſubſtantia religionis, & eſſentia illius, quale non eſt votum abſtinendi à cibis, qui non ſint quadrageſimales; nec ex eo quod votum ſit, & declaratur in profeſſione, ſtatim ſolenne redditur: poſſunt enim ſimul cū votis ſolennibus emitti vota ſimplicia: ſicque profeſsi è Societate pręter, & poſt vota ſolennia, alia vota ſimplicia emittūt, vt videbis apud Suarium, & Sanc. locis ſuprà citatis.

Palac. Soluitur obiectio. Suar. Sanc.

6. Alia obiectio ſoluitur.

Neque etiam obſtat quod aliqui dicunt, Patres Societatis, quos profeſſos dicunt quatuor votorum, emittere etiam quartum votum ſolenne diſtinctum à cæteris, quo ſpecialem obedientiam Sūmo Pontifici promittunt circa miſsiones in varias partes, ad quod exequendum ſe obligatos agnoſcunt, etiā cum grauiſsimo propriæ vitæ diſcrimine. Primò quoniam etiam ſi dicamus illud votum eſſe ſolenne, & à cæteris diſtinctum, non proinde colligi poſſet ſolennitatem reperiri extra triplicē materiam aſsignatam, videlicet obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, cum re vera illud eſſet vere votum obedientiæ, tuncque dicendum foret, prædictos Patres duo emittere obedientiæ vota, vnum commune cæteris Religionibus, alterum ſingulare, quo etiam cum grauiſsimo vitæ diſcrimine vouent ſe longiſsimas etiam miſsiones ad Sūmi Pontificis nutū prompte exequuturos.

Solennitas non verſatur extra triplicem materiam.

8. Exiſtimo tamen illud eſſe idem votum ſolenne obedientiæ intime, & intrinſece imbibitum in communi voto obedientiæ, quod omnes Religioſi in Religionibus à Sede Apoſtolica approbatis in profeſsione emittimus; cū enim Papa ſit omnium ſupremus, ac verus prælatus, illi omnes verè, ac propriiſſimè obedientiam promittimus, etiam ſi illum expreſsè non nominemus.

Digitized by Google

9\. Quod verò ea obedientia verſetur circa miſsiones in varias partes, etiam cum grauiſsimo vitæ diſcrimine non me plus mouet, vt in hoc diſtinctum votum ſolẽne agnoſcam. Nos etenim Eremitę Auguſtinenſes huius prouincię Luſitanię expreſsè profitemur miſsiones in orientales plagas, aliasq́; vltra marinas ab anno Domini 1580. quæ ſtatim profitentibus apud nos exponuntur, iuxta formam noſtrarum Cõſtitutionũ 2. p. cap.4. ibi: *Vel ſi volueris manere in Hiſpania, vel Portugallia, ipſi autem* (id eſt ſuperiores) *voluerint in Indias, vel partes vltramarinas, teneberis obedire eis, & non tibi complacere*, quæ omnia vouens ſe ſeruaturũ promittit, & ad eorum executionem ſe voto obedientiæ ſolẽniter adſtringit: quis autẽ has miſsiones ſine grauiſsimo vitæ diſcrimine ſe ad nutum prõptè adimpleturum reputabit? nullus planè qui ſciat, ſiquidem ipſam per ſe in orientales plagas nauigationem periculoſam ſatis, ne cum alijs inſanam dicam, experiuntur quotidiè Luſitani: adde quod ijdem ipſam Perſarum Regis curiã adire non recuſamus: teſtatur effuſus martyrũ ſanguis, quo apud orientales recens adhuc noſtrorum monaſteria irrigata florent: enumerare quam plures facilè eſſet, qui pro Chriſti fide paucos ante annos martyrij palmam cum gloria ſunt aſſequuti ex Haſponẽſi monaſterio, quod in ipſa Perſarũ Regis curia inter infideles habitant Auguſtinenſes noſtri, Frater Guilhelmus illuſtre ſubijt martyrium: apud Moſconitas Frater Nicolaus: apud Maurorum regem Ior Frater Raphael: apud Iapones Fr. Ferdinandus de S. Ioſepho, & cõplures alij, quos longum eſſet, & à ſcholaſtico inſtituto alienum, recenſere. Nec proinde nos hoc quartum votũ dicimus, ſed in communi obedientię voto incluſũ reputamus; quod non ſolũ in huiuſmodi miſſionibus, ſed & in alijs rebus nõ ſine magno vitæ diſcrimine exequimur; vt videre eſt in inſigni Xenodochio Vlixbonenſi, vbi ex multis regni religionibus ſuo ordine menſibus ſingulis bini & bini deputantur pro ſolatio, ac ſpirituali infirmantiũ ſalute, qui eis decedentibus

Luſitani Eremitæ Auguſtinẽſes profitẽtur expreſſè miſsiones in partes remotiſsimas dilatandæ fidei cauſa.

Martyres Auguſtinenſes apud Perſas, Moſcouitas, & Iappones.

adſint,

adſint, eiſque pœnitentiæ ſacramentum adminiſtrent, quod propter morborũ cõtagionem ſæpè cum valetudinis, imò & vitæ iactura mendicantium ordinum religioſi, prædicatores nimirũ Seraphici Patris Franciſci, Carmelitani, Trinitarijque, & Diui Ioannis Euangeliſtę exequuntur.

10. Quanuis autem in his & ſimilibus, & in prædictis miſsionibus diſtinctum votum à communi obedientia non agnoſcam, eſt tamẽ circunſtantia quædam, & extenſio illius ſatis laudabilis, & quæ religioſos viros, & vniuerſum ordinem nimis illuſtrabit, ſi religioſi nullius alterius lucri cupidi, ſed ſolo ducti animarum zelo illam promptè exequantur.

11. Pro complemento ſuperioris doctrinæ colliges, votum ſolenne paupertatis ſolennitate ipſa Eccleſiaſtico iure introducta reddere religioſum inhabilem ad retinendum dominium bonorum, & in poſterum acquirẽdum, nam ex antiquo iure monachus relinquens filios in ſæculo retinebat dominium bonorum, vt colligitur ex authent. de Sanctiſſimis Epiſc. collat. 9. ſiqua mulier: ergo cum eo tempore quo lex Imperatoris lata eſt, liceret monacho condere teſtamentũ, licebat quoque bonorum dominiũ retinere. Nec ſatisfaciunt qui dicunt hanc Imperatoris cõſtitutionem intelligendã eſſe de nouitijs tãtùm, quibus ex iure licet condere teſtamentum, & bonorum ſubſtantiam pro libito diuidere; nam cõmunis Doctorũ illam de monacho profeſſo intelligit, vt videbis apud Angel. verbo *Religio*, q. 24. Syluest. religio. 3. q. 24. Palud. Fulgent. Alexand. Felinum, & alios, quos refert, & ſequitur Azor lib. 12. c. 6. q. 4. *Angel. Syluest. Palud. Fulgent. Alexand. Felin. Azor.*

12. Quod verò votum ſolẽne paupertatis id ſuapte natura non habeat, probatur à Soto, quem alij ſequuntur, ea ratione, quoniam Epiſcopus Religioſus de licentia Papę retinet dominium bonorum: quę tamen probatio mihi valde dubia eſt, imò & apud Recentiores oppoſitũ multò probabilius eſt; & quidẽ quod religioſus profeſſus retinens ſtatum religioſum, neque à Sũmo Põtifice queat abſolui à pau- *Sotus.*

Religioſus manendo in ſtatu religioſo nō poteſt abſolui à voto paupertatis

Innoc.3.

pertatis voto eſt doctrina D.Tho.2.2.q.88.art.11.& q.185.ar.8.& probatur apertè ex cap.Cum ad monaſterium, de ſtatu monach. vbi Innocent. III. dicit abdicationem proprietatis, ſicut & cuſtodiā caſtitatis, adeò cōnecti cum regula, & ſtatu monachali, vt contra eam neque Sūmus Pōtifex poſſit licētiam concedere, quia quamuis dari poſsit verus religioſus non profeſſus retinens dominium bonorum temporalium: religioſus tamē profeſſus nemo eſſe poteſt cum tali dominio; & cōfirmatur quiá tria vota, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ita ex communi Doctorum placito ad religionis ſtatum pertinent, vt vel vno ſublato religioſus ſtatus corruat neceſſe ſit.

13. Quod tamen ſic intelliges vt religioſus ſtatus non permaneat ſi quis cum rerū temporaliū dominio ſimúl vſum habeat: nam ſine vſu ſcholares Societatis poſt paupertatis votum emiſſum per profeſsionem biēnij retinēt bonorum dominiū, illudq; conſeruant, vſque dum vltimam profeſsionē emittant, quod ſanè laudabile eſt in il-

Laus Societatis Ieſu.

lis, quibus ſæpè maioratus contingunt pinguéſque ac diuites poſſeſsiones, nec tamen vt illis in ſæculo liberè perfruantur à ſuo ſtatu vnquam retrocedere intēdūt, ſed ſæpè illis relictis ad vltimam profeſsionem tendūt. Eorum verò in hac re praxim, & conſuetudinem confirmauit Gregor. XIII. Vnde apertè colliges votū paupertatis non ex ſua natura reddere Religioſum inhabilem ad retinēdum dominiū bonorum, & in poſterum acquirendum, ſed id habere ab ipſa ſolēnitate, proindeq; ab Eccleſiæ authoritate, & inſtitutione.

Grego.13.

Poſſe autem Sūmum Pōtificem ex cauſa rationabili diſpenſare in voto ſolenni paupertatis eſt receptiſsima concluſio, quam defendunt omnes illi, qui vel abſolutè concedunt diſpenſare poſſe cum profeſſo religioſo, vel id concedunt in voto ſolenni caſtitatis, inter quos ſunt Hoſtienſ.lib.1.tit.2.§.11.q.1.Palud.in 4.d.38.& ſequūtur Henriq. lib.11.de Sacrament. cap. 8. §. 10. litera F. probaturq;, quoniam Papa diſpenſat in voto ſolenni caſtitatis, neque iſtius maius 14.

Hoſtienſ. Palud. Henriq.

eſt vinculum, quàm illius: & quanuis Nauar. neget dari poſſe cauſam legitimam, & rationabilem tali diſpenſationi, probabilius tamen eſt illam poſſe dari: ſatis autē iuſta cauſa erit, ſi aliquis diſpenſante Summo Pontifice ex Religione trahatur ad regnum: ſi enim monachus ex cauſa vrgente abſoluatur à monachatu vt ducat vxorē, vt quid amplius paupertatis voto tenebitur? Et de facto ſunt qui affirment, Summum Pontificem ſæpè iam in tali voto diſpenſaſſe, cum Ramyro nimirum Aragonio Rege Poloniæ, cum Nicolao Iuſtiniano ex familia B. Laurentij Iuſtiniani apud Venetos, cum Conſtātia filia Rogerij Regis Ceciliæ, quæ Hērico ſexto nūpſit, & cum alijs non paucis.

Nauar. reiicitur.

15. Maius dubium eſt an de facto Summus Pontifex diſpenſet cum ijs, qui ex Religione aſſumuntur ad Cardinalitiam, aut epiſcopalem dignitatem, cui annexi ſunt ſeculares tituli; vidētur enim hi à voto paupertatis abſolui, tum quia ratione muneris vidētur acquirere dominium portionis ſibi debitæ; tum quia teſtamēta condūt, quod profeſsis non licet; tū quia ex cap. Statutū, 18. q. 1. ſunt hęredes legitimi ſuorū, atque, vt tales, habēt ius obtinendi paternam hæreditatem; tum quia de iure communi eſt, vt clerici reſidentes, qui diuinis officijs interſunt, acquirāt ſibi ius & dominium fructuū, ac annuos redditus ſuo nomine petant, & percipiant, & contra aduerſarios litem mouentes, eoſdem reditus defendunt illosq; recuperāt; tum quia ex ſentētia Cardinalium cōmuni vſu recepta in Clem. 2. ſed & tales, de vita, & honeſtate clericorum, Religioſus ad beneficium, & dignitatem erectus tam latè poteſt fructus expendere, quā ſecularis clericus, quia habet verum eorum dominiū: ex quibus ſequitur, vt non omnino abſurdè doceāt, qui dicunt votum paupertatis pugnare cum munere Pontificis, quia iure communi habet Pontifex reditus ad alendum ſe, & diſtribuendū in pauperes, alioſque pios vſus, eodem enim modo abſoluitur à iugo profeſsionis, & cæteris regulæ obſeruantijs, quę pugnant cū ordine, & dignitate pontificia.

An de facto Sum. Pontif. diſpenſet cum Epiſcopis religioſis.

Proba-

16. Oppoſitũ probabilius. D. Thom. Probabilius tamen multò eſt quod docet D. Tho. 2.2. q.89. art.11. & infr. q. 185. art. 8. & cum eo multi alij, Cardinales ſcilicèt & Epiſcopos religioſos non abſolui à voto paupertatis, neque dominos fructuum, ac reddituum Eccleſiaſticorũ, ſed adminiſtratores eſſe, ac diſpenſatores: neque oppoſitum huic ſententiæ decernitur in c. *Statutum*, 18. q.1. C. Statutũ. Nam cum ibi dubitatum ſit, an eorum bona poſt dignitatem acquiſita ad monaſteria pertinerẽt, definitum eſt in eo capite ad eas Eccleſias pertinere, quibus religioſi pręficiũtur, & cauſa eſt, quia à iugo regulæ, & profeſsionis liberantur cum ad Eccleſias aſſumuntur, & prætereá ſicut antea paterna eorum hæreditas ad monaſterium deuentura erat ſi capax eſſet hæreditatis acquirendæ, ita poſteá ad ipſos deueniet, & per ipſos ad Eccleſias, ſicut & cætera, quæ arte, labore, ac induſtria, vel quolibet alio modo acquirunt; & licet Summi Pontificis beneficio condere poſſent teſtamẽta, & bona quę habent diſtribuere in quos vſus voluerint, non proindè à paupertatis voto abſoluũtur, aut talium bonorũ proprietatem, aut dominiũ habent. Vnde quæ pro oppoſita ſententia adducuntur ſolùm probant Cardinalibus, & Epiſcopis religioſis concedi vſum bonorum temporalium, quemadmodum cõceditur aliquibus religioſis militaribus, alijſque non militaribus nec proinde cũ eis diſpenſatur in ſolẽni voto paupertatis.

Circa caſtitatem ſimiliter complures ex antiquioribus exiſtimarunt non poſſe religioſum profeſſum ab ea abſolui, ita ex Gloſ. in c. Cũ ad monaſteriũ, de ſtatu monach. ſequitur Altiſiod. in Sum. lib.3. tract.28. c.1. q.2. Soto 7. de Iuſtit. & iur. q.4. ar.2. Sylueſt. vot.4. q.5. Armila verbo *Diſpenſatio*, n.12. Tabien. q.7. Quæ ſententia probari poteſt primò, quoniam ex Dei præcepto Leuit. vltim. iuxta D. Thomã, quod eſt conſecratum Domino nõ poteſt in alios vſus cõmutari, ſed religioſus per ſuam profeſsionem, in qua ſolenne votũ caſtitatis emittit, Domino conſecratur; ergo per nullam diſpenſatio nẽ poteſt in alios vſus tranſ- 17. Quid de voto caſtitatis? Gloſ. Altiſiod. Sotus. Syluest. Armil. Tabien. Leuit. vlt. D. Thom.

ferri.

ferri: adde, quod ſacerdos conſecratus Deo nunquam poteſt fieri non conſecratus.

18. ſecunda. Deinde ſtatus religioſus ex eo quia eſt longè perfectior ſtatu matrimonij, eſt incompoſsibilis cum eo: ergo nunquam poterit interuenire talis cauſa; propter quā ſtatus perfectior in minus perfectum cōmutetur. Tertia. Tertiò quoniam minus eſt matrimonium tātummodò ratum diſſoluere, quam in ſolenni voto caſtitatis diſpēſare, ſed illud fieri non poteſt à Summo Pōtifice: ergo neque hoc. Confirm. Et confirmatur, quoniam aliter ſequeretur poſſe aliquem duas vxores ſimul habere: nam poteſt princeps matrimonio rato, ſed non conſūmato, religionem ingredi, in eaque profiteri, & deinde vrgente maxima regni neceſsitate abſolui, vt nubat regiæ ſtirpis fœminæ, ex qua Regno hęredem relinquat: quod contingere poteſt viuēte adhuc priori vxore, proindeq; duas ſimul vxores habebit.

19. Vera ſententia. His tamen non obſtantibus poſſe Sum. Pontif. cum monacho profeſſo ad contrahēdum matrimoniū diſpenſare eſt communior, ac verior ſententia, quam ſequuntur communiter Theologi, Bonau. in 4. d. 38. art. 2. q. 3. Richard. ar. 9. q. 1. ad 4. & ad 5. Scot. & Dur. q. 2. Maj. q. 14. Palud. q. 4. art. 3. Palac. q. 4. artic. 4. concl. 11. & hæc proculdubio eſt ſentētia D. Thom. in 4. d. 38. q. 1. art. 4. quæſtiunc. 1. ad 3. Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 11. Henric. quodlib. 5. q. 28. Heruęi quolib. 11. q. 25. & cōpluriū aliorū, quos videre latiſsimè poteris apud Sanc. lib. 8. de diſpenſationibus diſput. 8. n. 7. & pro ea ſtant communiter Canoniſtæ in c. Cum ad monaſterium, de ſtatu monach. & in cap. Quod votum, de Voto. *D. Bonau. Richard. Scot. Durand. Mai. Palud. Palac. D. Thom. Caiet. Henric. Heruæus. Sanc.*

Probatur. Probatur verò primò, quoniam ſolennitas impediens, ac dirimens matrimonium in voto introducta eſt authoritate Eccleſiæ: ergo per eandem Eccleſiam diſſolui poteſt, neque enim rationabile eſſet manere in Eccleſia authoritatem ad ligandum, quod, ſi expediat, non poſsit diſſoluere. Confirm. Et confirmatur, quoniam ex eo in Eccleſia admittitur poteſtas diſpenſandi in votis ſimplicibus, quia neceſſaria eſt ad rectam Chriſtianę Reipub. adminiſtrationem: ſed fieri etiam

poteſt vt communis Eccleſię pax, aut Chriſtianę Reip. adminiſtratio poſtulet talẽ diſpenſationem; ergo ad illã agnoſcenda eſt in Eccleſia poteſtas: talis autem cauſa nunquam erit priuatum aliquod bonum aut commodum profeſsi, ſed neceſſariò erit cauſa communis, publicumq́ue bonum, quod præponderet bono particularis continentiæ, vt optimè Catharin. lib. 5. in Caiet. contra eum oſtendit in ea quęſt. an Papa diſpenſare poſsit in voto ordinis ſacri? in qua Caiet. Opuſc. tom. 1. tract. 27. de diſpẽſatione matrimonij in occid. Eccleſia, ad talis diſpenſationis honeſtatem ſufficiẽtem cauſam dicit maius bonũ particulare ipſiuſmet clerici, conſideratis circunſtantijs, quam obſeruationẽ caſtitatis. *Catharin. Caiet.*

20. *Azor. Abbas.* Circa quod optimè Azor lib. 13. inſtit. moral. c. 13. q. 5. arguit & reprehendit Abbatem, quod in c. Cum olim, nu. 5. de cleric. coniug. diceret, ſalubre fore ſtatutum arbitrio clericorũ relinquens, velint nuptijs copulari, nec ne: neque enim ob iniquorum incontinentiam tam ſacra ab Eccleſia inſtituta cõſuetudo & lex debebat vnquam relaxari. Vnde vt idẽ Azor notauit, nunquam occurret neceſsitas tam grauis, & vrgens, vt cum omnibus in vniuerſum, & ſacris initiatis, & initiandis diſpenſetur. *Azor.*

Secundò in voto ſolenni quatuor conſiderari poſsũt, ex quibus prouenire intelligatur quod ipſum ſit indiſpenſabile à Summo Pontif. promiſsio nimirũ, traditio, conſecratio vouentis in cultum Dei, & ſolennitas ipſa, ſi, vt diximus, ſit aliquid ab his diſtinctum: promiſſio autem non impedit legitimam diſpenſationem, aliter enim ſimplex votum de re præſenti eſſet etiã indiſpenſabile, cum, vt diximus, eiuſdem rationis ſit in hoc cum voto ſolenni, cum ex iure diuino, & naturali habeat quoque vim obligãdi. Neq; etiam traditio impedit, quia hæc pendet ab Eccleſia acceptante, & abſque illius acceptatione non poteſt effectum ſortiri: vnde obligatio pendens à voluntaria Eccleſiæ acceptatione, poteſt per huiuſmodi Eccleſiæ voluntatem tolli. Tertiò cõſecratio non obſtat, nam ex iuſta 21. *Q[...] in voto [...]lennie, [...]nuntur.*

causa

cauſa poteſt res Deo conſecrata conuerti in profanos vſus, ſicque ex calice conſecrato fieri pecunia in caſu ſummæ neceſsitatis: iam verò ſolennitas ſicut ab Eccleſia introducta eſt, ita poteſt ab eadem tolli.

22. *Diſpenſatus in voto ſolenni, excluditur à ſtatu religioſo.*

Illud tamen non eſt negandum, illum cum quo ſic diſpenſatum fuerit excludi ſtatim à religioſo ſtatu, qui cum matrimonio ſtare non poteſt. Tandem vt refert Caiet. citatus, & complures alij, ſæpe iam Summi Pontifices diſpenſarunt cum monachis profeſsis ad matrimonium contrahendũ, nam Alexand. III. diſpenſauit cũ Nicolao Iuſtiniano, vt duceret Annam filiam Vitatilis ducis Venetorũ, idemq; Alex. diſpenſauit cum Ramyro Aragonio monacho S. Benedicti, & Clemens 2. cum Caſymiro Polonio, Cęleſtinus ſeptimus cum Conſtantia filia Regis Siciliæ, Clemen. 7. cum militibus profeſsis ordinum Calatrauæ, & Alcantaræ in Hiſpania, qui tunc ſic viuebant, ſicut nunc milites D. Ioannis.

Caiet. *Alex. 3.* *Clem. 2.* *Cœleſtin. 7.* *Clem. 7.*

23. *Ad 1. reſp.*

Vnde ad primum in oppoſitum dices, rem Deo ſacratam non debere ſine cauſa in alios vſus transferri, verùm ex cauſa rationabili poſſe in alios commutari, vt dictum eſt. Id quod additur in argumento non habet vim, nam religioſus in profeſsione nullum accipit characterem, at verò ſacerdos in ordine recipit, fit autem profeſſus per talem diſpenſatiõe ex monacho nõ monachus.

Ad ſecundum reſpond. religionem eſſe matrimonio perfectiorem: aſt poſſe dari vrgentes cauſas communes, ob quas matrimonium prępondereret vnius continentiæ. 24. *Ad 2.*

Ad tertium ſunt qui velint, Summum Pontificem poſſe diſpenſare in matrimonio rato, ita vt ſoluto eius vinculo poſsint coniuges liberè alijs nubere, quã ſententiam probabilem dicit Azor lib. 12. cap. 7. ad finem primæ quæſtionis, & probabiliorem dicit Sancius lib. 2. de eſſentia matrimon. diſput. 14. num. 2. Pro qua multos citat. In hac ſententia corruit fundamentũ, quo nititur argumentũ oppoſitum. Oppoſita tamen ſententia, quæ negat in matri- 25. *Ad 3.*

Azor. *Sancius.*

monio rato poſſe dari huiuſmodi diſpenſationem, eſt multorum Theologorũ cũ Scoto in 4.diſt.31. q.1. verſ. *Tertio modo dici poteſt*, Bonauent. Palud. Almaini, Soti, Ledeſmij, Cordubæ, & aliorum; vnde aſsignandum eſt diſcrimen etiam in hac ſententia, ſi probabilis dicatur, dicendumq; eſt, ſiue maius, ſiue minus vinculum ſit in matrimonio rato, quàm in voto ſolenni, non eſſe tamẽ æqualem rationem diſpenſandi in matrimonio rato, ſicut in voto, vt diſcurrenti patebit: prima ſolutio probabiliori nititur fundamento. Nam non ſolùm probabilius eſt poſſe Sum. Pontificem diſpenſare in matrimonio rato, ſed ſi fides habẽda eſt grauiſsimis authoribus, iam Summi Pontifices diſpenſarunt, Martin.5. teſte D.Anton.3.p. tit.1. cap.21. §. 3. & eodẽ teſte Eugenius 4. & Nauar.c.22.n.21. refert Paulum 3. & Pium 4. diſpenſaſſe, & Caiet. in opuſc. tract.28. quęſt. vnica de matrim. refert ſuo tempore ſæpè Pontifices diſpenſaſſe, hos & alios refert Sancius loco citato.

Scot. *D. Bonau.* *Palud.* *Almain.* *Sotus.* *Ledeſm.* *Cordub.*

Diſcrimen inter matrimoniũ ratum, & votum ſolenne.

D. Anton. *Nauar.* *Caiet.* *Sanc.*

26. Ad confirmationem, reſpondetur, nunquam in diſpenſatione Summi Pontificis fore, vt quis duas vxores ſimul habeat: nam, qui à matrimonio tantum rato ad religionem tranſijt, non aliter per profeſsionem à vinculo matrimonij abſoluitur, quã ſi per mortem naturalem deſijſſet, vnde relicta vxor poſt coniugis profeſsionem abſoluitur, nubereque poteſt liberè cui voluerit: ſi ergo cum tali profeſſo diſpenſetur, poterit proculdubio aliam ducere, ſiquidem prior iam non eſt eius vxor.

Soluitur confirmatio.

27. Colliges tandem ex c.Cũ ad monaſt. de ſtatu monach. eo ipſo, quo Summus Pont. diſpenſauerit cum religioſo profeſſo ad matrimonium cõtrahendum, illum quoq; abſolui à voto paupertatis, & obedientiæ, imò verò & abſoluitur ab obligatione recitandi officium diuinũ: nec obſtat Nauar. dicẽs eum teneri, niſi Sum.Pont. ita cum eo diſpenſet, vt illum eximat ab obligatione ſtatus religioſi; fruſtranea eſt enim iſta diſtinctio, cũ eo ipſo, quo cum illo diſpenſat ad ducẽdam vxorem eum à ſtatu religioſo quantum eſt ex parte ſua eximat: neque enim

Diſpenſatus in caſtitate, abſoluitur ab obedientia, & paupertate.

Nauar.

ſtatus

Digitized by Google

ſtatus religioſus ſine voto caſtitatis, in quo eſſentialiter conſiſtit, poteſt ſubſiſtere. Nec Emman. Roderic. tom. 1. Sum. in 2. edit. c. 141. n. 14. rectè diſtinguit dicēs, abſolui ab onere recitandi horas á die, quo trāſijt ad nuptias, antea verò teneri; melius enim Sanc. dicit, ſtatim abſolui vbi primum monaſticam vitam deſeruit ex dicta diſpenſatione, & loco habitus religionis ſeculares veſtes induit.

Emman. Roder.

Sanc.

28. Votum ſolenne obedientiæ diſpenſabile.

28. Supereſt circa votū obedientiæ an in eo Sum. Pont. diſpēſare poſsit? De quo, ſuppoſitis jjs, quæ diximus de voto caſtitatis, dubitari non poteſt; vtrum verò de facto, qui ad Cardinalatus, Epiſcopatus, aliaſvè ſimiles dignitates extra ordinē aſſumuntur, ab obedientiæ voto abſoluantur, ac proinde religioſi eſſe deſinant, dubium eſt.

29. In eo primo certū eſt, eos, ſi á voto obedientiæ abſoluerentur, non manere amplius religioſos, nam ſtatus religioſus in tribus votis ſubſtantialibus eſſentialiter cōſiſtit, ita vt vel vno ſublato, euaneſcat, vt ſuprá diximus.

30. Secundò dicendū eſt, huiuſmodi prælatos, Epiſcopos, & Cardinales nō amittere religioſum ſtatum, proindeq; à voto obediētiæ nō abſolui. Hæc eſt communis apud Doctores; quæ probari poteſt primò, quia habitum religionis adhuc retinent, vt probatur in c. In nouo, 18. q. 7. in c. Monachus, 16. q. 1. c. Clerici officio de vita & honeſtate clericorū, vbi ſtatuitur, vt monachi ad epiſcopatum aſſumpti deferant habitum monaſticum: vnde non deſunt qui exſtiment illos incurrere excōmunicationem contentā in cap. Vt pericu!oſa, ne clerici vel monach. in 6. ſi depoſito habitu monaſtico aſſumāt tunicam ex lino albo, quam rochetum dicimus, vide Sylueſt. religio. 7. q. 11. & alios, quos citat Cou. c. 2. de teſtament. n. 1.

Religioſi Epiſcopi non abſoluuntur à voto obedientiæ.

Syluest.

Couar.

Secūdò quia ſi huiuſmodi Epiſcopus profeſſus munus Pontificis deponat, tenetur ad monaſterium reddire, quod multi fecerunt: & confirmatur, quoniā qui poſt ſimplex caſtitatis votū vxorem duxit, ea mortua, tenetur deinceps ad ſeruandam caſtitatē: cap. ex parte: de conuerſ. coniuga. 31.

31. Si munus deſerunt redibunt ad monaſterium.

Digitized by Google

32. Obiectio. Quod ſi obijcias, Epiſcopos, qui ex religionibus aſſumuntur, ex cap. *Statutum*, 15. q 1. eximi ab omnibus religionis oneribus, ac muneribus, proindeq; etiam ab obedientia.

33. Dilutio. Reſpondetur, Epiſcopum religioſum abſolui ab obedientia, & iuriſdictione prælatorum religionis, & à pœnis regulæ, & ab omnibus illis obſeruantijs, quæ Pontificis munus impediūt, aut minus decent dignitatē, quā exercet.

34. Vtrùm verò teneatur etiā ad illas obſeruantias, quæ nec eius officiū impediunt, nec epiſcopalem dignitatem dedecent, & quæ ſecretò poſſunt adimpleri, quales ſunt abſtinere à carnibus ex ſtatuto regulæ, & ſimiles, non ita conſtat: nam Gloſſ. in cap. *de Monachis*, 16. q. 1. & cap. *Statutum*, ſupra citatum, Iaſon, & Turrecremata in d. cap. de Monachis, illum dicunt à lege ieiunandi eſſe liberum, quod Epiſcopum non deceat ieiunare, & á carnibus abſtinere ex obligatione prioris ſtatuti: fauet Archidiac. eod. cap. de Monachis, Abbas in cap. Clerici officio, de vita & honeſtate clericorum, n. 18. qui Godofredum, & Hoſtienſem ſequuntur: & in citato Capite, Clerici officio; rectè aduertit Abbas, eum in recitatione diuini officij debere ſe conformare cum Eccleſia, cui præeſt, & quam accepit ſponſam per ſpirituale matrimonium.

Gloſſ. *Iaſon.* *Turrecr.* *Archidia.* *Abbas.* *Godofred.* *Hoſtienſ.* *Abbas.*

35. Probabile eſt. Probabile ſanè eſt, religioſum Epiſcopum exemptum eſſe ab omnibus ordinis obſeruantijs, tantumque teneri ad habitum religionis, & tria vota, quoad fieri poſſit: nam materia obedientiæ illi ſubtrahitur, proindeque illius vſum habere non poteſt.

36. D. Thom. Verùm licet hæc ita ſint, D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. ad 4. & q. 183. art. 8. ſimpliciter affirmat, illum teneri ſeruare illas ordinis ſui obſeruantias, quæ ſtare poſſunt cum officio, & dignitate epiſcopali, non verò ad alias, & ita conciliare ſe credit illa duo Capita, c. *De monachis*, & c. *Statutum*, quæ ſibi viſa ſunt contraria: vnde Caiet. citato artic. 8. quæſtionis 83. illos credit teneri ad ieiunia ordinis, & abſtinentiam à carnibus; & cum Caiet. ſunt alij. Hæc dixi non vt omnino

Digitized by Google

itior ſen tentia.

certa habeantur, ſed vt tanquam magis tuta exerceantur, eſt enim magna authoritas D. Thomæ, quam in hac re eneruare non erit ita facile. Sed quoniam cætera, quæ vota ſolennia conſequuntur, non libet amplius examinare, ad alia properemus.

QVÆSTIO SEXTA POSITIVA.

Videritne B. Ioannes Sahaguntinus Eremita Auguſtinenſis veram, dum Sacrum ageret, an apparentem Chriſti carnem?

Ad illa verba Exodi. 33.

Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum.

1. SICVT ex citatis verbis Exodi, & ex ijs, quę Nu. 12. de eodẽ Moyſe cum Deo colloquente tradit ſacra pagina, quod Moyſes facie ad faciem Deum alloquebatur, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum: ita pariter Chriſtus Dominus ſub ſacramẽtalibus ſpeciebus exiſtens, quaſi depoſito illo velamine, quo naturali rationi occultus, fidei tantum credentium certus adeſt, B. Ioannem de Sahagum ſic alloquebatur, edocebat, cum eoq; familiariter agebat, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuũ. Quod verò ipſe cum Chriſto in ſacramento exiſtente ſic familiariter ageret, ſatis tritum, ac vulgatũ eſt, compertũq; in examine canonizationis ipſius. Illudque omni fide digniſsimus refert B. Archipræſul Valentinus Fr. Thomas à Villa noua Auguſtinenſis, vir ſanctiſsimus, &

Num. 12.

Ioann. Almen. can. 6. R. Thom. à Villanoua.

breui ſolenniter Cathalogo Sanctorum adſcribẽdus, ſermone 2. in feſto ſanctiſsimi Corporis Chriſti, & poſt eũ complures alij id ipſum tãquam notiſsimum atteſtantur, inter quos pro mille ſufficeret meritiſsimis Primarius Salmanticenſis Fr. Auguſtinus Antolines in vita ipſius Ioan. Sahagũtini. Res verò ſic comperta eſt: nam admonitus ſemel atque iterum à ſuperiore, quod moroſè nimis Sacrum ageret, cũ iam de hoc durius animaduerteretur: *Ignoſce*, dixit, *pater mi, nam aliud vtique facere non poſſum, qui quotidie Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fulgentem in hoſtia iſtis oculis peccator inſpicio.*

Cap. 27.

Hier. .p. hiſtor. Hiſpan. & in Chron. ord. Auguſt.

2. Qua veritate præmiſſa, & ſatis ſtabilita, iam præſenti dubitationi fit dubitandi locus, an B. Ioannes veram in Euchariſtia, an apparentem tantùm, viderit Chriſti carnem? Pro cuius elucidatione animaduerſũ volo ex D. Thoma 3. p. q. 76. artic. 8. duobus modis contingere immutationes huiuſmodi, ex quibus prouenit, quod aliquid aliud præter ſacramentales ſpecies videatur in Sacramento Dominico. Primò per ſolam immutationẽ potentiæ factam in oculis abſque aliqua ipſarum ſpecierum mutatione, qualis eſt illa apparitio, qua diuerſi diuerſa vno & eodem tempore conſpiciunt, aut eidem ſucceſsiuè diuerſa ſeſe conſpicienda videntur exhibere: ſecũdo modo per ſolam immutationem ſacramẽtalium ſpecierum, quod tunc contingit, quando idem omnibus longo apparet tempore, vt Abulæ cernere eſt; & videre etiam eſt Darocæ in regno Aragoniæ, adhuc enim in corporali cernitur hoſtia carnea, & ſanguinea. Quibus duobus modis accedere poteſt tertius, ſi nimirũm immutatio fiat tum ex parte ſpecierum, tũm ex parte potentiæ, vt contingit n icelebertimo illo miraculo Scalabitano in noſtro Luſitaniȩ regno, vbi quid cruentatum cernitur, & maculis reſperſũ ſanguineis, quod cum permanenter videatur, immutationẽ ex parte ſpecierum oſtendit: cum verò Chriſti effigies diuerſæ à diuerſis eodem tempore notentur, immutationem etiã manifeſtam arguit ex parte potentiæ.

D. Thom.

Duplex immutatio in apparitionibus Euchariſtiæ.

Alius modus.

Secun-

3. Secundo illud etiam animaduerſione dignum ſeſe offert, dupliciter adhuc fieri huiuſmodi apparitiones in hoſtia, aut calice: primò cũ ſenſibili præſentia Chriſti, carnisve, aut ſanguinis eius: ſic euenit in eo, quod Cyprian. refert in lib. de lapſis, & Chryſoſt. lib. 6. de Sacerdotio, vbi in Eccleſia viſę ſunt ſacramẽtales ſpecies inter ſplendorem, auditis etiã decantantium Angelorum vocibus: cum autem ex huiuſmodi viſionibus nulla in ſacramẽtalibus ſpeciebus mutatio aut alteratio inferri poſsit, proculdubio Chriſtus Dominus, qui antea ſub illis erat, adhuc permanet: idemq; iudicium ferendum eſt, ſi quando ſpecies ſacramẽtales ſuo proprio impulſu viſæ ſunt moueri; quod cõtigit, quãdo ab infidelibus in ignem proiectæ ipſæ penitus illæſæ ſurſũ motæ ſũt: ſic etiam ab hæreticis conculcatæ, & cõtuſæ integræ, & intactę permanſerunt, vt videre eſt apud Paſchaſium lib. de Corp. & ſang. Domini c. 14. Garet. 4. & 5. claſſe ſui lib. Guitmund. atq; alios.

Cyprian. *Chryſoſt.* *Garet.* *Paſchaſ.* *Guitmũd.*

4. Simile etiam eſt, quod aliquando propter indiſpoſitionem indignè ad cœleſte conuiuium accedentis ipſæ ſpecies ſacramẽtales ita patenæ adhæſerunt, vt nulla vi diuelli potuiſſent. Quocirca ſcitu dignum eſt illud, quod refert Cyprian. citat. lib. de lapſis, ſe ipſo præſente cuidam puellæ accidiſſe: res hæc erat. Tyrannicam vim, ac rabiem tempore Cypriani in Chriſti Domini gregem ſæuientium barbarorũ parentes cuiuſdã puellæ declinantes, dum nimis trepidi ſibi conſulunt, paruulam filiam ſub nutricis alimento reliquerũt; relictam defert nutrix ad magiſtratus, cui apud idolum, quò populus confluebat, quod carnem non dum per ætatẽ edere potuiſſet, panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione ſuperérat pereuntium, tradidere: educatam poſteà natam recepit mater, ſed facinus puella commiſſum tam loqui, & indicare non potuit, quam nec intelligere prius valuit, nec arcere. Ignoratione (inquit Cyprianus) obreptum eſt, vt ſacrificantibus nobis eam ſecum mater deferret: ſed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ *D. Cypr.*

& orationis impatiens, nũc ploratu cõcutitur, nunc mẽtis æſtu cœpit fluctuabunda iactari; & veluti tortore vrgente, quibus poterat indicijs conſcientiam facti in teneris adhuc annis, & ſimplicibus, rudis anima fatebatur: vbi verò peractis ſolennibus (vt tunc motis erat) calicem cæpit diaconus offerre præſentibus, & accipientibus cæteris locus puellę adueniret, faciem ſuam cœpit intuitu diuinæ maieſtatis auertere, os labijs premere obturantibus, calicem recuſare: perſtitit tamen diaconus, & reluctanti licet de ſacramento calicis effudit: tunc (res mira) ſequitur ſingultus, & vomitus; in corpore vtique violato Euchariſtia permanere nõ potuit: ſanctificatus enim Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit, tanta eſt Domini poteſtas, tanta maieſtas.

Antiquus Eccleſiæ mos.

5. Non diſsimile contigit fæminæ alteri iam prouectiori, teſte eodem Cypriano loco citato, quę non cœleſtem cibum in cœleſti conuiuio ſumpſit, non vitam hauſit è fonte vitæ, ſed gladium, quo traijceretur, deglutiuit, lethale venenũ guſtauit, quo extabeſceret; intra fauces enim & pectus Domini ſanguinẽ admittens angi incipit, & anima exæſtuãte cæpit poſteà concludi, & preſſuram non iam perſecutionis, ſed delicti ſui paſſa, palpitans, & tremens concidit; impunitum diù non fuit, nec occultum diſsimulatæ conſcientiæ crimen; quæ feſellerat hominem, Deum ſenſit vltorem: vt enim Paulus 1. Corinth. 10. *Non poteſt quis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, nec ſimul menſæ Domini particeps eſſe, & menſæ dæmoniorũ*; cuius ſimile præceptum erat Leuitic. 22. de ſanctis carnibus: *Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunque manducauerit ex carne ſacrificij ſalutaris, quod eſt Domini, & immunditia ipſius ſuper ipſum eſt, peribit anima illa de populo ſuo.* Ad quẽ locum Cyprian. lib. 13. epiſt. 14. & 16. poſt multa inquit: Irrita, & falſa pax periculoſa dantibus, & nihil profutura accipientibus, non quærunt ſanitatis patientiam, nec veram de ſatisfactione medicinam. Pro qua re eleganti, & ſatis accõmoda, vtitur ſimilitudine Chryſoſt. hom. 17.

D. Cyprianus. 1. Cor. 10. Leuit. 22. Cyprian. Chryſoſt.

super

ſuper epiſt. ad Hebræos: dũ enim de frequenti, aut minus cõſueta huius ſacramẽti ſumptione diſputat, ſic inquit: *Plurimi ex hoc ſacrificio ſemel accipiunt in toto anno, alij bis, alij ſæpius: quid eſt quod magis acceptabimus? & reſpondet, neque illos, qui ſemel, neque qui ſæpius, neque qui raro, ſed eos, qui cum munda conſcientia, qui cum mundo corde, qui cum vita irreprehenſibili; iſti ſemper accedant; qui vèrò tales non ſunt, neque ſemel: quid ita? quia iudicium accipiunt, & damnationem, & ſupplicium: & non mireris, ſicut enim cibus naturaliter nutritiuus exiſtens, ſi in eum, qui prauis cibis corruptus eſt, incidat, omnia perdit, & corrumpit, & efficitur occaſio mali: ſic etiam iſta, quæ ad hæc terribilia pertinent ſacramenta.* Ecce quomodo ex Chryſoſtomo ex vitæ fonte mortem impij hauriunt, & ſupplicium. Ex Theodoret. p.2. *Vitam tuam exactè iudica, conſcientiam ſcrutare, & examina, & tunc Dominum ſuſcipe: non ſolum enim illinc ſalutem nõ aſſequeris, ſi iniquè acceperis, ſed tuæ etiam in eum petulantiæ, & iniuriæ pœnas dabis.* Quod etiam nõnulli adhuc de temporalibus pœnis intellectũ volunt: ſic enim 1. Cor. 11. dum Paulus indignè accedentes arguens addidit: *Ideò inter vos multi imbecilles, & infirmi, & dormiunt multi:* Theophylact. de temporaneis cladibus intelligit: D. Gregor. libr. 4. Dialog. c. 38. de peſte, quæ tunc Corinthi graſſabatur.

[Simile. — Theodoret. — 1. Cor. 11. — Theophyl. — D. Greg.]

6. Sed redeuntes ad inſtitutum, in omnibus huiuſmodi miraculis non eſt dubitandũ, Chriſti corpus verè ſub ſpeciebus permanere: & idẽ à fortiori conuincitur, quãdo miracula nõ ſolùm Chriſti præſentiam non tollunt, ſed potiùs eam confirmant: multa huius generis mitto, quæ afferri poſſent. Prætereo iam Agapitum loquelam muto, applicato corpore Domini, reſtituentem: nõ dico Benedictum, mortuum applicato ſimiliter corpore Dominico ad vitam reuocãtem; hęc enim, apparitiones, de quibus agimus, non continent. Verba Bernardi, quę in eius vita habentur libr. 1. c. 7. prætetire nequeo: dum enim à dæmonis preſſura applicato Chriſti corpore fęminam liberat: *Adeſt* (dixit Pater ſanctiſsimus) *inique ſpiritus, iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas, adeſt ille, qui pro noſtra*

[Greg. libr. 3. Dialog. 3. — D. Bern.]

ſalute paſſurus dixit, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et in hac fide præcipiens illi, exire coegit, & obedi re.

7. D. Ignat. Corp. Chriſti antidotum cõtra mortẽ, vnde habeat.

Quocirca rectè Beatus Ignatius corpus Chriſti in Euchariſtia vocauit medicamentum immortalitatis, antidotum contra mortẽ. Vnde ex perceptione corporis Chriſti Domini in Euchariſtia colligunt complures ex Patribus reſurrectionem noſtram, quaſi virtus quædam veluti ſeminalis ſit in carne Chriſti Domini propter cõiunctionem cum diuinitate, à qua proueniat mirabilis iſte effectus, quod ſcilicet eos, qui dignè ſumunt, viuificet, & veluti immortales reddat.

8. Cyrill. Ioan. 15.

Sic cõtra Neſtorianos Cyrill. à poſteriori, in Ioan. c. 15. ex hoc effectu mirabili probat, carnem Chriſti diuinitati in vnitatem perſonæ fuiſſe cõiunctã ineffabiliter, & vltra quam poſsit mens humana intelligere. *Verbum* (inquit) *humanitati cõiunctũ totam in ſe ipſum ita reduxit, vt indigentiam vitæ poſsit viuificare; ſic interitum à natura humana expulit, & mortem, quæ peccato plurimũ poterat, deſtruxit.* Idemq; apud ipſum videri poteſt c. 24. & in epiſt. ad Neſtorium nomine Cõcilij Epheſini: id ipſũ apud Irenæum lib. 4. cap. 34. habetur, vbi dicit ex perceptione carnis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ carnem noſtram naturam quandã immortalitatis accipere. Videatur Iuſtin. Martyr in oratione ad Antoninũ Piũ, Amonius, Chryſoſt. Theophylactus, & Cyrill. explicantes verba illa Ioan. 6. *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Ex quibus non ſolùm Patres, ſed etiam Scholaſtici 3. p. q. 79. art. 8. colligunt immortalitatem, & reſurrectionem, ac corporis gloriam ſub aliqua ratione eſſe peculiares effect' huius ſacramenti, non quaſi infallibile ſit eos omnes, hos effectus conſequuturos, qui ſemel communicauerint, qđ falſò quidam prędictum locum ſiniſtrè interpretantes ſenſere, contra quos P. Auguſt. 21. de Ciuitate. cap. 25. videri poteſt, ſed vel quia hoc ſacramentum peculiariter inſtitutũ eſt ad conſeruãdum fideles in gratia, roborandosq; filios Dei in ſpirituali vita, vnde per cibum, & potum conuenienter ad

Epiſt. ad Neſtor. D. Iren. Iuſt. Mar. Amon. Chryſoſt. Theophyl. Cyrill. Ioan. 6. D. Thom. P. Aug.

Euchari ſtiæ fructus arboris vitæ.

hũc effectum traditum eſt, & in hoc ſenſu adeptio gloriæ corporis, & reſurrectio peculiari ratione tribui poſſunt Euchariſtiæ ſacræ ſumptioni, ad eum modum, quo immortalitas in ſtatu innocẽtiæ fructui ligni vitæ tribuebatur, iſte enim eſt verè cibus, & fructus vitæ arboris ſuauiſsimus, quam Chriſtus Dominus ꝓprio cruore irrigandam in medio Eccleſiæ conſtituit: vel etiã, quia per hoc ſacramentum ſpecialem coniunctionem ſumentes ſubeunt cum Chriſto Domino noſtræ reſurrectionis, & corporis gloriæ cauſa, vnde ſub ſpeciali titulo adſcribi poteſt hic effectus carni Chriſti in Sacramento ſumptæ: quas fortè ob cauſas Concilium Nycenum hoc ſacramentum dixit reſurrectionis ſymbolũ; ex Patribus præter citatos videantur Tertull. in libro de reſurrectione carnis, Cyprian. in libr. de Cœna Domini, Gregor. Nycęnus in orat. catechetica c. 38. Apollinar. citatus in catena Græca, Chryſoſt. in cap. 15. Matth. cuius verba notatione ſunt digna, *Si* (inquit) *qui fimbriã veſtimenti Chriſti tangebant, curabantur, quanto magis, qui totum Chriſti Domini corpus non modo tangimus, ſed in cibum ſumimus*. Nec etiam appoſita D. Gregor. prætereunda eſt ſimilitudo. Nam ſicut modicum fermentũ totam maſſam calefacit, atque in aliam naturã quodãmodo meliorẽ præſtantioréq; tranſmutat, ita corpus Chriſti Domini à nobis ſumptum carnem noſtrã ex mortali immortalẽ efficere docet, idéq; docent Patres illi, qui verba illa ex Pſal. 21. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirũt eum, viuent corda eorum in ſeculum ſeculi*, de corporis Chriſti in Euchariſtia ſumptione interpretantur; ſunt verò ex Latinis ferè omnes, ex Gręcis Theodoret. Euſebius, & Ruffin. qui eos traduxit.

Conc. Nycen. — Tertul. — D. Cypr. — Greg. Nycen. — Apollinar. — Chryſoſt. — Matt. 15. — Optima verba. D. Greg. — Simile. — Pſal. 21. — Theodor. — Euſebius. — Ruffin.

9. Contemplatus ergo D. Ambroſ. quomodo in remedium quotidianæ infirmitatis validus ſit cibus iſte, quo roborati fideles montẽ Dei cõſcendunt lib. 4. de Sacram. c. 6. inquit: *Si quotieſcunque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſsionem peccatorum effũditur, debeo illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittãtur, qui ſemper pecco, ſemper debeo*

D. Ambr.

habere medicinam. & lib. 6. c. 5. *Quotidie accipito, vt quotidie debito tuo indulgentiam petas*. Vt ergo medicinam quis inueniat, & non in morbum incidat immedicabile, reuerenter accedat, non inueniãtur ſordes eius in pedibus eius, ſunt enim ſancta ſanctis, vt antiquis vtar verbis, quibus olim Diaconus in Eccleſia fideles ad ſacrã cõmunionem inuitabat, & qui Sãctus nõ acceſſerit immũditia eius ſuper ipſum: qui verò lotus ad fontem vitæ acceſſerit vt bibat ex hac aqua, non ſitiet in æternum, fiet namque in eo fons aquę ſalientis in vitam æternam, ex Chriſti Domini promiſſione, fons videlicet, qui inter alios fontes è latere Chriſti non neceſsitate, ſed dignitate, ac præſtantia, dulcedine, ac ſuauitate primus erupit. Rectè Beda in cap. 22. Ioan. ad illa verba, *Lancea latus eius aperuit*, verbũ, *aperuit*, notanter poſitum animaduertit: *Non* (inquit ille) *percuſsit, non vulnerauit, ſed aperuit, vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde Sacramenta Eccleſiæ emanarunt, ſine quibus ad vitam, quæ vera vita eſt, non intratur: hoc prænuntiabat quod Noe in latere arcæ oſtiũ facere iuſſus eſt, Geneſ. 13. quo intrarent animalia, quæ in diluuio non erant peritura*. Hęc Beda: ſed ſicut neque omnia animalia ſalua facta ſunt in diluuio, neque enim omnia, ſed pauca, intrarunt arcam, ſic neque omnes ex vitę fõte vitam hauriunt, ſed ex eo, è quo iuſti vitam, & immortalitatem accipiunt, venenũ ſugunt impij, quo infeliciter intereant. Pulchra ſanè ſunt pro hac re verba Chryſoſt. homil. 3. de Latrone, & Cruce, ad illam Iudæorum execrabilem imprecationem ſanguinis Chriſti ſuper ipſos, ipſorumq́; filios: expendens enim quomodo idemmet Chriſti ſanguis vitam fidelibus, impijs & incredulis læthale pararet ſuppliciũ cũ interitu, inquit, *Non eſt ſanguis Chriſti deterior Babylonio igne, ille ſcit Sanctorum honorare corpora, & Caldæos comburere, quanto magis ſanguis Chriſti pretioſiſsimus ſcit perdere incredulos, & ſaluare fideles?* Nil plane elegãtius vnquam dici potuit. Parcite precor, dũ in his Patrũ teſtimonijs recenſendis quaſi laxatis ſcholaſticæ concertationis habenis ſpatiata eſt diſputatio.

Prim. Eccleſiæ vſus.

Beda.

Geneſ. 13.

D. Chryſoſtom.

Digitized by Google

9. Alterius generis apparitiones, quæ fiunt cum immutatione ſpecierũ, dupliciter quoque ſe habent: vel enim talis mutatio oſtendit apparentiam alterius rei diſſimilis, cum qua ſtare ſimul non deceat corpus Chriſti; vel cum apparente viſione Chriſti Domini, corporisve aut ſanguinis eius. Prioris generis illud eſt quod refert Ioan. Diacon. in vita D. Gregor. Euchariſtiã ſcilicet verſam fuiſſe in lapidem in ore cuiuſdam de illius veritate dubitantis, à quo proculdubio Deus hac admonitione voluit auferre cor lapideũ, & cor creare carneum, ſiquidem Euchariſtia, quæ carnem Chriſti continebat, verſa eſt in lapidem. Et teſte Nycephoro lib. 3. c. 7. idem accidit fæminę Macedoniorum hæreſi infectæ ad hoc Sacramentum accedenti: ſic alius, teſte Cypriano citato lib. de lapſis, qui & ipſe maculatus, ſacrificio à ſacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere, ſanctum Domini edere, & contrectare non potuit, cinerem ferre ſe apertis manibus inuenit. Euchariſtiam enim tunc communicantes proprijs manibus etiam laici accipiebant in ipſis primis naſcentis Eccleſiæ primordijs, in quibus corpus Chriſti datum in cibũ, & ſanguis in potum, gentibus ſtultitia, & Iudæis ſcãdalum videbatur. Patet autem talem conſuetudinẽ in Eccleſia viguiſſe, ex multis Cõcilijs, ac Patribus, habetur in Tolet. 1. c. 14. & 11. q. 1. c. *Si quis laicus*, vbi ille excommunicatione irretitur, qui Euchariſtiam accipit, & in Eccleſia nõ cõſumit: idẽ refert Euſeb. lib. 6. Hoſt. c. 35. ex epiſt. Cornelij Papæ, & conſtat ex epiſtola Dionyſij Alex. quam refert Nycæph. lib. 6. c. 9. & ꝑ cæteris P. Aug. illius mẽtionẽ facit in lib. 50. hom. hom 26. dicens, *Quanta ſolicitudine obſeruamus, vt nihil ex ipſo è noſtris manibus in terrã cadat.* & ſerm. 252. *Omnes viri quãdo cõmunicare deſiderant, lauant manus ſuas.* Pergit verò Cyprianus diẽs, *Documento vnius oſtẽſum eſt Dominũ recedere cum negatur, nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quãdo gratia ſaluationis in cinerem ſanctitate fugiẽte mutatur.* Pro quo videri etiã poteſt Titus Boſtrẽſis ad c. 15. Luc. Guerricus Igniacẽſis in ſermone

Ioan. Diacon. *Nycæph.* *Cyprian.* *Con. Tolet.* *Euſebius.* *Dionyſius Alexand.* *Nycæpho.* *P. Aug.* *Cyprian.* *Titus Boſtrenſ.* *Guerricus Igniacẽſis.*

Amphiloc. Greg. Nazianz. B. Thom. de Villa nova. Arnald. Optat. Mileuit.

de Purificatione Sãctiſsimæ Virg. Amphilochius in vita S. Baſilij, Greg. Nazianz. in oration. funeb. de ſorore, B. Thom. Archiepiſcop. Valent. ſerm. 2. de Euchariſtia, Arnoldus in vita Sãcti Bernardi libr. 2. cap. 30. Optat. Mileuit. lib. 2. in Parmenian.

Claud. Sainctes. Sozomen. Proſper Aquitanic.

Claudius Sainctes repet. 2. de veritate Euchariſtiæ c. 9. Sozomen. lib. 8. cap. 5. Proſper Aquitanic. libr. 4. cap. 6. & plures alij ab his relati.

10. *Cyrill. Eremita.* Illuſtre plane huius rei exemplum refert CyrillusEremita in vita Euthimij, qui ſæpè vidit terribilem Angelorum viſionem vna ſecum miniſtrantem Deo, & ſacra contrectantem; & tamen in Dominici corporis ſũptione alios videbat illuminatos, alios verò quaſi obſcurari, & morte affici, quicunque ſcilicet, ea luce, & ſplendore indigni accedebant. *Rex Oſias* (*Cyprian.* inquit Cyprianus ſermone de cœna Domini) *licet Rex, lepra percuſſus ob præſumptionem, ab ingreſſu ſanctuarij expellitur, & eius oblatio quaſi ſordida reputatur, incenſi odor de immundorum manibus pro fœtore reputatus eſt, & iram, non gratiam, præſumptio emeruit, &c.* Ita plane ad aſpectum veræ lucis indignè accedentium peccatorum oculi conniuẽtes obcæcantur.

In illis verò ſupra citatis & ſimilibus conuerſionibus ſubito diuina virtute peractis non habet locum præſens diſputatio, cum in his certum ſit nõ manere Chriſti corpus aut ſanguinem in hoſtia, aut calice, ſiue potius in ea re, in quam hoſtia trãſmutatur. 11.

De poſteriori ergo mutationum genere excitatur quęſtio à *D*octoribus. Vtrũ ſcilicet quando in hoſtia apparet caro, aut ſanguis Chriſti, & cernitur ab aliquo, videatur tunc vera caro, an apparens tantùm? Vtrumvè ſit Chriſti caro, an non? Et quoniam huiuſmodi apparitiones duplici potiſsimum ex capite contingunt, vt Doctores notant: aut nimirum ad tollendam ſiue coercendam alicuius incredulitatem, aut ad exhibendum alicui ſingulare aliquod amoris pignus, cum eoque tanquam cum amico agendum: vtriuſque modi exempla breuiter percurrere non erit iniucundum, dummodò prolixa non ſit enarratio. 12.

Duplici ex cauſa apparitiones in Euchariſt.

Circa

13. *Ioan. Diacon.* Circa primum Ioannes Diaconus libro ſecundo de vita Diui Gregorij cap. 42. Matrona quædam, inquit, per ſtationes quaſdam publicas Miſſarum ſolennia Beato Gregorio celebranti ſolitas oblationes obtulerat, cui cū poſt myſteria traditurus diceret, *Corpus Domini noſtri, &c.* laſciua ſubriſit: ille verò dextram ab eius ore conuertens, partem illam Dominici corporis ſuper altare poſuit: expletis verò Miſſarum ſolénijs matronam coram populo exquiſiuit, quamobrem corpus Domini ſumptura ridere præſumpſerit; at illa diu muſsitans tandem prorupit dicens, quia panem quem proprijs manibus feciſſe cognoueram, tu corpus Dominicū exhibebas: tunc Gregorius pro incredulitate mulieris ſe cum tota plebe in oratione poſtrauit, & poſteà ſurgens particulam panis, quam ſuper altare poſuerat, carnem factam reperit, quam coram cunctis incredulæ matronæ demonſtrans ad credulitatis gratiā tam illam reuocare potuit, quàm totum populum cōfirmare curauit. Rurſus itaq; cum ijſdem in oratione proſtratus carnis fruſtum in panis primordia reformauit. Hæc ille; neque alia de cauſa, vt refert Amphilochius in vita D. Baſilij, ſolitus erat Hebræus quidam videre infantem ad manducādum tradi ijs, quibus hoc Sacramētum porrigebatur, vt nimirum ſic iſte dubium cui inhærebat de veritate tanti Sacramenti deponeret.

D. Greg. — Hoſtia in carnem verſa eſt. — *Amphilochius.*

14. *B. Thomas de Villa noua.* Mirabile ſanè fuit illud, quod Auguſtinenſis noſter Beatus Thomas de Villa noüa de Iudæo altero refert, qui moriturus ipſum accerſiri fecit, vt rem miram propalaret: perceperat Iudæus à parentibus, vt ſi quando cœlum apertum intueretur, tunc á Deo id quod magis eſſet in votis, expoſceret: cum verò die quadam Iudæus iſte videndi Meſsiam, quem falſò venturum putabat, deſiderio exardeſceret, ſomno correptus in terram ſemiſopitus cadens cœlum videt apertum, recordatusque in ſomnijs paternæ admonitionis, Deum deprecatur immortalem, vt Meſſiam oſtendat, quem cernere vehementer optabat;

Fulgidus calix in cœlo apparet. ecce rem miram, apparuit in cœlo fulgidus calix medio ſplendecens fulgore, hoſtiaque appoſita: cognoſcit ille talem eſſe Meſsiam: paterno metu rem celat, nec cuiquam aperit, poſt patris tamen mortem patefit miraculum, ipſe luſtrali fonte abluitur cum alio pariter, cui res propalatur. En quæ diuina maieſtas operatur, ne de tanti Sacramenti veritate vel ipſi Iudæi & infideles dubitent.

15. Non aliter propter hæreſim in Vaſconia pullulantem ſimilia protenta contigere, vt refert Vincentius in ſpeculo hiſtor. anno Domini 1081. *Vincent.* Die ergo Dominica circa feſtum Sancti Laurentij duas hoſtias celebrans parauerat pro viatico, & vſque ad Dominicam orationem procedens illam quam manibus habebat rubeo videt colore ſuffuſam, ſanguineq; ex ea inter digitos profluentem, eam deinde dum ſuper altare tribus in locis tranſponit, tunc in ſingulis quantum ipſa ambit, tantum de cadēte ſanguine purpuratur: accurrit populus, miratur ſacerdos, illam ſumit, quam ipſam reponendam parauerat. Rex Philippus, qui non longè aberat, accurrit pariter, videt hoſtiam in forma viuidæ carnis, & in corporali ſanguinis guttas inſpicit, ſiue notas ad modum tranſpoſitæ hoſtiæ circulatas: & idem pariter accidit apud Caſtrum Carolum, eadem vtique hoſtia partim carnis, partim ſpeciem ſanguinis repræſentante; innumera plane ſunt quæ Deus huius generis admiranda protulit exempla, quibus dubitātium animos in tanti myſterij veritatem alliceret. *Apud Caſtrum Carolum.*

16. Ex alia parte ſimilia etiam accidere, imò non minora operatus eſt Deus in dilectorum ſolatium: ſponſus enim, qui dilectæ ſponſæ Eccleſiæ ſe ipſum ſub ſpecie panis præſentem reliquit, vt mærorem ob diſceſſum illius conceptum leniret, & ex parte leuaret, aliquando magis dilectis depoſito ſpecierum velamine, quo occultatur, clarius ſub humana forma, carniſve, aut ſanguinis eius apparuit. Sic Eduardo quondam Angliæ Regi, cum ſacris myſterijs intereſſet, apparuit in ſacra Eucharıſtia ipſe Chri- *Eduardus Angliæ rex.*

ſtus

ſtus in ea forma, quam ex ſanctiſsima Dei genitrice deſumpſerat: vigebat per id temporis apud Anglicanam gentem Chriſtianæ religionis amor ſub rege pijſſimo, nam Regis ad exemplum totus componitur orbis; eundem Chriſtum, teſte Marul. libro quarto memorab. in pueri forma in Euchariſtia vidit ſanctiſsima fæmina Maria Deſegnies dum Sacerdos ad oſtendendam ſacram Euchariſtiã caput extuliſſet. Sed quid ego ad extranea recurro, cum hoc ſit ſingulare quod dam amoris pignus, quod ſæpè Eremitis noſtris Auguſtinéſibus Chriſtus prę ſtitit cum illis in hoc Sacramento familiarius agendo: nam pręter ipſum Ioannem Sahaguntinum, de quo in præſenti, mirabile illud ſanctitatis prodigium, ac miraculorum Sanctus Nicolaus Tolentinas cum Chriſto in hoſtia ſub pueri ſpecie alloquebatur. De Beata Veronica Mediolanéſi Auguſtiana refert Iſidorus de Iſſolanis ordinis Prædicatorũ, quod ſacram ſynnaxim de manu Chriſti recipiebat, & vt mul ta alia omittamus, illud non

Marul. litr. 4. memorab.

Idem Marul.

Nicol. Tolentinas.

Iſidorus de Iſſolanis.

præteribo, quod refert Beatus Thomas de Villa noua Archiepiſcopus Valentinus ſerm. 2. de Euchariſtia, cuius ille teſtis dicitur, *Vidi ego* (inquit ſanctus Præſul) *monialẽ quandam, quæ corpus Domini, ſicut ceruus fontes aquarum deſiderabat: accidit autem, quod in die Paraſceues oblitus ſacerdos ſuæ conſuetudinis, ſingulis enim diebus Sacramentum Domini recipiebat, de more ſanctiſsimum Chriſti corpus in monumento incluſit, nec illi particulam reliqui: eiulat ſancta fæmina, flet, lamentatur, mouent lachrymæ lugentis deſideratum Chriſtum: mirabile dictu, ecce repente duæ manus Euchariſtiam deferentes conſpiciuntur, pergunt è ſacrario in chorum, vbi ſancta fæmina abſentiam diurnam ſponſi lamentabatur, recepit fæmina ſanctam Euchariſtiam: hæc obedientia cõſtricta mihi narrauit*, inquit Sanctus Præſul, *erat enim mihi ſubdita*. Hæc Beatus Thomas: qui igitur ſe ſui corporis miniſtrum exhibuit ne dilecta ſponſa die vna cœleſti priuaretur alimento, quid non ageret pro amoris pignore, vt ſponſam quæreret, à qua tam auidè quærebatur? nihil plane, neque enim bonitas diuina

B. Thomas de Villa noua.

Inſigne amoris pignus.

Digitized by Google

quieſcit, niſi eis ſe communicet, quos diligit, vnde ex nimia abundantia amoris quaſi extra ſe fertur, vt loquitur Dionyſi. lib. de diuinis nom.cap.4. *Audendum eſt* (inquit) *hoc pro veritate dicere, quod ipſe omnium cauſa per abundantiam amantiſsimæ bonitatis extra ſe ipſum fuit ad omnia exiſtentia.* Quod ſic intelligendum eſt vt ex abundantia diuinæ bonitatis intelligamus Deum res omnes ad extra produxiſſe, ſicque Mercurius Trimegiſtrus dixit, *Monas genuit monadem, & in ſe ſuum reflexit amorem*, id eſt, vnus Deus vnum mundum creauit propter amoré bonitatis ſuæ, quam voluit communicare mundo.

Dionyſ.

Mercurius Trimigiſt.

17. At quãuis Deus nos prius diligat, quàm à nobis diligatur, Ioann. 4. *Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos*, tamen etiam alibi dicitur, quod diligit diligentes ſe, ſic Prouerbiorum 8. & Sap.6. dicitur: *Sapientia præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt ſe prior illis oſtendat*: quæ tamen loca nõ ſibi cõtradicunt, nam ex D. Tho. ad illud Ioan. 14. *Qui diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum*, aliud eſt diligi à Deo, aliud Deum nobis ſignum ſuæ dilectionis oſtendere: quantum ergo ad dilectionem abſque hoc ſigno, prius nos vocat Deus, & ſua gratia præuenit, & tandem nos diligit, quàm nos eum diligamus; nam & nos diligere ipſum iam eſt à dilectione, qua nos prior dilexit; at effectum dilectionis non niſi diligentibus oſtendit, imò & pro menſura dilectionis noſtræ, vnde iam apud Ioan 14. cum dixiſſet, *& ego diligam eum*, addidit, *& manifeſtabo ei me ipſum*, iuxta citatum locum Sap. 6. *Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt ſe prior illis oſtendat*: eſt enim hic effectus maximus diuinę dilectionis, quod manifeſtet ſe ei, quem diligit, & quem Deus nõ exhibet, niſi ei à quo etiam ſummè diligitur: quod ergo Chriſtus Dominus in Euchariſtia abſcõditus ſub ſpeciebus ſacramentalibus aliquando ſe dilectis manifeſtet, cum eiſq; familiariter agat, non ſolùm erga ipſos inſigne oſtendit amoris pignus, ſed ex parte ipſorum inſignem quoque dilectionem infert.

Ioan.4. *Prou.8.* *Sap.6.* *D.Thom Ioan.14.* *Ioan.14.*

Chriſti carnem in ſacra Euchariſtia videre inſigne amoris pignus.

18. Quibus poſitis, quod in huiuſmodi viſionibus Chri-

ſtus

ſtus Dominus veram non oſtẽdat carnem, aut ſanguinem corporis ſui, ſed quod apparenter tantum ſeſe cõſpiciendum exhibeat aliquo ex modis ſupra adductis eſt ſententia D. Tho. 3. p. q. 76. artic. 8. & communis apud Theologos in 4. diſt. 10. vbi Richard. art. 5. q. 2. Durand. Palud. & Carthuſ. q. 4. Marſil. q. 7. artic. 3. dub. 6. ad 2. Aegid. theorem. 23. Suar. loco citato 3. p. diſp. 55. ſect. 2. Vaſq. in notat. circa doctrinam artic. 8. Probari verò poteſt hæc ſententia primò, quoniam Chriſtus exiſtens ſub ſacramento modo indiuiſibili, oculo corporeo neque de potentia abſoluta videri poteſt, quod probabile ſentit Suar. 3. p. q. 76. art. 7. diſp. 53. ſect. 2. §. *Dico ſecundo*: ergo quando caro Chriſti in Euchariſtia apparet, nõ eſt vera caro modo ſacramẽtali indiuiſibiliter exiſtens. Antecedens multis probari poteſt, primò quia ſi oculus eleuatus videt corpus Chriſti, vel videt illud ſub ſpeciebus, vel abſtrahendo ab omni loco, & præſentia: ſi primo modo, oportebit vt videatur quatenus ſub eis preſens eſt, proindeq; attingetur per eandem viſionẽ ipſa preſentia, quę corpori Chriſti eſt ratio exiſtendi ibi: at nulla ratione fieri poterit, vt corporea potentia eleuetur ad videndum modum exiſtendi, qui nõ ſit corporeus, & circunſcriptiuus; eleuabitur enim vt feratur quaſi extra ſuum obiectum adequatum, quod reſpectu potentiæ corporeæ neceſſariò erit quid extenſum. Iam verò, quod ſecundo modo videatur, abſtrahẽdo ſcilicet à ſpeciebus, nõ minus videtur impoſsibile: ſi enĩ oculus corporeus poſsit eleuari ad videndum corpus Chriſti abſtrahendo à ſpeciebus ſub quibus eſt, ſeu à loco, poſſet etiam eleuari ad videndum colorem in cõmuni abſtrahendo ab hoc aut illo colore indiuiduo, quod omnino impoſsibile eſt; actio enim nulla virtute fieri poteſt, vt non terminetur ad ſingulare: & confirmari poteſt ex ratione viſionis corporeæ, quæ cum de ſe habeat, quod ſit intuitio, abſtrahere nequit à conditionibus exiſtẽtiæ, proindeq; neque obiectũ attingere, niſi exiſtens, & ſub conditionibus exiſtẽdi.

D. Thom. Richard. Duran. Palud. Carthuſia. Marſil. Egidius. Suar. Vaſq.

Nõ poteſt corporea potentia eleuari ad videndũ modũ exiſtendi non circunſcriptiuum, nec corporeũ.

Actio neceſſario terminatur ad ſingulare.

19. 2.argum. Secundò ſic obijcitur, quādo Chriſtus apparet, etiam non poteſt ibi videri vera caro modo diuiſibili, ergo nullo modo; probatur antecedens, quoniam ſine fundamēto quis aſſereret, Chriſtum denuo incipere habere modum alium exiſtendi in Sacramento, & proinde ſimul in eodem Sacramento exiſtere indiuiſibiliter, vt ſupponitur, & poſteà diuiſibili modo, quando eius caro apparet in forma pueri, aut manus vel caput, quælibetve alia pars conſpicienda exhibetur.

20. Ex quo fundamento nōnulla alia incommoda inferunt, primum oportere, vt Chriſtus tunc deſereret corporaliter cœlum; impoſsibile enim reputant, quod idē corpus modo diuiſibili ſimul ſit in duobus locis: ita Vaſq. diſp. 189. cap. 5. Secundum quia cū corpus Chriſti ſit in multo maiori quantitate, impoſsibile quoque reputāt, quod ſub puerili corpore, & quātitate appareat: ita idem Vaſq. in notat. citati art. 8. *Vaſq.*

21. 3.argum. *D. Thom.* Tertiò obijcitur ex Diuo Thom. loco citato, quoniā caro ita apparēs multorum Epiſcoporum iudicio legitur diu ſeruata, & incluſa fuiſſe in pixide; quod tamē indecens eſſet ſentire de vera Chriſti carne.

Quartò, quia talē carnē diuturnitate temporis compertū eſt denigrari, & quodammodò corrumpi, quod de vera Chriſti carne ſentire, vel leuiter quidem ſuſpicari nefas eſſet. 22. 4.argum.

Vltimò, quia omnia, quę de huiuſmodi apparitionibus dicūtur, rectè ſaluantur abſque eo, quod in obiecto fiat aliqua mutatio; iam verò ſi mutatio ſolùm ſe habet ex parte potentiæ, id quod in ſpeciebus cernitur non eſt vera caro, ſed apparens tantùm. 23. 5.argum.

Deinde verò quoniā poterit quis reſpondere, prædicta incommoda ſequi in ijs apparitionibus, quæ longo durant tempore, non verò in ijs, quæ breuiter tranſeūt: addunt Recentiores, difficile creditu eſſe, quando cernitur ſanguis ab hoſtia profluens, illum eſſe verū ſanguinem Chriſti, qui in terram, aut mappam cadat, & quādo ſimiliter calix repletur ſanguine, illum eſſe verum ſanguinem Chriſti, qui tangi 24. Inſtantia. Reſponſio.

Digitized by Google

& bibi queat; vnde concludunt, neque verum ſanguinem Chriſti, nec veram carnem, ſed apparentem tantũ cerni in Euchariſtia.

25. Probatur oppoſita ſententia. Oppoſita nihilominus ſententia, quæ aſſerit, in huiuſmodi apparitionibus videri veram Chriſti carnem, verumq; ſanguinem, eſt Alenſ. 4. p. q. 40. in 3. art. quem ſequitur Palac. in 4. d. 10. diſp. vlt. & quidquid velit Vaſq. eam tenet Gabriel in canon. lect. 51. vt ſatis oſtendit in ſolutionibus ad fundamenta D. Thom. quanquam quia modeſtè loquitur nolit illi tenaciter adhærere, ſed tanquam ſententiæ probabili. Pro illius autẽ explicatione.

Alenſ. Palac. Gabr. D. Thom.

26. Diuina virtute fieri Dicendum eſt primò diuina virtute fieri poſſe vt oculus corporeus eleuetur ad videndum corpus Chriſti in Sacramẽto Euchariſtię. Hęc eſt D. Tho. multis in locis, imprimis verò in 4. diſt. 10. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 1. ad 1. & quæſtiunc. 2. in corpore, expreſſe autem ad 1. dicit naturaliter videri non poſſe corpus Chriſti in ſacramento exiſtens, poſſe tamẽ per miraculum, idemq; docet d. 11. q. 3. ar. 1. ad 4. & 3. p. q. 76. art. 7. ad 2. vbi docet corpus Chriſti exiſtens in hoc Sacramento videri ab oculo corporeo ipſius Chriſti; non eſt autem maior ratio quare videatur ab oculo Chriſti, quam de quocunq; alio miraculoſe eleuato; nã quod ſit oculus corporis glorificati nõ obſtat, quoniam cit. d. 10. quæſtiunc. 1. ad 1. dicit non poſſe videri naturaliter ab oculo glorificato; ergo id habet ab eleuatione alia, quæ cuilibet corporeo oculo communicari poteſt. Eandem cõcluſionem probat Alex. 4. p. q. 10. m. 7. ar. 3. §. 8. verſ. *Conſequenter quæritur*, vbi ſimiliter negans corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia poſſe videri ab oculo corporeo, etiam glorificato, dicit tamen pium eſſe credere Beatiſsimam Virginem vidiſſe corpus Chriſti oculis ſuis prout ibi exiſtens, idque illi ſpeciali priuilegio fuiſſe conceſſum: idemq; de quolibet alio aſſerendum eſſe, loquendo de poſsibili, & de oculo Chriſti Domini. Idẽ docet Marſil. in 4. quæſt. 7. artic. 1. & verſ. *Ad quartum dicitur*. Sot. in 4. d. 10. quæſt. 1. art. 7. Citatur etiam pro hac ſententia à Suar. diſp. 53. ſect. 4. §.

D. Thom. Alex. Alenſ. B. Virgo vidit Chriſtum exiſtentem ſub ſpeciebus ſacramentalibus. Marſil. Sot. Suar.

Digitized by Google

Vaſq. Diacus Nugn. *Secunda ſententia*, & à Vaſq. diſp.191.cap.2.n.8. & à Didaco Nugno cum D. Tho. 3.p.q.76.art.7. concluſione 4. cum tamen re vera Sotus hanc ſententiã non ita tueatur: nam citato art.7. concl. 4. D. Thomæ ſolùm docet oculum corporalem Chriſti Domini exiſtentẽ in hoc Sacramento videre corpus ipſius Chriſti in Sacramento exiſtens, & inde non inferri, quemlibet alium oculum perfuſum gloriæ dote ipſum poſſe videre, quia nõ exiſtit quilibet alius oculus ſacramẽtaliter, ſicut & oculus Chriſti Domini. Et infra in explicatione eiuſdẽ quartæ concluſionis reſpondendo ad mẽtem Capreoli, quẽ deceptum putat in ſententia D. Thom. id ipſum repetit, ſemperque totam rationem vidẽdi refert ad hoc quod oculus corporeus Chriſti exiſtit ſacramentaliter, vnde ſe ipſum ſacramentaliter exiſtentẽ videre poteſt, & proinde ipſum etiã Chriſti corpus eodem modo ſacramentaliter exiſtens. Vnde cum ad hanc rationem recurrat, non videtur abſolutè concedere oculum corporeum diuina virtute poſſe eleuari ad videndũ corpus Chriſti exiſtens ſub ſpeciebus ſacramẽtalibus.

Capreol. D. Thom.

Citatur etiam à Suar. loco citató pro eadem ſententia D. Bonau. in 4. d.10.q.2. quæſtiuncula vlt. & Vualdenſis tom. 2. qui eſt de Sacramẽtis cap.65. Sed in hoc, tacito nomine, rectè animaduertitur á Vaſquio; nam Thomas Vualdenſis eo loco de hac quæſt. non agit. Bonau. verò licet illam moueat, nec tamen eam ita docet, ſicut vult Suar. nec ei potiùs aduerſatur, ſicut vult Vaſq. ſic enim habet ad finẽ prædictæ quæſtionis: *Reſpondeo dicendo, quod exiſtentia corporis Chriſti ſub Sacramento eſt ſublimata ſupra modum eſſendi, & omnis corporis, & omnis rei corporalis, & dimenſiuæ, cum viſus non abſtrahat à quantitate, quia eſt ratione ſenſatorum, & percipere habet corpus ſecundũ modum exiſtendi corporalẽ, quod nullo modo viſus quantumcunque glorioſus ad hoc attingit, vt videat ibi Chriſtum ſicuti eſt, etiam ſi præſens ſit, & ſi alicui miraculosè oſtenſum eſt, nunquam tamẽ oſtenſum fuit in forma, quam ibi habet, vt communiter dicitur, quia oſtenſum fuit in forma paruuli, & ipſe eſt ibi ſecundum eã-* 27. Suar. D. Bonau. Tho. Vualdenſ. Vaſq. D. Bonau.

Digitized by Google

dem quantitatem, quam habet in cœlo, & ſic eſt in qualibet parte, &c. Vnde apertè colliges, in his verbis non contradicere D. Bonau. citatæ concluſioni, vt vult Vaſq. ſed potiùs in eam inclinare, docens tamen, quod & ſi per miraculum corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia videatur ab oculo corporeo, non tamen videbitur ſecundum eũ modum, quem quantitas corporis habet in Sacramento, præſertim cũ antea dixiſſet; *Videre eſt ſecundum triangulorũ radiorum directionem, ita quod baſis eſt res viſa, & angulus intelligitur fieri circa pupillam: ergo cum corpus Chriſti maius ſit iſta ſpecie, ſi videt intra ſpeciem maiorem magnitudinem, maior angulus eſt infra minorem; ergo impoſsibile eſt, quod per naturam corpus glorificatum videatur; & ſi videtur, per miraculũ eſt.* Verum hanc ſententiam tenet Scot. in 4. d. 10. q. 9. §. *Ad quæſtionem ergo dico*: ſed Scotus non tuetur hanc ſententiam abſolutè, neque in eo ſenſu in quo à Vaſquio, Suario, & alijs recẽtioribus pro hac ſententia citatur: nam duo Scotus diſertis verbis contendit §. citato, & ſequẽti: primum, Deum poſſe diuina ſua potentia abſoluta cauſare in oculo glorioſo, aut non glorioſo viſionem corporis exiſtẽtis in Euchariſtia, quia viſio eſt forma abſoluta independensque à modo exiſtendi, quod habet obiectum: at verò §. ſequenti addit. *Secundo dico, quod nulla viſio, etiamſi cauſata, poſſet eſſe corporis, vt hic primo,* quia in hoc includitur corpus vt hic eſſe cauſam primo viſionis, vel eſſe proprium & primum terminũ viſionis, quod Scotus reputat impoſsibile conuenire poſſe niſi corpori habenti debitũ, & naturalem modum exiſtendi, debitamq; approximationem organo, & potẽtiæ; quam habere nequit cũ potẽtia corporea corpus ſacramentaliter exiſtens: vnde miror, quod ſic Scotũ pro hac ſentẽtia doctiſsimus Suarius citauerit.

Scotus in alio ſenſu. *Suar. Vaſq.*

28. Citat etiam Vaſq. Gabrielem, quaſi aſſeruerit, corpus Chriſti naturaliter poſſe videri oculo corporeo in Euchariſtia exiſtens: ſed Gabriel nihil tale vnquam cogitauit; imò citata lect. 45. litera P. vbi à Vaſquio citatur, ſic habet: *Conſequenter vidthe dendum eſt de actionibus, & paſ-* *Vaſq. Gabr.*

ſionibus corporis Chriſti, & accidentium eius, vt in Sacramento, & primò de actione, ſecundo de paſsione, & vtrobique tam de facto, quàm de poſsibili. Præmittitur autem hæc regula generalis. De facto nulla fit actio, vel paſsio in corpore Chriſti, & eius accidentibus, per quam poſsit ſumi experimentum præſentiæ corporis Chriſti ſub ſpeciebus Sacramenti; patet ex præmiſsis, quia voluit Deus Sacramentum iſtud ac myſterium eſſe occultum ſenſui, & patere fidei, vt ſic fides præmio ſuo non fruſtraretur: vnde & ſi aliqua operatio naturaliter fieri poſſet per corpus Chriſti, eiusve accidentia, vt in Sacramento, aut aliquis effectus, vel tranſmutatio fieri à cauſa naturali, Deus coagendo non concurrit, & ita operationem huiuſmodi impedit. En quæ Gabr. dicit: non video vnde colligat Vaſq. ipſum ſenſiſſe in hoc loco naturaliter poſſe videri corpus Chriſti, niſi forte, quia paucis interiectis infrá addit ex mente Scoti in 4. diſt. 10. q. 5. quem citat, organum ſenſus non eſſe in corpore Chriſti, vt in Euchariſtia, modo quãtitatiuo, quod tamen requiritur ad hoc vt immutetur ab obiecto; ad hoc enim vt fiat viſio corporalis oportet talem eſſe approximationẽ organi, & obiecti, vt poſsit fundari piramis, cuius baſis ſit in obiecto, & conus in oculo: hæc requirit quod vtrunq; habeat modum quantitatiuum, obiectũ ſcilicet, & oculus, vt ſit in loco circunſcriptiuè, quo nihil clarius dici potuit, vt Gabriel oſtenderet ſe oppoſitum eius ſenſiſſe pro quo citatur. Hæc in Gabrielis defẽſionem dicta ſunt, cuius cathedram per aliquod tempus in noſtra Academia reximus.

Gabr.

Scot.

29. Ex dictis iam conſtare poteſt quot modis noſtra concluſio ſuſtineri, & probari poſsit: tribus enim modis intelligi poteſt, primò vt ſit ſenſus, Deum poſſe producere viſionẽ corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ exiſtentis in oculo corporeo cuiuſlibet, ſiue glorificato, ſiue non, non tamen concurrente corpore Chriſti vt obiecto motiuo, aut primo terminatiuo ad talem viſionẽ, prout in Sacramento exiſtit, quæ fuit ſententia Scoti ſupra citati. Secundo, vt idem ſit, corpus Chriſti poſſe videri ab oculo corporeo ipſius Chriſti, nõ quidẽ

Scotus.

quia ſit oculus glorificatus, ſed quia habet eundẽ modũ exiſtendi ſacramentalẽ, quẽ habet ipſũ corpus in Sacramento, quem modum videtur inſinuaſſe D. Tho. dum dixit, corpus Chriſti in Euchariſtia videri ab oculo ipſius Chriſti, & proculdubio in eo ſenſu loquutus eſt Sotus. Tertiò ita vt Chriſtus Dominus exiſtens in Sacramẽto Euchariſtiæ poſsit videri à quolibet oculo corporeo diuina virtute eleuato, ita vt videatur nõ ſolùm corpus ſecundum ſe, ſed etiã ſub eo modo exiſtendi, quẽ habet.

D. Thom.

Sot.

30. De prioribus duobus dicẽdi modis nihil amplius eſt curãdum, ſatis enim probãtur, quo ad noſtrum inſtitutum attinet, ſi tertium efficaciter roboremus, quod non aliũde melius præſtabimus, quàm deſtruendo omnẽ repugnantiam, quæ excogitari poteſt in hoc quod oculus corporeus diuina virtute eleuetur ad videndũ corpus Chriſti ſub modo exiſtendi ſacramentaliter: ſi enim hoc non repugnat, conſequenter non erit abſolutæ potentiæ Dei denegandum.

31. Quod vero non repugnet oſtenditur, quoniam aut repugnaret ex eo, quod corpus Chriſti in Euchariſtia modo indiuiſibili exiſtens nequit ex ſe emittere ſpeciẽ viſibilem, quæ poſsit alterare, & mouere potentiã corpoream, ſine quo oculus nõ eliciet viſionem: vel pugnaret ex debita approximatione, & contactu quantitatiuo, quẽ obiectum corporeum debet habere cum potentia corporea, à qua debet attingi, quæ cũ obiecto corporeo requirit debitam approximationẽ, & contactũ per ſpeciem emiſſam ab obiecto modo quantitatiuo, & extenſo; quod tamen cũ potentia corporea non poteſt habere corpus Chriſti Dñi exiſtens in Euchariſtia modo indiuiſibili, & inextẽſo: vel tandem repugnaret, quia color, qui debet terminare actũ potentiæ corporeæ, neceſſariò reſpicit extenſionẽ quantitatis in loco pro ſubiecto per ſe: vnde cũ corpus Chriſti nõ habeat extenſam quantitatem in loco, & proinde neque colorem extenſum, non poterit ſic exiſtẽs terminare actum viſionis oculi corporei, neq; ad id corporeus oculus eleuari.

Digitized by Google

32. *Scotus.* In nullo tamen ex his includitur repugnantia: nam ad primum reſpondet Scotus, corpus non exiſtens in loco modo quantitatiuo, & extenſo poſſe emittere ex ſe ſpeciem, quæ & medium alteraret, & potentiam corpoream, proindeque illi inſeruiret ad viſionem eliciendã; quod probat exemplo angeli, qui non eſt præſens loco circũſcriptiue, & tamen mouet localiter corpus extenſum, & quantum ſibi proportionaliter pręſens; & quanquam iſte modus dicendi ſuam habeat probabilitatem; *Alter modus probabilior.* probabilius tamen videtur ſpeciem iſtam non poſſe naturaliter emitti ab obiecto modo inextenſo & indiuiſibili exiſtente, cum videatur extenſio, & diuiſibilitas exiſtentiæ obiecti neceſſaria ad hoc vt ex illo emittatur ſpecies extenſa quoque & diuiſibilis, & quę medium diuiſibile, & extenſam potentiam poſsit alterare. Nihil tamen mihi repugnare videtur, quod obiectum ſic indiuiſibiliter exiſtens eleuetur ad emittendam ex ſe talem ſpeciẽ, qualem naturaliter emitteret, ſi extẽſiue exiſteret: tũc enim id pręſtaret vt inſtrumentũ Dei: quoniam cum tale obiectum ſuapte natura diuiſibile ſit & extẽſum, quod diuina virtute modum habęat exiſtendi indiuiſibilem nõ videtur adeo repugnare, vt diuina virtute nõ poſsit ſub eo modo emittere ſpeciem, quam naturaliter emitteret, ſi modo naturali exiſteret, quicquid in oppoſitum velit Gabr. Vaſq. 1. p. diſp. 176. *Vaſq.* cap. 4. nam modus exiſtendi cõnaturalis per ordinem ad operandum nõ videtur maiori quam neceſsitate quadã naturali requiſitus: qui ſicut diuina virtute ſuppletur in ratione exiſtendi, ita ſupplebilis eſt prout eſt neceſſarius ad operandum. *Modus exiſtendi cõnaturalis ſolum naturaliter requiſitus ad operandum.*

33. Deinde verò etiam ſi talis viſio fieri nequeat per ſpeciẽ emiſſam ab ipſo corpore Chriſti ſic exiſtente, nihil obſtabit quominus Deus ſe ſolo talem ſpeciem producat, quæ repræſentet corpus Chriſti exiſtens in Euchariſtia, aut quod ad talem viſionem eleuet oculũ corporeum ſupplendo concurſũ cuiuſlibet ſpeciei creatæ: non ergo ex defectu ſpeciei repugnat videri ab oculo corporeo diuina virtute *Deus ſe ſolo ſpeciem producet.*

corpus

corpus Chriſti in Sacramento exiſtens.

34. *Non repugnat ex approximatione, & cõtactu.* Quod verò ex debita approximatione, & contactu quantitatiuo, quem nequit habere potentia corporea cum obiecto totaliter exiſtente, non etiam repugnet, oſtenditur. Quoniam poſito ſemel, aut quod obiectum ex ſe emittat ſpeciem, aut quod Deus illam ſe ſolo producat, aut quod potentiam eleuet ſupplendo ex parte obiecti vicem ſpeciei, eo ipſo intelligitur ſufficiens coniunctio, & informatio, per quam potẽtia tendat in obiectum, abſque aliquo alio contactu.

35. *Nec ex ratione diuiſibilitatis colorati.* Tandem quod non repugnet ex eo, quia coloratum terminat actum potentiæ viſiuæ ſub ratione diuiſibilitatis, & extenſionis in loco, probatur, quoniam ad ſummum id exigitur vt conditio quædam naturaliter requiſita, quia videlicet obiectum nequit aliter ex ſe ſpeciem emittere, nec per illam aliter poteſt immutare medium, & potentiam: at verò ſuppoſito quod Deus eleuet obiectum ad ſpeciei emiſsionem, aut quod illam ſe ſolo producat, aut illius vicem per maiorẽ concurſum ſuppleat, non erit negandum ſuppleri quoque poſſe eam extenſionem, & indiuiſibilitatem, quæ ex parte ſpeciei requiritur in colore vt viſionem terminet.

Nec inde inferas, poſſe ſimili modo videri colorem in communi, quod contra hanc ſententiam intulit Suarius. Nam diuerſa eſt ratio de colore in communi, & colore determinato in ſingulari, non exiſtente tamen modo quantitatiuo, & extenſo: nam actio non poteſt terminari ad commune, ſed ad ſingulare, vt apertè patet, & hoc eſt omnino inſupplebile, nam color in cõmuni non eſt per ſe primo quid viſibile in actu, niſi in ſingulari determinetur, quod tamen non habet color in ſingulari etiã ſi indiuiſibiliter exiſtat, vt dictũ eſt. 36. *Suar. Aſsignatur diſcrimen inter colorem in cõmuni, & ſingularẽ exiſtentem indiuiſibiliter.*

Circa prædicta duo animaduertes. Primum facilius defendi poſſe corpus Chriſti Domini ſacramentaliter exiſtẽs poſſe videri ab oculo corporeo ipſius Chriſti ſacramẽtaliter exiſtẽtis, quã à quolibet alio oculo corporeo, qui non exiſtat co- 37.

dem modo inextenſo, & indiuiſibili, propter ſimilem modum exiſtendi ſacramétaliter, in quo tunc potentia proportionatur obiecto viſo.

38. Soluitur obiectio. Nec tamen inde inferas, Angelum, qui habet ſimilẽ modum exiſtendi indiuiſibiliter, nõ ſolùm diuina virtute, ſed etiam naturaliter poſſe videre corpus Chriſti exiſtens ſacramétaliter. Reſpondetur enim negando illationem, nam licet naturali Angeli cognitioni non repugnet videre talem modũ indiuiſibiliter exiſtendi abſolutè, cum cognoſcat ſimilem modum exiſtendi, quo ipſe & alij Angeli exiſtunt, tamen repugnat illi videre prædictum modum exiſtẽdi applicatum corpori, neq; enim hoc intra potentiam cauſæ naturalis continetur, vnde nec ſuſpicari quidem illud poterit, niſi arguendo ex carentia extenſionis, & diuiſibilitatis, quam deberi corpori naturaliter exiſtenti pro comperto habet.

39. Vnde ſecundo quando corpus Chriſti Domini in Sacramento exiſtens diuina virtute videri contigerit ab oculo corporeo, directè & in ſe non poterit videri modus ille exiſtendi indiuiſibiliter, quem ibi habet, ſed tãtum arguitiuè, dum ſcilicet corpus Chriſti ibi videtur ſub exiſtentia, quæ non eſt in loco diuiſibilis, & extenſa.

Poſita ergo talis viſionis poſſibilitate, Dicendum eſt ſecũdò, probabiliſsimũ eſſe, Chriſtum Dominum veram ſui corporis carnem aliquãdo magis dilectis in ſingulare amoris pignus exhibuiſſe, ſicque B. Ioannem Sahaguntinum veram & nõ apparenté tãtùm vidiſſe Chriſti carnem, dum Sacrum ageret. Quam ſententiam probat Alenſ. ſupra citatus, primò, quoniam ſi non eſſet vera Chriſti caro ea, quæ in huiuſmodi miraculis apparet, potius eſſet ſignum falſitatis, quam veritatis, cum appareat tanquam Chriſti caro id, quod re vera non eſt caro Chriſti. Secundò, quoniam caro Chriſti, quæ in Euchariſtia apparet, adoratur tanquam caro Chriſti; ergo talis neceſſariò erit, ne fideles exponantur periculo adorandi tanquam carnem diuinitati vnitam id, quod tale non eſt. 40. 2. concluſio. *Alenſ.*

41. Non conuincunt hę rationes.

Impugnatur prima ratio.

Hæ tamen rationes & aliæ ſimiles rem plane non conuincunt, nec mediocriter probabilem reddũt. Prima, quia licet id, quod apparet caro Chriſti, vel ſanguis, re vera tale non eſſet, non proinde ſequeretur apparitiones illas eſſe falſitatis ſigna, quoniam referuntur ad ſignificandã præſentiã corporis Chriſti, & ſanguinis eius in Sacramento exiſtentis; quo pacto etiam Chriſtus Dominus apparuit in forma peregrini Diſcipulis euntibus in Emaus: nam vt docet P. Aug. in lib. de quæſtionibus euangelicis, cum fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationem, non eſt mendacium, ſed aliqua veritatis figura.

P. *Aug.*

42. Impugnatur ſecunda.

Nec ſimiliter alia ratio, quæ adducitur, concludit ex eo quod id, quod apparet, adoretur vt caro Chriſti, nã adoratio ex affectu adorantis tunc non ſiſteret in eo, quod exterius adoratur, ſed tenderet in carnem Chriſti veram in ea apparitione repræſentatam, nec neceſſario opporteret actu intentionẽ in veram carnem dirigere ob quamlibet ſpecierũ mutationẽ, vt Doctores aduertũt, ſed ſufficeret virtualis affectus, quo quis verã Chriſti carnẽ, & non aliam in ea apparitione vult adorare.

Ob has, & ſimiles rationes relicta priori ſententia in ſua probabilitate, ſi quam habet: noſtram concluſionẽ ſuppoſita facti poſsibilitate, quã ſatis oſtendimus in pręcedentibus, non aliunde exiſtimo magis probabilẽ reddi poſſe, quã ex affectu flagrãtiſsimi amoris, quo Deus homo factus homines diligit: etenim vt ſuprà adnotauimus ex D. Tho. duplici ex cauſa huiuſmodi apparitiones intelligũtur fieri in ſpeciebus ſacramentalibus, aut nimirum in cõfirmationem veritatis ad excludendam ex dubitãtium animis omnem incredulitatem, aut ad exhibendum alicui ſingulare in ſacramẽto amoris pignus cũ eo familiarius agendo, quaſi depoſito illo ſpecierum velamine: ſed vtrouis motiuo apparitio fiat, cõuenientius multo præſtabitur ſi vera Chriſti caro, & nõ apparẽs tantùm videatur, aut per ſolam immutationem potentiæ fiat, etiam ſi rei veritas, vt Alenſis inquit, viſa tantũ carne Chriſti apparenter, nõ

43.

D. Thom.

Melius cõcluſio probatur ex affectu diuini amoris.

deſtruatur: ergo ſic eſt ſentiendum verá ibi videri carnem Chriſti: iam verò ſi ex amoris motiuo ſeſe alicui Chriſtus Dominus in Sacramento exiſtens conſpiciendum exhibeat, quomodo id ſine veræ carnis oſtenſione præſtabit, ſi tamen verum corpus ſuum, veramq; carnem oſtendere poteſt? Non ita eſt de bonitate diuina ſétiendum, quod in apparenti tantùm viſione ſiſtat apud illum, quem tam eximie diligit, & tam ſingulari priuilegio ditare vult, vt illum in Sacramento alloquatur, & edoceat, ſicut de Beato Ioãne Sahaguntino ſuprà oſtéſum eſt.

44. D.Bern. Profectò eſt amor diuinus dignitatis neſcius, dignatione diues, affectu potens. Qui non diligit non nouit Deum; 1. Ioan. 4. qui autem ardentem in mortales charitatis Chriſti affectum appédit, propendet plane & in hanc noſtram ſententiam. *Amici aſpectus*, dicit Philoſophus 9. Ethic. *ſuauis eſt ei præſertim, qui in miſerijs luctuq; verſatur, in eoq; ad depellendum dolorem præſidium quoddam paratum eſt, ac cõſtitutum*: & infrà, *Amicus, ſi verus ſit, & ingenuus, aſpectu, & ſermone conſolari poteſt*: in luctu plane, ac miſerijs verſatur, in aſsiduoque dolore omnis ille animus, qui per charitatis affectum cœleſtem patriã ſitiens, exulem ſe ac miſerũ cognoſcit, & fatetur, quandiu in hoc mortali carcere detinetur. Quis hęc contéplatus, illũ, qui mortales iam non dicit ſeruos, ſed amicos, nõ videat quam præſto adſit, non fateatur quã ingenuus ſit erga amicos, quos, ſi bonitaté diuinam, & in mortales illius ſingularem amoris affectum commendare velit, vero dicet, & non apparente tantùm aſpectu, veroq; ſermone firmiores in amore reddere.

Nec tibi mirum videatur, ſi ad hęc Chriſti in homines inſignis amor quodammodo deſcendat, quæ tantùm hominis ſimul ac Dei maieſtatem effugere coram humanis oculis facilè indicabuntur; *Nam*, dixit alius, *quis modus adſit amori? Regnat enim, & in ſuperos ius habet ille Deos*: & elegantiùs Ambroſ. lib. 3. de Officijs dixit: *Defer amico vt æquali, nec te pudeat, ſi præuenias amicum in officio, amicitia enim ſuperbiã* 45.

Margin notes: 1. Ioan. 4. — Ariſt. — D. Amb.

neſcit:quid pulchrius ad noſtrum inſtitutũ dici potuit? Amicitia,qua diuinũ Chriſti pectus in homines flagrat,ſuperbiam neſcit, intra ſacramentalis clauſtri legem non continetur, ſed foras erumpit.

Idcirco nihil ex ſemet natura creauit

Pectore amicitiæ maius.

46. Boet. *Quis*,dixit Boetius 3. 12. *legem dat amantibus? maior lex amor eſt ſibi*.Neque vlla magis inuiolabilis in amore lex extitit,quam nulli adſtringi legi,nulla alia iura ſcire,quã quæ amico expediunt, cui poſsibile negare nefas,retardare crudele eſt. *Ne dicas*(inquit Sapiens Prouerb.3 .*amico tuo vade, & reuertere, cras tibi dabo, cum ſtatim poſsis dare*:neque ea quę cum oſtentatione quadam, & inſigni cõmendatione, de hominũ inter ſe mutuo amore, mutuisq; amicitiæ officijs prædicantur,pro aliquo reputari poſſunt, ſi cum immenſo illo, & inexhauſto charitatis igne conferantur, qui intra Chriſti pectus in mortale genus exarſit: audi Chryſoſtomum homil. 24. in epiſt. ad Cor. *Nemo amatorum carnalium,etiam ſi ſit ſupra modum inſaniens, ita exardeſcere poteſt in amore dilectæ ſuæ, quemadmodum Deus effunditur in amore animarum noſtrarũ.* Profectò qui ſic mortales diligit,quãdo erga illos quaſi extra alueum decurrit, qui fieri poterit, vt ſe totum abſque velamine non oſtendat? Hæc dicta ſint vt & huius diuini Sacramenti amor in nobis magis ac magis acreſcat, & illud ſemper maiori,ac præſtãtiori cultu veneremur, ſcientes quia nobis ipſe Chriſtus adeſt,etiam ſi non mereamur illum corporis oculis intueri; neque enim omnibus omnia dantur: *Vulgus* (dixit Iſocrates in proœmio parænefeos) *amicos præſentes duntaxat amat, temereq; mutat animum*, quia nimirum ſolo ſenſibili oculorum affectu penſandas putat amicitiæ leges: boni autem viri nec interuallis locorum, nec temporis diuturnitate ſuũ amorem minui patiuntur:certus adeſt Chriſtus,ocultus licet carneo oculorum aſpectui; quẽ non aſſequuntur oculi, fides apprehendit; quem ratio humana non tangit,prodit diuina promiſsio, dum ſub vno myſterio,quaſi omnium compẽdium mirabili

Prouer.3. D. Chryſoſtom. Iſocrates.

Digitized by Google

quodã amoris artificio connectit, vt multi paſsim diſcurrendo, per incarnationis, & paſsionis Dominicæ opera oſtendunt, quæ in hoc ſacramento, quaſi in ſumma redacta cõſpiciũtur. Si enim (vt Auguſt. in quit in lib. de laudibus charitatis, ſi eius eſt) charitas in Abel per ſacrificium grata fuit, in Noe per diluuiũ ſecura, in Abraham peregrinatione fideliſſima, in Dauid tribulatione mãſuetiſsima, in tribus pueris blandos ignes innocenter experta, in Machabęis ſęuos ignes fortiter tolerans, caſta in Suſanna erga virũ, in Anna prophetiſſa poſt virum, in Maria præter virum, in Paulo ad arguẽdum libera, in Petro ad obediẽdum humilis, humana in Chriſtianis ad confitẽdum, diuina in Chriſto ad ignoſcẽdũ, quod idem Greg. tradit 10. Moral. in 11. cap. Iobi, hoc totum in hoc Sacramento cumulate præſtat amor diuinus, dum diuinum Abelem Patri ſacrificiũ offert incruentũ. Hos tamen effectus non ex ęquo omnes accedentes ad hoc cõuiuium participant, neque enim omnes aut cum Abele immolantur, aut cum Abrahamo peregrinantur, aut cũ Paulo arguunt, aut cum Petro obediunt, & idcirco non deguſtant dulcedinem cibi iſtius, quam Deus abſcondit diligentibus ſe.

P. Aug.

D. Greg.

47. Expendatur quæſo, vt tãdem cõcludamus, ad hoc inſtitutum illud, quod Cardinalis Petrus Damianus in ſermone 2. de cœna Domini adnotauit: Manna videlicet, quod in Numeris dicitur oleatum, in Exodo prius legitur mellis habuiſſe ſaporem: ſic fortè ſanctiſsimus, ac ſuauiſsimus iſte cibus, qui primis Eccleſiæ filijs dulcis, ac ſuauis erat, nunc frigeſcente amore, & ſeneſcẽte iam Eccleſia faxit Deus ne ſit tanquam panis oleatus, ſuper quo impiorum animæ nauſeant. Oportet iam fundamenta pro cõmuni ſententia adducta, quatenus noſtræ reſolutioni aduerſantur, diſſoluere.

Petrus Damian.

48. Ad primum itaque in oppoſitum negandum eſt antecedens, cum oſtenſum ſit non repugnare diuinæ virtuti abſolutæ, quod oculus corporeus eleuetur ad vidẽdum corpus Chriſti etiam prout exiſtens in ſacramento Euchariſtiæ. Ad primam

Ad 1. reſp.

proba-

Ad 1. confirmat. probationem etiam ex dictis patet ſolutio, neque enim concludit ipſam præſentiã, & modum exiſtendi indiuiſibiliter videri directe & in ſe, ſed arguitiuè, & per defectum propriæ extenſionis, & diuiſibilitatis, quam corpus haberet, ſi exiſteret in loco modo naturali, & extenſo. Ad ſecundam etiam

Ad 2. confirm. confirmationem iam negatum eſt, ex eo quod color non extenſus, ſed potiùs exiſtens in quãtitate modo indiuiſibili videatur, ſequi poſſe etiam videri colorem in cõmuni, propter rationem aſsignatam. Neque id quod in eodem argumento additur, ex eo quod viſio potentiæ corporeæ ſit intuitio, quæ non poteſt abſtrahere à conditionibus exiſtentiæ reſpectu obiecti viſi, aliquid concludit contra noſtrã ſententiam: nam ſemper viſio tendit in corpus Chriſti exiſtens, ſolumq; abſtrahit à modo naturali exiſtendi, id eſt, à diuiſibilitate, & extenſione, quam haberet in loco, ſi in eo naturaliter exiſteret; quod tamen nullum eſſe inconueniens iam oſtẽdimus, & ea ratio efficaciter id oſtendit poſsibile: nam id quod poteſt ſuppleri in obiecto per ordinẽ ad ſui exiſtentiam, poterit etiam ſuppleri per ordinem ad operationem, quæ exiſtentiã ſupponit, niſi aliundè repugnãtia aliqua oriatur: ergo ſicut per indiuiſibilitatem, & inextenſionẽ ſuppletur in Euchariſtiæ Sacramẽto modus naturalis extenſionis, & diuiſibilitatis, quem naturaliter ſibi vendicabat Chriſti corpus, ita quoque poterit ſuppleri per ordinẽ ad hoc vt ex ſe emittat ſpeciem per quam poſsit videri: aliunde autem non dari repugnantiam ſatis ſuperq; oſtenſum eſt.

Ad ſecũdum, etiam ſi admittatur antecedens, neganda eſt conſequentia ob rationes ſupra aſſignatas: ad hoc enim vt obiectum corporeũ videatur exiſtens ſub modo inextenſo, & indiuiſibili indiget potentia corporea eleuatione, qua tamen non indigeret ſi corpus exiſteret modo diuiſibili, cum tunc eſſet obiectum modo naturali proportionatum: nec tamen ſi denuo inciperet apparere modo diuiſibili, & extenſo ſequerentur incommoda, quæ in argumẽto ob- 49. Ad 2.

Digitized by Google

jciuntur, nam primũ quod tangitur nullum eſſet, poſſet enim prius exiſtere modo indiuiſibili, & definitiuo, & poſteà apparere modo diuiſibili, & extenſo; imò verò ſi ita apparitio fieret, ceſſarent multa alia incommoda: ſed quoniam dum apparet Chriſtus in hoſtia apparet cõmuniter in multo minori quantitate, quam ſit quantitas naturalis corporis Chriſti, idcirco potiùs dicẽdum, quod videtur tunc ſub modo exiſtendi definitiuo, & inextenſo, quem corpus eius habet in Sacramento.

Videtur ſub modo inextenſo.

50. Inconueniens autẽ quod inferebatur ſi videretur modo circũſcriptiuo, nullũ eſt; quidquid enim Vaſq. citatus oppoſitum velit, nihil implicat, quod idem corpus ſimul diuina virtute poſsit eſſe in duobus & pluribus locis non ſolùm per ſimplicem præſentiam ad locum, quo pacto videtur loquutus Hugo Victor. de Sacramẽt. libr. 4. p. 8. c. 11. & nonnulli alij, ſed etiam quantitatiuè, & extenſe, ita vt vere, ac propriè actu ſit extenſum, & diuiſibile in vtroque loco, quæ fuit ſententia Scoti in 4. d. 10. q. 2. á multis tum ex Theologis, tum ex Philoſophis probati, & eam nos olim latè oſtendimus lib. 4. Phyſic. Primò, quoniã non minori neceſsitate multitudo corporum multitudinẽ locorum, quam vnitas corporis vnitatem loci exigit: ergo cum illud diuinæ virtuti non poſsit negari, illud enim ſacrũ conuincit Chriſti Domini natalitiũ ex ſanctiſsimæ Virginis viſceribus eius puritate & carne prorſus illæſa, vt enim eleganter inquit P. Auguſt. *Sicut in tranſitu tuo Mariæ non eſt corrupta virginitas, ſic tua ibi non eſt maculata maieſtas*: & Chryſoſtom. in ſermone de Annunciatione Virginis, *Si læſit* (inquit) *ignis rubum in ſolitudine, lædet & præſentia mea Mariam; ſin ignis ille, qui præſentiam meam ſignificabat, rubũ potiùs irrigauit, quàm combuſſit, quid de veritate dices, non in igne flammæ, ſed in pluuiæ ſpecie deſcendente?* ita nec illud quoque negãdum videtur, cum non appareat in vno maior repugnantia quam in alio.

Vaſq.

Hugo Victor.

Scotus.

Li. 4. Phyſic.

P. Aug.

Chryſoſt.

51. Neque ſolutio quam excogitauit Dur. in 4. d. 44. q. 6. efficaciam rationis noſtræ tollit, dum dicit Chriſtũ D. egredi potuiſſe abſque pene-

Durand.

tratione

tratione vteri virginalis per partium illarũ dilatationẽ, quæ reſponſio indigna plane eſt Chriſtiano Philoſopho, ne dicam Theologo: nam præterquamquòd cõmuni Patrum doctrinæ aduerſatur, ex ea ſequitur non ita perfectam omni ex parte permanſiſſe partium vteri virginalis ſoliditatẽ. Et quod caput eſt, ſequitur ortum Chriſti D. in eo exitu non magis eſſe miraculoſũ, quã ortum cuiuſlibet alterius, ſi ſtatus innocentiæ permanſiſſet.

Excluditur Dur.

52. Sed quid Durand. dicet ad ingreſſum Chriſti Domini ad diſcipulos ianuis clauſis? Non verebitur cum Palud. loco citato q. 3. dicere ianuas velociſsime fuiſſe apertas, & iterum ſubito clauſas, ſicque exponere Ioan. c. 20. dum dicit Chriſtum D. veniſſe ianuis clauſis. Nec verebitur Auguſt. & Chryſoſto. citatis, Hieronymo in cap. 27. Matth. Hilario 3. de Trinit. Epiphanio hereſ. 20. & alijs communiter contradicere. Nec ſecundò inconueniens reputabit Chriſtum Dominum ab extremo tranſijſſe ad extremũ non tranſeundo per medium, vt impoſsibilem dicat corporum penetrationem; ſic enim ſecundo loco reſpondet.

Duran. Palud. Ioan. 20. P. Aug. D. Chryſoſtom. D. Hieron. D. Hilar. D. Epiph.

53. Si inſuper Chriſti reſurrectionem Durando opponamus obſerato ſepulchro factam, per penetrationẽ nimirum proprij corporis cũ lapide, reſpõdebũt Dur. & Palud. id ex Euangelio non conſtare: certe tamen in re adeo graui, & in quam conſpirat vnanimis Patrum cõſenſus, non deberent adeò veritatem aſſerentibus reluctari: videatur Bernard. ſermone 1. de Reſurect. Chryſoſt. hom. 90. in Matth. Iuſtin. Mart. q. 117. ad gentes, Beda in Vigilia Paſchæ, P. Aug. ſerm. 38. de Tempore. Et nec minus falſa eſt alia ſolutio, quam Palud. adducit dicens, corpus glorioſũ poſſe proprias dimenſiones ita conſtringere, vt per quamlibet quantumuis minimam rimulam poſsit permeare, ſicq; potuiſſe Chriſtum per rimulam, quæ eſſet inter vtrunque lapidem, egredi: ſiniſtre tamen rimatus eſt has rimulas Palud. & ſine probabilitate falſis rimulis ſe abſcondit: quod enim tunc eſſet in Chriſti egreſſu à ſepulchro miraculum, tot iam ve-

Excluditur iterum Dur. cum Palud.

D. Bern. S. Chryſ. B. Iuſt. M. r. Bed. P. Aug.

Reijcitur excogitatio vana Palud.

Digitized by Google

teris teſtamenti typis adumbratum, in nouo toties inculcatum, à Patribus tam ſæpè cōmendatum, ab Eccleſia tam deuotè laudatum: illud Pauli pro cęteris ſatis ſit ad Hebr. 4. *Habemus*, inquit, *Pontificem, qui penetrauit cœlos, Ieſum filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſsionem.*

D. Paul.

54. Reijciuntur ſecundo.

Secundò idem etiā apertè oſtenditur ex ſanctiſsimo Euchariſtię Sacramento, cū de fide ſit corpus Chriſti D. ſimul eſſe, & exiſtere in pluribus hoſtijs conſecratis, vnde non videtur dubitandum poſſe idem corpus diuinitus conſtitui in pluribus locis. Quod ſi diſcrimē aſſignent, quod ſtatim ſeſe offert, nimirū corpus Chriſti in pluribus hoſtijs non eſſe modo extenſo, & circumſcriptiuo, ſed definitiuo, & inextenſo modo, quæſtionem verò eſſe de corpore quod circumſcriptiuè, & extenſo, ac diuiſibili modo ſit in duobus locis, & hoc negandum eſſe: nihil plane rationis diuerſitas colligit, nā eſſentia quātitatis non cōſiſtit in actuali extēſione in loco, ſi enim in ea conſiſteret, non eſſet corpus Chriſti in Euchariſtia verè corpus quātum, cū actu nō ſit extenſum, & per conſequens ſicut poteſt dari corpus quod ſalua quantitatis eſſentia, actu non ſit diuiſibiliter extenſum in loco, ita nihil obſtabit, quominus detur corpus, quod ſalua quantitatis eſſentia duplicē habeat extēſionem in loco, neque enim vnquam inter hæc diſtinctionis ſufficiens aſsignabitur fundamentum, & eſt hæc philoſophia multo facilior, & conformior ad confutandos hæreticorū errores circa myſterium Euchariſtiæ, dum illud impugnant, ex eo quod idem corpus nequeat eſſe in pluribus locis ſimul, quæ ratio non eſt in hac re contemnenda.

Vera eſſentia quantitatis ſine actuali extenſione.

Ad ſecundū inconueniēs, reſpondet Alexander citatus in poteſtate corporis eſſe glorioſi, nunc ſub maiori, nunc ſub minori quantitatē ſeſe conſpiciendum exhibere; imò verò communiter ſe ſe oſtēdere ſub infantili adhuc & tenera ætate Doctores cōmuniter animaduertunt, eſt enim forma iſta ad excitādum hominum amorem, excutiendūq; metum ac tremorem accōmodatior, ſicq; B. Ioanni Sahaguntino ſub miti, & læta ſpecie ful- 55. Alexand.

gens quaſi reſurgẽs apparere ſolebat; & ex parte ipſius Chriſti D. non incongrua; nam in hoc myſterio ſanctiſsimo perverba ſacerdotis quodã modo renaſcitur, vnde & ſacerdos quodãmodo pater Chriſti appellari poteſt, vt optime adnotauit Rupert. lib. 6. in Geneſ. c. 32. expendẽs enĩ & cõferens immolationẽ Iſachi à patre Abrahamo Deo factã, cũ ea, quã ſacerdos in Sacramento altaris peragit filiũ Dei æterno Patri offerendo, inquit: *Ergo in hoc ſancto ſacrificio ſacerdotalis ordo ipſe eſt pater Abraham, pater, inquam, multarũ gentium, quia per myſterium paternitatis eius multæ gentes Deo regeneratæ ſunt, quęcunq; adſãctũ altare diuina vocat gratia, fidemq; eius electio ſancti ſpiritus ſacerdotali dignitate remunerat, eo ipſo quod vocatur, & eligitur ad tale munus, profecto iubetur illi, vt tollat filium ſuũ, quẽ diligit Iſaac, eumq; Domino in terra viſionis in holocauſtum offerat.*

Rupert.

56. Ad 3. argum. dicendũ eſt, ita quidem vſitatum eſſe in Eccleſia, vt ſi quãdo in ſpeciebus ſacramẽtalibus caro, aut ſanguis apparet, in loco venerabili, ac decenti coaſſeruentur, ſicut Alexander citatus à Gabr. dicta lect. 5. refert de Lantfranco: cũ enĩ præsbyter quidam miſſam celebrans inuẽtam ſuper altari veram carnem, & verũ in calice ſanguinem ſecundũ propriam carnis, & ſanguinis ſpeciem ſumere formidaret, rẽ ꝓtinus Epiſcopo, ſuũ cõſiliũ quęſiturus, aperuit: Epiſcopus autem cũ multis coepiſcopis ad hoc cõuocatis calicẽ illũ cũ eadẽ carne, & ſanguine Dñi diligenter opertũ, & ſigillatũ incluſit in medio altaris pro ſummis reliquijs reſeruãdũ ꝑpetuo; quod hodie ſeruat Eccleſia, quãdo tale quid accidit. Vnde nõ ſolũ colliges ſolutionẽ ad argum. ſed etiã habes, quid agẽdũ ſit in eo caſu, vt ibidẽ aduertit citatus Gabr. debet enim ſacerdos primo preces ad Deũ fũdere, & ipſũ deuotiſsimè exorare, vt Sacramẽtũ hoc pro miſericordia ſua dignetur in priſtinã formã reſtituere, quę ſit mãducationi congrua, ſic enim Greg. ſupracitatus fecit, ſicq; Paſchaſius ab eodẽ Gabriele citatus narrat ab alio ſãctiſſimo pręsbytero factũ; & dũ forma panis redit debet reuerenter illud ſumere, ſicq; Ioan. Sahag. expectabat, qđ

Ad 3.

Alex.

Gabr.

Quid agẽdum ſit, dũ caro, aut ſãguis appa ret in ſpeciebus ſacramentalibus.

D. Greg. Paſchaſius

Digitized by Google

Chriſtus, qui ei apparebat, ſe iterum quaſi ab eius oculis abſconderit: ſi verò non exaudiantur preces eius, nec in priſtinam formam reducatur, ſed adhuc appareat caro & ſanguis, tunc rationabiliter abſtinet à ſumptione talium ſpecierum: vt enim inquit D. Hieron. in Leuit. relatus de conſecr. d. 2. *De hac quidem hoſtia, quæ in Chriſti cõmemorationem mirabiliter fit, edere licet: de illa verò, quam Chriſtus obtulit in Cruce, edere non licet*, quod ſic exponit Alexãder, & ſequitur Gabr. De hoſtia, quã obtulit Chriſtus in cruce, ſecũdum illam formam, in qua apparebat cum inter nos cõuerſabatur corporea viſione, nulli licet edere: quaſi diceret, ſi Deus faceret, vt appareret ſanguis in calice, aut caro in altari, ſumendum non eſt. Neque per hoc ſacerdos eccleſiaſticum pręceptum tranſgrederetur eadem diſt. 2. relatum, vbi dicitur, quod *quicunque ſacerdotum ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, repulſum ſe nouerit anno vno*; decretum autem itelligẽdum eſt, quando Sacramẽtum manet ſub forma manducationi conueniente: debet tamen pro hac aliam hoſtiam cõſecrare, & ſi maneat ſub ſimili forma, aliam, quam tandẽ ſumat: caro verò, ac ſanguis coaſſeruetur decenter, & deuote inter reliquas: lateq; ex dictis patet ſolutio ad argumentum.

D. Hier.

Alex.

57. Ad 4. Ad quartum etiam ex ijs, quæ ſuprà diximus, apparet reſponſio, nam cõcluſio noſtra pręcipuè verſatur, & intelligitur in ijs apparitionibus, quę breui durãt tempore, quales non ſunt illæ, in quibus ob diuturnitatẽ aliquando cernitur carnẽ, quæ apparuit, denigrari, aut corrumpi: imò verò nec ex eo quod ſpecies ſacramentales corrumpãtur, colligitur ſub eis non fuiſſe corpus, & carnem Chriſti, ſed poteſt colligi tunc nõ exiſtere: neque enim corpus Chriſti D. ſub ſpeciebus cõtinetur, niſi pro eo tẽpore, quo ſub eis naturaliter ſubſtãtia panis, quæ trãſubſtantiata eſt in corpus Chriſti, permaneret: neque enim in hac re Deus aliud miraculũ inducere voluit, ne corrũperẽtur: quod tamen nõ deeſt in Eccleſia, & recẽter inuẽtum: ſicut enim in Marchia ceruiſina caro, quæ ſub ſpeciebus apparebat, ob

diutur

Digitized by Google

Species ſacramentales incorruptæ per trecentos annos permanent adhuc.

diuturnitatem temporis videtur corrumpi, & denigrari, ita & nunc quatuor, aut quinque ante annos Barchinone in celebri S. P. Augustini cōuentu ſacramentales ſpecies intra templi parietē repertę ſunt, ita colore & aſpectu integræ ac recētes, ac ſi eadem die ibi reconditæ fuiſſent, cum tamē ante annos circiter trecētos in illius templi conſecratione, vt aliquoties fieri ſolebat in ſimilibus ſolēnitatibus, intra cauam parietis templi capſulā ad id muneris deſtinatam, & fabricatam Dominicū corpus clauderetur: quæ res, vt mihi à fide dignisſimo viro, qui præſens adſtitit, publici notarij manu ſcripta, adſtantibusq; teſtibus firmata eſt, placuit ei proculdubio tanto miraculo ſacros tēpli parietes, non modo præſentia ſua conſecrare, ſed ab eis, ſub eis ſpeciebus non diſcedere. Felix templum intra cuius parietes Chriſtus Dominus tanto miraculo corpus ſuū detineri ſacramentaliter voluit, & templum, quod pręſentia ſua ſacrauerat tanto miraculo voluit conſecratū amplius prædicari.

58. Ad 5.

Ad vltimum iam negatū eſt, atque bene ſaluari omnia, quæ de miraculis diuini Sacramenti facta narrantur, per ſolam immutationę ex parte potentiæ, ita vt non videatur vera Chriſti caro, atque ſi illa verè ac propriè videatur.

Ad incommoda, quæ deinde inferuntur ex ſolutione infra idem argumentum tradita, reſpōdetur facilè ex ſolutione ad tertiū, & ad 4. 59.

Poteſt quidem ex dictis excitari fidelium animus in præſtantius huius mirabilis Sacramenti obſequium, flagrantioremque amorem, ac cultum, vt homines illum ſub ſpeciebus non deſinant venerari, & reuereri, quem vel ipſa rationis expertia animalcula venerantur, & opera ſua colunt. 60.

Mos fuit in ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, cumq; adhuc Chriſti ſemen, & verbum, non ſic late atque modo in vniuerſas orbis partes diffuſum execreuerat, vt laici Euchariſtiam ad infirmos deferrent, vt conſtat ex epiſtol. Dionyſ. Alexand. ad Fabianum Antiochenum, & Greg. hom. 40. in Euangelia. Euſeb. lib. 6. Hoſtien. c. 36. Nicephoro, atque alijs, 61.

Dionyſ. Alexand. *D. Gregor.* *Euſeb.* *Hoſtienſ.* *Nicephor.*

quod tamẽ poſtea accreſcẽte fidelium numero, fœcundioriq; reddita iam Eccleſia Chriſti ſponſa, ablatum eſt & prohibitũ in Conc. Rhemẽſi can. 2. ne laici deferant Euchariſtiã ad infirmos, ſed ſoli ſacerdotes, & ex licentia præsbyteri, Diaconi vrgente neceſsitate, vt habetur in Cõcil. Carthagin. 4. cap. 38. Dũ verò ea vigeret conſuetudo, fortè accidit vt deferẽte puero Euchariſtiam ægrotanti vimineo incluſam caniſtro (ſic enim Hieron. epiſt. 4. ad Ruſtic. refert Epiſcopũ corpus Dominicum vimineo in caniſtro ſolere conficere, ſãguinem verò in vaſe vitreo) in agro cecidit ſacrũ Domini corpus: en roſa iacet inter ſpinas; qui hominem è terra plaſmauit, hominis incuria cadit in terrã; frumenti granum iterum redit ad agrũ, non vt iterum moriatur, ſed viuum iam nõ amplius moriturum: ecce rem omni admiratione dignam, & omni cognitione digniſsimã: conueniunt apes circa ſacramẽtales ſpecies: creatorem tangere reuerẽter, ſic tamen poſitum ſine altari, ſine templo nefas relinquere iudicarunt, non artificioſè, ſed naturali ſua virtute, Deo earum miniſterio miraculum operante, cereos extruunt parietes, tegumenta ſurſum circundant, Eccleſiam cereã imitantur, elaborant, conficiunt, circa Dominicum corpus accuratius ſacrarium expoliunt quo ſacræ ſpecies includuntur: clauditur inter mellis fauos mirabilior dulcedo, inter apum cibum vitę cibus, & quod deferentis hominis incuria fortè accidit, mirabili apum ſolertia pro ſua induſtria compenſatur.

Conc. Rhemenſe. *Conc. Carthag.* *D. Hier.* *Apes cereã Eccleſiam extruunt.* *Sacrarium pro Chriſti corpore.*

62\. *Virginitas exemplum Dei.*

Inter cætera verò, ob quę excogitari poteſt Deum tẽplum ſacratiſsimo Chriſti corpori ædificandum apum opera voluiſſe, ea mihi occurrit primo loco, quod animalcula illa ſint inſigne caſtitatis, imò & virginitatis exemplum, vtpotè quæ perpetuam ſemper virginitatem obſeruent, nec inter illas mares, aut fæminas natura deſtinauerit, nec ex vtriuſque mixtione generentur: vnde Ruffinus ad illa verba Symboli, *ex Maria Virgine*, *Quid mirum*, inquit, *ſi Virgo conceperit, apes certe neſcire coniugia, nec fœtus nixibus edere omnibus palam eſt.*

Inſignis cõmendatio. *Ruffinus.*

Idem

Digitized by Google

D. Ambr. Idem aſſerit D. Ambroſius in libr. de natura rerum, D. Gregor. in ſeptem Pſalm. ad illa verba quinti, *ſcribantur hæc*, quod idem docuit P. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 27. dicens, *Alia quippè animantia ſunt, quæ de quibuſq; rebus ſine concubitu ita naſcuntur, vt poſtea concumbant, & generent, ſicut muſcæ; alia verò in quibus nihil ſit maris & fœminæ, ſicut Apes*, & idem videtur ſenſiſſe Plinius lib. 11. cap. 6. tradiditq; Poeta Latinus his carminibus.

D Greg.

P. Aug.

Plinius.

Virg. 5. Georgic.

Illum adeo placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt,
Verum ipſæ è folijs natos, & ſuauibus herbis
Ore legunt.

63. Nec mirum videri debeat, quod apum hoſpitio excipiatur Chriſtus, cui inter puros, ac virgines habitari dulce eſt. Satis bene expendit Tertul. in libr. exhortatorio ad caſtitatem, cap. 7. & in lege veteri Leuit. 21. & in lege noua 1. Timoth. 3. peculiarem curam Deo fuiſſe de ſacerdotum ſuorum mũditie, & de ijs, qui accedere debent ad altare Dei: & elegantius plane ad cap. quintum eiuſdem libri examinãs ſecundas nuptias, ſolasque primas approbans, & ſecũdas potius infirmitatis remedium, quàm creatoris inſtitutum dicens, inquit, *Nam cum hominem figuraſſet, eiq; parem neceſſariam proſpexiſſet, vnam de coſtis eius mutuatus, vnã illi fœminam finxit: cum vtique nec artifex, nec materia defeciſſet, plures coſtæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, ſed nõ plures vxores apud Deum; & ideò homo Dei Adam, & mulier Dei Eua vnis inter ſe nuptijs defuncti ſunt formam hominis Dei de originis authoritate, & primam Dei voluntatem ſanxerũt; erunt duo, inquit, in vnam carnem, non tres neque quatuor*. Hæc Tertullianus, quibus ſane mirum in modum ex ipſius conditoris opera pro ſola neceſsitate propagtionis videtur inductum, & inſtitutum cõiugium, illudq; vnicum, alia poſtea quaſi ex infirmitate permiſſa, quia nimirum melius eſt nubere, quàm viri. At legis nouæ ſacerdotibus, vt puro ſpiritu, manibusque puris ad altare Dei accedant rectè cum ipſo ſacerdotio ca-

Tertull.

Leuit. 21.

1. Tim. 15.

Secundæ nuptiæ carnis remedium.

Digitized by Google

ſtitas iniungitur: ſi enim (vt inquit idem Tertullian. capite 10.) quotidie omni mométo oratio hominibus neceſſaria, vtique & continétia, quæ orationi neceſſaria eſt. Et hæc de hac quæſtione ſatis ſint, ex quibus mirũ in modum commendatur amor Chriſti in B. Ioannem Sahaguntinum, cui ſe in Sacraméto altaris in vero corpore, ac vera carne conſpiciédum tam ſæpè exhibuit, illum alloquens, & edocẽs, cum eoque agens ita familiarirer, ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum.

QVÆSTIO SEPTIMA SCHOLASTICA.

DE ADORATIONE CHRISTI.

1. DE hac materia adorationis diſputant Theologi varijs in locis cũ D. Thoma 2.2. à q.81. cum ſequentibus, & q.103. 104. & de adoratione Chriſti 3. p. q.25. ibidé Caietanus, & alij Thomiſtæ, Scotus cum Magiſtro in 3. d. 9. ibi Bonauentura, Durand. Marſilius, Richardus, Paludanus, Argétinas, & alij Sententiarij, Gabriel etiam in canonem lectio.5. Vualdenſis de Sacramentalibus titul.13. à cap.117. Alexand.3.p.q.30.memb.1. Catharinus opuſc. de imaginib. Bellarminus libr.1. de cultu Sanctorum, Alanus dialog. 3. Sanderus de typica imaginum adoratione, Petr. Bergom. in concordantijs Diui Thomæ, Alfonſ. à Caſtro aduerſus hæreſes verb. Adoratio, Aiala de traditionibus p.3. Anton. Cordub. libr.1. Prateol. verbo Maomet. & alibi, Picus Mirandul. in ſua Apologia, Lactát. libris di-

Scholaſtici.

uinarum

Digitized by Google

uinarum inſtitutionum locis infra citãdis. Ex Patribus citari ſolent ferè omnes in hac materia tam ex Græcis, quàm Latinis, Damaſc. libr. 4. de Fide cap. 3. & orationibus de imaginibus, Irenæus lib. 3. Euſebius lib. 4. hiſtoriç cap. 6. Cyrill. & Chryſoſt. in Ioan. Hilarius 2. de Trinitate, Baſilius, Athanaſ. Epiphan. Ambroſ. Dionyſi. Hieronym. Clemens Alex. Vterque Gregor. & cõplures alij locis in progreſſu citandis, Pater Auguſt. in Enchyrid. cap. 3. & 6. 10. de Ciuitate Dei cap. 4. 9. & 12. cap. 14. & cõtra Pelagianos, & alibi ſæpè. Concilia, quæ ſępiùs citantur, ſunt ſexta, & ſeptima Synodus generalis, Concil. Mogunt. Cabilonẽſe, Gangrenſe, Carthaginenſe, Senonenſe, Romanũ ſub Felice primum, & Trident. ſeſſ. 25.

Patres.

Concilia.

2. Illud animaduertes ex Patribus, quos citauimus, non omnes hanc materiã ex profeſſo tractare, ſed ſæpè diſputãtes aduerſus hæreticos, prout temporũ errores exigebant, ſic incidenter de his aduerſus illos diſſerebant. Hęretici verò, qui pręcipuè circa adorationem deliquerunt, fuerunt Iconoclaſtę, ſiue Iconomachi, Chriſtianocathegori, Iudæi, Mahometani, Lutherani, Caluiniſtæ, Vuicleffiſtę, Zuingliani, Æcolampad. Elipand. Carolſtad. ſimilesq; huius farinæ peſtes.

Hæretici impugnatores.

3. Hæc citauimus, quia in progreſſu à ſuperflua Auctorum citatione abſtinebimus, quia verò de Adoratione Chriſti prout res exigit, agere non poſſumus, niſi prius de adoratione in cõmuni agamus, ne nimis prolixa ſit, & faſtidioſa diſputatio, ſi recto filo amplius quam par eſt extendatur, ſemel, atque iterum ſecabitur, & in prima parte huius quęſtionis de adoratione in cõmuni: in ſecunda de adoratione Deo, & Chriſto debita: in tertia pro rei complemento nobis de adoratione Sanctorum diſputandum eſt.

(.?.)

PRIMA PARS QVÆSTIONIS.

Continentur in hac diſputationis parte prima quæ ſequuntur.

Articulus primus. Quid ſit adoratio, & cuius virtutis actus?
Articulus ſecundus. Quidam in actu interno illam eſſentialiter conſtituunt, alij in externo.
Articulus tertius. Vera ſententia circa hoc ſtatuitur.
Articulus quartus. Soluuntur rationes oppoſitæ.
Articulus quintus. Quot ſint adorationis ſpecies, quibus nominibus appellentur, quomodovè adoratio ſe habeat ad illas?
Articulus ſextus. Sintne latria, & dulia veræ virtutes, & quænam virtutes ſint?
Articulus ſeptimus. Latriam eſſe vnam virtutem, & à cæteris omnibus diſtinctam.
Articulus octauus. Non eſſe Theologalem virtutem, ſed inter morales præſtantiſſimam.
Articulus nonus. Duliam eſſe virtutem à latria diſtinctam, eſſe tamen vnam genere, non ſpecie infima.

ARTICVLVS I.

Quid ſit adoratio, & cuius virtutis actus?

1. D. Thom. CVM adoratio ex D. Thoma ſemper ordinetur, & reſpiciat excellentiam eius rei, quam adoramus, & cui reuerentiã exhibemus, reuerentia verò ſit ex eodẽ D. Thoma quidam actus doni timoris, inde fit, vt qui alium adorat, per actum adorationis quaſi profiteatur ſubiectionem quandam, & ſeruitutem erga eum, quem adorat, ob excellentiam, quam in eo cognoſcit: vnde iam adoratio erit cultus ſiue honor alicui exhibitus ob aliquam illius excellentiam, tanquam notam, & ſymbolum ſubie- Quid ſit adoratio.

ctionis

ctionis erga ipſum exhibitę, ſicq; Damaſc.orat.3.breuius dixit adorationem eſſe cedentis,atque ſubmiſsi animi humilem ſignificationē. Sic & Anaſtaſ.in 7.Synodo act. 4.adorationem dixit eſſe honoris emphaſim. Quoniam verò in deſcribēda ęthymologia adorationis ſępè diuerſa nomina interueniunt, vt eſt glorificare, laudare, honorare, reuereri; percipe breuiter, in quo hęc conueniāt, quidve vnū ſupra aliud addat. Gloria in primis à laude, & honore differt, quia gloria potius oritur ex laude, & honore, & eſt notitia quædam bonitatis, quæ illuſtrat aliquem, definiturq; clara cum laude notitia; laus verò, & honor primò diſtinguuntur in materia, nam laus verba habet propriam materiam, honoris verò materia reperitur in alijs quoq; externis ſignis, & ſic latiùs patet: formalius verò diſtinguuntur, quia laus eſt nota quædam bonitatis alicuius ordinatæ tamen ad aliquem finem, aut ex intentione laudantis, aut ipſius bonitatis: honor verò eſt eadem nota bonitatis in ſe ipſa ſpectatæ, quod diſcrimē colligitur ex Philoſopho 1.Ethicor.c.12. dum laudabile dixit eſſe affectū aliqua qualitate, quæ aliquo modo ſe habeat ad aliquid. Vide D. Thomam 2.2.q.13.art.1.ad 3. Reuereri verò ab his diſtinguitur, quoniam vt ſuprà diximus, timorē importat, imò propriè internū animi affectū trahit, cum nihil aliud ſit, quàm bona quædā, & magna reputatio boni alterius cū ſubmiſſione erga ipſum, quæ ſubmiſſio eſt actus doni timoris. Adorare autē ſupra hæc omnia ex Henrico quodlib.10. q.6.in princip. Palud. in 3.diſt.9.q.1. art.3. principali videtur addere, quod, dū quis aliquid adorat ob eminentiam excellentiæ, quā cognoſcit in re, quā adorat, totū ſe illi ſubijciat, & committat. Vnde inquiūt adorare eſt in id, quod eſt reuerendum, laudandum, honorandum, & glorificandū propter eminētiam ſuæ ſanctitatis, & virtutis, totā ſpē, atque fiduciam, ſubijciendo ſe illi, proijcere; vnde rectè P. Auguſt.lib.contra ſermonem Arrianorum capite 23. *Honorat* (inquit) *omnis qui adorat, non tamen adorat omnis, qui honorat*. Per reuereri autē

iam

Damaſc. · *Anaſtaſ. 7. Synod. act.4.* · Quid ſit gloria, laus, honor? · Laus, & honor diſtinguuntur. · *Ariſt.* · *D. Thom.* · Reuereri quid ſit? · Adorare, quid? · *Henric.* · *Palud.* · *P. Aug.*

iam melius explicatur adoratio, & ferè nihil addit adorare ſupra uereri, niſi forte proteſtationem externā reuerentiæ, vt bene adnotauit Vaſquius 3.p. q.25.diſp. 93. cap. 1. Ex dictis ſupra, adoratio eſt cultus quidam, quo aliquem honoramus, ac reueremur ob ſui excellētiam. Et in hac latitudine adoratio complectitur quēlibet cultum, quamlibetve reuerentiam ob aliquam excellentiam alicui exhibitam, qualiſcūque illa ſit, vt latiùs apud Bellarm. controuerſ. 7. c. 12. poſt principium iuxta mentem D. Thomæ citata q. 81. ar. 4. Vnde, cum excellentia quædam ſit diuina, & increata, alia humana, & creata, quæ poſita eſt in humanis, ciuilibusvè dignitatibus, & gradibus, & inter has mediet etiam illa, quæ cum creata ſit, conſiſtit tamen in ſupernaturalibus virtutibus, & gratijs. Adoratio in ea latitudine, de qua modo loquimur, & quam in ſequētibus reijciemus à tractatione theologica, complectitur omnes illos colendi, & honorandi modos.

Vaſq. Adoratio quid ſit.

Bellarm.

D. Thom.

2. Adoratio latiſsimè.

Collige prætereà, adorationem, vt ſic ſpectatā, eſſe actum virtutis iuſtitię generalis, quatenus ſcilicet ſuo modo conſtituit in ſua materia iuſtum, & æquum in reddendo cultu: vt enim diximus in quæſtione 3. ſcholaſtica, ſub iuſtitia generali comprehenduntur actus aliarum virtutum, quæ ſunt ad alterum, & quę ſunt partes poteſtatiuę ipſius; diſtinguitur verò adoratio iuxta diuerſas excellentias, quas poteſt reſpicere; ſi enim verſetur circa excellentiam diuinam, talis actus eſt propriè virtutis religionis, ſi circa excellētiam creatam, pro ratione ſua ſpectabit ad alias virtutes inferiores: ſi enim reſpiciat excellentiam principij connaturalis, quale ſūt parentes, & patria, ſpectat ad virtutem pietatis; ſi illā, quæ eſt in maioribus aut gubernatoribus, noſtrique curam gerentibus, pertinet ad obſeruantiam, & ſic ad alias virtutes ſpectabit, quæ omnes ſunt partes potentiales iuſtitiæ generalis. Quanuis autem adoratio communiter pro actu accipiatur, ſumi poteſt aliquando pro habitu: cum enim ſit actus virtutis, ſicut cæteri actus virtutū, generabit habitū, niſi tamen

Quæſt. 3.

Adoratio pro actu, & habitu.

aliquid

aliquid addatur huic termino, *adoratio*, actum ſignificabit. Ex Scoto citata d.9.

Scotus.

3. Vlterius cum iuſtitia ſit virtus in voluntate reſidens, & actus adorationis ſit actus iuſtitiæ, erit etiam actus voluntatis, cum actus ad eandem potentiam pertineat, ad quam virtus cuius actus eſt, & hoc ſiue adoratio, de qua loquimur, ſit actus religionis propriæ, ſiue religioſæ obſeruantię, aut pietatis, aut ſimilis alterius virtutis. Bellarm. controuerſ.7. cap.12. tres actus diſtinguit in adoratione, nam in voluntate ſpectare poſſumus affectũ illum, quo ob apprehenſam excellentiam alicuius illum adorare volumus, ſeu volũtatem illam, qua quis liberè vult adorare aliũ, qui actus eſt propriè elicitus à voluntate, vel etiam alium actum eiuſdem voluntatis, per quẽ quis alium adorat interius illi ſe ſubijciendo, ac ſubmittendo, qui reſpectu prioris actus eſt quaſi imperatus, imò & ſe habet reſpectu prioris veluti obiectum, proindeq; primus ille actus non eſt ipſa adoratio, quia immediatè non verſatur niſi circa cultũ exhibendũ Deo: ſicut autem voluntas exercendi humilitatem non eſt humilitas, ita & iſte prior affectus, ſeu voluntas adorandi, non eſt actus adorationis. Vltra hos actus reperitur etiam alius actus externus corporis, quo tanquam ſigno, & ſymbolo adorans veluti profitetur, & proteſtatur excellentiam, quam in alio cognoſcit; talis eſt genuflexio, percuſſio pectoris, thurificatio, inclinatio, & ſimiles actus. Circa quod notabis non bene Antoniũ Cordub. lib.1. q.5. dubio 6. deſignare exterioris adorationis actus confundendo actus virtutum inter ſe: nam martyrium, ſuſceptionẽ ſacramentorum, templorum conſtructionem, vota, & iuramenta, & ſimiles actus dicit eſſe deſignatos materiæ adorationis, cũ tamen martyrium, & idem de alijs ſuo modo, ſit proprius actus fortitudinis, & charitatis. Præter autem illos actus voluntatis, & corporis, cum actus adorationis ſit actus virtutis moralis cũ cognitione præcedente, neceſſariò in intellectu ſupponit alium actũ, qui eſt bona quędam exiſtimatio de excellentia illius, quem

Bellarm. Tres actus in adoratione cognoſcit.

Voluntas exercendi humilitatẽ non eſt humilitas.

Anto Cordub. confũdit actus virtutum.

Digitized by Google

quem adorat, quæ tamē bona exiſtimatio ſupponitur adorationi; non tamen eſt adoratio, cum ſæpè ſine illa, imò & ſine affectu ad illam reperiatur. Vnde in adoratione non debent enumerari tres actus, ſed duo tantū actus, nimirum internus voluntatis, qui eſt actualis adoratio, & veluti imperatus ab alio actu voluntatis, qui eſt voluntas adorandi, & eſt veluti huius obiectū, diciturq; interna adoratio; & præter hunc reperitur etiam actus externus, qui eſt ſymbolū, & nota prædicti actus voluntatis. Ita ex Diuo Damaſceno 4. de Fide cap. 3. docuit D. Thomas 2. 2. q. 84. art. 2. *Damaſc.* *D. Thom.*

4. Tota dubitatio, illaque grauis, & ad alia de virtutibus percipienda vtilis, eſt, an adoratio vtrūq; hūc actum, externum ſcilicet, & internum eſſentialiter cōplectatur, an vnum tantùm, quo adęquatè compleatur in eſſe adorationis, & quiſnam ille ſit? Quæ difficultas tum inter antiquiores, tum inter recentiores Theologos eſt ſatis controuerſa, & ex illius deciſione patebit, quodnam ſit proprium obiectum adorationis: circa quod duas oppoſitas ſententias ſequenti articulo expendemus.

ARTICVLVS II.

Quidam adorationē in ſolo actu interno, alij in externo, eſſentialiter conſtituunt.

SENSVS præſentis quæſtionis iam patebit, ſi ad ea, quæ ſuprà diximus, attendamus, affectū ſcilicet adorationis verſari circa alium actū voluntatis, qui eſt ipſa actualis adoratio, & reuerentia erga illum, qui adoratur. Suppono etiam ſecundo loco contra hæreticos ex 2. 2. q. 81. art. 7. & 82. art. 3. Deum, etſi ſpiritus ſit, actibus corporis eſſe adorandum, ſicut Abraham Geneſis 18. pronus in terra Deum adorauit; cum enim eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum, quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram. Quod autem Deus in ſpecie trium virorum apparuiſſet ei concors eſt ſacrorum interpretum conſenſus, & in verſu præcedente eiuſdem capitis apertè habetur, dum dicitur, 1. *Geneſ. 18.*

Apparuit autem ei Dominus in conualle mambre, &c. Vbi Septuaginta verterunt, *Apparuit autem ei Deus, &c.* In cuius apparitionis memoriã ſolebant Iudæi pariter cum gentilibus, & Chriſtianis in eundem locum ſingulis annis conuenire, & ibi ſecundùm proprios ritus feſta peragere: quem tamen ritũ, teſte Sozomeno libro ſecũdo, capite tertio, Conſtantinus Imperator erecto templo ad Chriſtianorum ſacra peragenda in melius commutauit. Circa quæ videre poteris Chryſoſtomum homilia 41. Ambroſium libro primo de Abrahã capite quinto, P. Auguſtinum ſermone 68. & 70. de Tempore. Et ad inſtitutum redeuntes Diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 82. & 83. enumerans actus religionis quoſdam dixit eſſe internos quoſdam externos: inter illos orationem, & deuotionem conſtituit, quia interius conſummantur, quanquam aliquando oratio etiã externa ſit: quæſtione verò 84. enumerauit actus exteriores, quibus Deum religioſè etiam colimus, & inter hos retulit adorationem, oblationes, decimas, vota, iuramenta, ſacrificia, & laudes. Dubitatio ergo præſens eſt, vtrùm adoratio in ſolo actu voluntatis ſit, & in eo compleatur, an in ſolo actu externo, ſeu potiùs in vtroque eſſentialiter? quod idẽ eſt, atque quærere, an obiectum illius actus, quem diximus affectum adorationis, adæquatè, & propriè ſit ille alius actus internus voluntatis à primo imperatus, an actus ille externus, quem diximus eſſe ſymbolum, & notã adorationis? Et in hac quæſtione ſic propoſita.

Iudæorum & gentiliũ ritus euertit Conſtãtinus, Chriſtianorum inſtituit & auget.

Sozomen.

Chryſoſt.

Ambr.

Auguſt.

D. Thom.

Prima ſententia eſt eorũ, qui aſſerunt adorationem in ſolo actu interiori poſſe perfectè conſũmari, proindeq; proprium obiectum, circa quod verſatur affectus adorationis, eſſe actum internũ. 2.

Quæ ſententia adhuc dupliciter intelligi poteſt, primò, ſi quis dicat affectum adorationis verſari circa interiorem alium actum voluntatis tantummodò, qui etiam ad virtutem religionis pertineat, qui nihil aliud eſſe poterit, quam complacentia quædam de diuina excellentia, quam adorans reueretur, & ita talis

Digitized by Google

actus erit intùs conſummata adoratio, reuerentiaq; interior, dum quis complacet in eo, quod talem principē habeat, ac dominum, in quo tanta ſit excellētia: quæ ſententia videtur indicari à Diuo Thoma 2.2. q.84. art.2. in corpore; & in ſolutione ad ſecundum. Et videtur eſſe Scoti d. 9. q.1. §. *De primo*, vbi adorationem interiorem diſtinguunt ab exteriori, & illam dicunt abſque externo actu conſummari, vnde iam exterior actus eſt quaſi ſecundarius adorationis, interior verò primarius: in quo iam diſtinguuntur ab alijs actibus aliarum virtutū: nam actus verbi gratia interior temperantiæ habet pro obiecto actum exteriorem, ad quem mouet, & allicit: at verò actus interior adorationis, qui eſt affectus ad ipſam, in hac ſententia ad ſolum actum internum eiuſdem voluntatis mouet, ad complacētiam nimirum de excellentia rei, quam veneratur, illumque reſpicit vt primarium obiectum, & in eo intus perfectè conſummatur, proindeq; iam actus externus eſt veluti ſecundarius, & extra primariam rationem adorationis, habebunt tamen ſe ſicut duo actus fidei diuinæ credere, & confiteri, credere enim eſt primarius actus, qui non habet pro obiecto confiteri exterius, quamquam externa fidei profeſsio ſit ſignum interioris credulitatis: ſicq; exterior adoratio non erit obiectum interioris adorationis, quæ interius conſummatur, erit tamen ſignum illius quatenus qui exterius adorat, indicat internum affectum adorandi.

D. Thom.

Scotus.

Alia adoratio interior, alia exterior.

Actus interior adorationis habet ſe ad internum, ſicut actus fidei diuinę, qui eſt confiteri ad alium, qui eſt credere.

3. Præcipuum fundamentum huius ſententiæ ſumitur ex Diuo Thoma ſecunda ſecundæ, quæſtione 103. articulo primo, vbi illud diſcrimen ſtatuit inter honorem exhibendum Deo & hominibus, quod ille non poſtulet actum externum, hic verò illum requirat: vnde cum adoratio ſit quidam cultus, & honor exhibendus Deo, proculdubio interius conſummabitur, in nullo autem actu interiori poterit perfectè conſummari, niſi in aſsignata complacentia de diuina excellentia: ergo in ea adæquatè complebitur.

D. Thom

Alia

Digitized by Google

4. Alter modus explicandi prædictam ſententiam.

Alia via plures tuentur adorationẽ actu internò cõſummari, affectumq́; ipſius non verſari neceſſariò circa actum externum, tanquam circa obiectum, ſed etiã circa alium actum interiorem. Qui dicendi modus duo includit: conuenit cum præcedente, quatenus dicit adorationem poſſe interius conſummari, nec neceſſariò reſpicere ſolum actum externũ vt obiectum; differt verò in alio, quoniam non aſsignat pro obiecto affectus adorãdi, ſolam complacentiã, ſed præter illam actus etiã aliarum virtutum, tum voluntatis, tum intellectus, præſertim verò actus fidei, ſpei, & charitatis; quod vt ſtabiliant dicũt huiuſmodi actus vel ſpectari poſſe ſecundum ſuas ſpecificas honeſtates, ratione quarũ ad diuerſas virtutes pertinent: vel prout aſſumuntur, vt materia apta ad exhibendum Deo cultũ; & priori modo, cum voluntas adorandi nõ verſetur circa illos, non cõſtituunt adorationem, neq; enim voluntas adorandi verſatur circa actum ſpei, prout ſpes præciſè reſpicit bonum ſub ratione ardui, & difficilis, ſed prout voluntas adorandi ſumit actum ſpei, vt materiam aptam ad exhibendum Deo cultum.

5. Obijcitur ex Alberto Cordub.

Quod ſi obijcias. Ergo etiam actus aliarum omniũ virtutum poterũt eſſe actus adorationis, quod videtur indiſcriminatim docuiſſe Albertus citata d. 9. art. 1. ad 3. & Cordubẽſ. lib. 1. q. 5.

Reſpond. Suar.

Reſpõdet Suarius primò negãdo illationem, neque enim actus aliarum virtutum indiſcriminatim ſunt æquè ꝓportionati, & accommodati vt aſſumantur in materiam adorationis, quod etiam patet in actibus externis; nam licet illos Deo poſsimus exhibere, vt notam ſubmiſsionis, non proindè omnibus ad hoc vti poſſumus, neque enim vtimur deambulatione, aut ſimili actu ad oſtendendam humilitatem; quod pariter cernitur in actibus internis, in quibus etſi fides, & charitas, & ſpes ſint accõmodata materia ad exhibendum Deo cultum, prudentia tamen, & ars non habent hanc proportionem, nec itẽ amor proximi, vt præciſè illũ reſpicit, vnde iã dicit omnẽ illũ actum virtutis, tam internum, quàm externum,

in quo fuerit aliqua proportio ad exhibendam Deo reuerẽtiam poſſe eſſe obiectũ affectus adorationis, & ſic cõſũmabitur adoratio in interiori actu talis virtutis, quatenus ſub honeſtate adorationis ſe habet. Tuentur hanc ſentẽtiam Alb. Magn. & Cordubenſ. ſupra citati, Alex.3.p.q.30.mẽb.1.ar.3. Henricus quodlib. 10. q. 6. Ayala de traditionibus p. 3. conſideratione 7. cap. 1. §. *Tertio quod*, Bellarm. lib. 1. de cultu Sanct. c.12. Suar. 3.p. q.25. diſp. 51. ſect.2. citatur pro ea Scotus loco ſupra adducto diſt.9. ibidẽ Richard. Argẽt. & Gabr. Citatur etiã D. Thomas varijs in locis, nã 2.2.q.84.ar.1.ad 1. docet ea, quæ exterius agũtur circa Deum eſſe ſignũ interioris reuerentiæ, vnde videtur ſupponere reuerentiam erga Deũ interiorẽ eſſe, exteriorem verò eſſe ſignũ interioris. Aliud teſtimoniũ ſumitur ex eodem D. Tho. q.81. ar.3. ad 1. vbi expreſsè docet Deũ coli fide, ſpe, & charitate, non ſolùm, quia huiuſmodi virtutes imperãt actũ religionis, ſed etiam, quia actus illarũ materialiter aſſumuntur in cultum Dei.

Albert. Cordub. Alex. Henric. Aya. Bellarm. Suar. Scotus. Richard. Argent. Gabr. D. Thom.

6. Deinde pro eadem ſentẽtia citantur cõplures ex Patribus, nam Pater Auguſt. in Enchyridione cap.3. & 6. & 12. de Trinitate cap. 14. videtur docuiſſe actus aliarum virtutũ poſſe eſſe obiectum adorationis, quæ interius conſũmetur, quod apertè videntur ſonare verba illa ex 10. de Ciuitate cap.9. *Ei ſacrificamus hoſtiam humilitatis in ara cordis igne feruidæ charitatis*, abſque dubitatione hanc ſententiam docuit Damaſc. lib.4. de Fide c.13. dicens: *Quia ex viſibili, & inuiſibili natura conſtamus, duplici quoque proindè adorationis genere illum rerum omnium, architectum afficimus*. Quemadmodum videlicet, & mente, & corporis labijs pſallimus. Adducuntur etiam nonnulla loca tum ex veteri, tum ex nouo teſtamento, nam Iſaiæ 6. Eſdræ 9. Danielis 3. & alijs in locis indicatur Seraphim, & ſpiritus beatos Deum adorare, à quibus per corporeos actus vera non poterit adoratio exerceri, vnde interius perfectè cõſummabitur. Sic Ioannis 4. dicitur, *Quod ſpiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare*:

P. Aug. Damaſc. Iſai. 6. Eſdræ. 9. Dan. 3. Ioan. 4.

adoratio verò in ſpiritu, & veritate proculdubio interna eſt.

7. 1 fundamétum. Præcipuæ rationes pro hac ſententia ſunt: primò, quoniam Deus quocũq; opere virtutis poteſt coli cultu propriè religioſo, ergo ſimiliter quonis opere virtutis poterit etiam adorari, ergo ſi actu fidei, aut charitatis adoretur, iam adoratio intus cõſummabitur, cũ affectus ipſius circa internum etiã charitatis, aut fidei actũ verſetur, vt circa obiectum. Vltima conſequentia patet, antecedens probatur, quoniam quilibet actus alterius virtutis poteſt fieri ex voto, ergo per illum Deus poteſt coli proprio cultu religioſo. Paritas rationis ad primam conſequentiam inde oſtenditur, quoniã opus alterius virtutis non habet illud ex ſe, ſed ex affectu voti, ergo etiam illud poterit habere opus alterius virtutis ex affectu adorationis. Confirmatur. Quod cõfirmatur, quoniam poteſt quis velle elicere actum credendi, motus ſolùm ab excellentia diuina, vt ſic Deo ſe ſubmittat, illiq; reuerentiam præſtet, ergo tunc iſte actus fidei erit obiectũ, circa quod affectus adorationis verſabitur.

Secundò ſic rem à priori putat ſe oſtẽdere Suarius citata diſp. 51. ſect. 1. quoniam ſicut virtus religionis in voluntate exiſtẽs vtitur membris corporis ad exhibendũ Deo cultum per aliquẽ eorum motum, ita etiam poterit vti facultatibus ipſius animæ, vt per illarum actus Deo reuerentiam exhibeat, & per cõſequens verſabitur affectus adorationis circa actum aliquem internum, in quo vera adoratio interior conſũmetur. Profectò ſi hoc fieri nõ poſſet, aut proueniret ex eo, quia actus aliarum virtutum diuerſarum ſpecie non poterunt elici à religione, à qua debet elici adoratio; aut quia ad exhibẽdum Deo cultũ improportionati ſunt actus aliarum virtutũ: primum nõ obſtat, quoniã vt aſſumãtur prędicti actus tanquã materia adorationis, ſatis eſt, quod poſſint eſſe imperari à religione, de quo non eſt dubium: actus enim diuerſarum ſpecie virtutum poſſunt imperari ab alijs; ſic humilitas poteſt oriri ex affectu pietatis, aut obſeruantię; caſtitas ab eadẽ religione 8. 2. argum. Suar. Actus aliarum virtutum poſsũt imperari à virtute religionis.

Digitized by Google

imperari cum Deo vouetur. Secũdum etiam non obſtat, quoniam actus fidei, verbi gratia, per quem homo captiuat intellectũ in obſequiũ Dei, non minus proportionatus eſt ad inducẽdam honeſtatem adorationis, exhibendamq; Deo reuerẽtiam, & animi ſubmiſſionẽ, quã quilibet actus corporis, qui ex ſe nullam habet naturalẽ proportionem, ſed quamcũque habet, totam habet ex hominum impoſitione, vnde diuerſæ nationes diuerſis ſubmiſſionis, & adorationis ſignis vtuntur; exemplũ poteſt etiam afferri de actibus internis in actu amoris, quo Deum vt vltimũ finem noſtrum diligimus; ſubijciẽdo nos ipſi ex toto affectu, cõfirmantq; exemplo orationis, quæ tum mentalis, tum etiam vocalis, & externa eſt: quid ergo obſtabit, quominus idem reperiatur in adoratione?

9. 3. argum. Tertiò à poſteriori, & ab incommodo idem cõfirmatur; ſequeretur enim Deum non poſſe adorari ab eo, qui corporeas actiones non poſſit exercere, iſte enim licet habeat affectum, & voluntatem adorandi, prædictus tamen affectus non eſt ipſa adoratio, vt diximus.

Tandem quia neque angeli poterunt Deum adorare, ſeu inter ſe virtutem obſeruantię exercere, ſiquidem non exercent actus corporeos, circa quos verſetur affectus adorationis; quis autem negabit angelos, & Deũ adorare, & politicam ſocietatem inter ſe exercere? 10. Vltimum.

Oppoſita tamen ſententia, quæ aſſerit, affectũ adorationis verſari circa actum externum tanquã circa proprium obiectum, nec ſine eo conſũmari, nec authoribus, nec rationibus deſtituitur. Eam docuit D. Bonau. diſt. 9. q. 3. Durand. Almain. & Maior q. 1. Marſil. q. 8. Quos ſequitur Vaſq. 3. p. diſp. 93. cap. 4. Et pro eadem citatur D. Thomas, nam q. 84. ſupra citata enumerans orationem, & deuotionem inter primarios actus religionis, & internos; inter externos annumerauit adorationem, ſacrificium, & ſimiles, vnde ex eius mente ita videtur ſentiendũ, non quia oratio, quam etiã annumerauit inter internos actus, non ſit etiam aliqua externa, ſed quia etiam interius 11. Oppoſitũ. D. Bonau. Durand. Almain. Maior. Marſil. Vaſq. D. Thom.

conſum-

cōſummatur, quod adoratio non habet: quod diſcrimen videtur probatum ab Auguſtino epiſt. 59. in reſponſ. ad 5. quæſtionem, & idem videtur docuiſſe Damaſcen. oratione 1. de imagin. dum dixit, adorationem eſſe ſubmiſsionis, & honoris notã, & Anaſtaſ. in ſeptima Synodo actione 4. citata dixit emphaſim honoris alicui exhibiti, quod plane de nota & ſigno exteriori intelligendũ eſt.

D. Aug.

Damaſcen.

Anaſtaſ. 7. Synod.

12. 1. fundam. Ex his ſumitur fundamẽtum pro hac ſententia, quoniam ſi hoc poſſent habere fides, ſpes, & charitas, etiam actus aliarum omnium virtutũ poſſent aſſumi in materiã adorationis, quod non videtur dicendum, cum nec de ſe ſint apti ad exhibendã ſubmiſsionis notam, quam vera adoratio requirit, neq; ex inſtitutione noſtra idem poſſunt habere. Nec ſatisfit ſuprapoſita ſolutione, ſi dicas non in omnibus actibus virtutũ reperiri eãdem proportionem: quod oſtenditur, quoniam huiuſmodi actus, vel eſſet intellectus, vel voluntatis; in intellectu eſſe non poteſt niſi actus fidei, aut prudentiæ, aut oratio; orationem D. Thom. apertè diſtinxit ab adoratione, quæ licet etiam ſit actus religionis, tamen diſtincta eſt ab oratione, orare enim eſt petere, adorare verò eſt exhibere cultum, etiamſi ſæpè qui orat, ſimul adoret; prudentia verò infuſa, quæ etiã eſt in intellectu, ſuam honeſtatem habet diſtinctam ab adoratione, cum ſemper dictet de agendis ſecũdùm regulas ſupernaturales; & idẽ poteſt etiam oſtendi in fide, & in omnibus actibus voluntatis, qui ſuam habent ſpecificam honeſtatem ab adoratione diſtinctam.

Obiectio ex Suario reijcitur.

D. Thom.

Prudentia infuſaque?

13. 2 fundamtum ex vitio oppoſito adorationi. Probatur deinde eadem ſententia ex vitio religioni oppoſito, quod nunquam reperitur in ſolo actu interiori: nam ſi ſit in intellectu, erit hæreſis; ſi in voluntate, erit odium Dei, aut deſperatio, vel quid ſimile, nunquã verò opponitur adorationi, niſi per aliquem actum externum, vt eſt in voluntate dandi alteri quám Deo diuinum honorem, aut exhibendi Deo minorem ſubmiſſionem quam par eſt: ergo actus oppoſitus adorationis non conſummabitur etiam interius, nam pariter ſen-

tiendum eſt de virtute oppoſita, atque de vitio. Et hęc ſunt vtriuſque partis præcipua fundamenta.

ARTICVLVS III.

Vera ſententia circa hoc ſtatuitur.

1. Vera reſolutio.

PRo quæſtionis reſolutione aduertendum eſt id, quod iã ſuprà tetigimus, in adoratione duplex obiectum conſiderari, vnum obiectũ, *quod*, ſeu materia circa quam adoratio verſatur, & iſtud eſt cultus Dei; aliud eſt obiectũ *cui*, perſona videlicet, aut res, cui adoratio, ſiue cultus exhibetur: poteſt etiam conſiderari ratio motiua, quæ dicitur ratio, *ſub qua*, & hæc eſt excellentia, ſiue dignitas, quam adorans apprehendit in re adorata: vnde hoc eſt diſcrimen inter adorationẽ, & theologales virtutes, quòd iſtæ verſatur immediatè circa Deum, at verò adoratio circa cultum ipſius Dei: neque obſtat, quod actus adorationis ſit actus amoris, & non odij: nam affectus charitatis, prout eſt amor amicitiæ, conſtituit peculiarem virtutem, & ſub hac ratione nulli alteri vult bonũm, niſi Deo ex complacẽtia ipſius; neque ſub hac ratione aliũ reſpicit; at verò adoratio (& idem de alijs virtutibus, quę Deo aliquid deferunt) Deũ reſpiciunt quaſi in obliquo: directe enim adoratio verſatur circa cultum, qui exhibetur Deo.

In adoratione obiectũ, *quod* & *cui*.

Adoratio in quo diſtinguitur à virtutib. theologalibus.

Aduerte ſecundò, amorẽ amicitię non ſemper exerceri erga illum, cui aliquid defertur; cum ergo volumus cultum Deo, etiam ſi iudicemus talem cultum deberi Deo, tamen per hunc actũ, quo illum volumus exhibere Deo, non volumus illum, vt bonum ipſi Deo, ſed potiùs illum amamus, vt bonũ & honeſtum nobis: vnde aliud eſt, velle exhibere Deo cultum, aliud amare ipſum cultum, vt bonum Deo. Primum eſt affectus adorationis, de quo hactenus loquuti ſumus. Secundum pertinet ad charitatem: dum verò operans illud bonum, quod eſt alteri debitum, amat vt ſibi honeſtum, & bonũ, hoc pertinet ad quamlibet aliam virtutem pręter charitatem: quælibet enim virtus amat obiectum ſuum, quod iudicat bo- 2.

2. Notandũ diſcrimen.

cat bo-

cat bonum, & honeſtum ipſi operanti.

3. Aduertendũ tertiò, quod iam ſuprà tetigimus, & infra latiùs, adorationem quãdam eſſe propriè religioſã, quæ verſatur circa Deum, & ſanctos, aliam politicam, & ciuilem, quæ exercetur inter homines, de quibus latiùs infra.

4. Prima concluſio. His præmiſſis ſit prima cõcluſio. Adoratio propriè religioſa, quæ Deo, & ſanctis exhibetur poteſt complecti vtrumque actum internum ſcilicet, & externũ. Hæc apertè patet ex rationibus vtriuſque ſentẽtiæ, nam actus, quo per genuflexionem, aut percuſſionem pectoris Deum adoramus, eſt vera adoratio nõ ſolùm cõplectens internum actum, & affectum voluntatis, ſed etiam externum ſignum, & notam ſubmiſſionis.

5. 2. concluſ. Secunda concluſio. Adoratio religioſa, & diuina prout diſtinguitur ab humana, politica, & ciuili per ſe primo, & eſſentialiter conſiſtit in actu interno, ſecundario verò, & quaſi extrinſecè cõſiſtit in actu externo. Hæc probatur D. Thomę q. 103. art. 1. vbi docet honorẽ adorationis religioſæ exhibitũ coram Deo, & ſanctis per ſe eſſentialiter in ſolo actu interiori conſiſtere, honorem verò adorationis ſimplicis, qui exhibetur hominibus per ſe eſſentialiter conſiſtere in actu exteriori. Rationẽ diſcriminis indè colligit D. Thomas, quoniam cum honor importet teſtificationẽ quandam excellentiæ alicuius, ex Ariſtotele primo Ethicorum cap. 5. & qui honorari vult ex eodem Philoſopho 8. Ethicorum cap. 8. quærat teſtimoniũ ſuæ excellentiæ, fit conſequens, vt Deus, qui eſt ſcrutator cordiũ, & intelligit omnes cogitationes hominum, nõ indigeat teſtimonio exteriori, vt illi innoteſcat adoratio, quæ in actu interiori illi exhibetur; homo verò cum nõ intelligat, neque cognoſcat niſi ea, quæ exterius patent, iuxta illud Dñi ad Samuel. 1. Reg. 26. *Homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor*, indiget exteriori ſigno, tanquam viſibili nota ſubmiſſionis ſibi exhibitę, & actus exteriores in religioſa adoratione ſunt ſecũdarij actus, quatenus ſcilicet ordinantur ad actus interiores, externa

[Margin notes: D. Thom. — Diſcrimen inter adorationem religioſam & ciuilẽ. — *Ariſt.* — 1. Reg. 26.]

enim

tiendum eſt de virtute oppoſita, atque de vitio. Et hęc ſunt vtriuſque partis præcipua fundamenta.

ARTICVLVS III.

Vera ſententia circa hoc ſtatuitur.

1. Vera reſolutio.

PRo quæſtionis reſolutione aduertendum eſt id, quod iã ſuprà tetigimus, in adoratione duplex obiectum conſiderari, vnum obiectũ, *quod*, ſeu materia circa quam adoratio verſatur, & iſtud eſt cultus Dei; aliud eſt obiectũ *cui*, perſona videlicet, aut res, cui adoratio, ſiue cultus exhibetur: poteſt etiam conſiderari ratio motiua, quæ dicitur ratio, *ſub qua*, & hæc eſt excellentia, ſiue dignitas, quam adorans apprehendit in re adorata: vnde hoc eſt diſcrimen inter adorationẽ, & theologales virtutes, quòd iſtæ verſatur immediatè circa Deum, at verò adoratio circa cultum ipſius Dei: neque obſtat, quod actus adorationis ſit actus amoris, & non odij: nam affectus charitatis, prout eſt amor amicitiæ, conſtituit peculiarem virtutem, & ſub hac ratione nulli alteri vult bonũm, niſi Deo ex complacẽtia ipſius; neque ſub hac ratione aliũ reſpicit; at verò adoratio (& idem de alijs virtutibus, quę Deo aliquid deferunt) Deũ reſpiciunt quaſi in obliquo: directe enim adoratio verſatur circa cultum, qui exhibetur Deo.

In adoratione obiectũ, *quod* & *cui*.

Adoratio in quo diſtinguitur à virtutib. theologalibus.

2. Notandũ diſcrimen.

Aduerte ſecundò, amorẽ amicitię non ſemper exerceri erga illum, cui aliquid defertur; cum ergo volumus cultum Deo, etiam ſi iudicemus talem cultum deberi Deo, tamen per hunc actũ, quo illum volumus exhibere Deo, non volumus illum, vt bonum ipſi Deo; ſed potiùs illum amamus, vt bonũ & honeſtum nobis: vnde aliud eſt, velle exhibere Deo cultum, aliud amare ipſum cultum, vt bonum Deo. Primum eſt affectus adorationis, de quo hactenus loquuti ſumus. Secundum pertinet ad charitatem: dum verò operans illud bonum, quod eſt alteri debitum, amat vt ſibi honeſtum, & bonũ, hoc pertinet ad quamlibet aliam virtutem pręter charitatem: quælibet enim virtus amat obiectum ſuum, quod iudicat bo-

cat bo-

cat bonum, & honeſtum ipſi operanti.

3. Aduertendũ tertiò, quod iam ſuprà tetigimus, & infra latiùs, adorationem quãdam eſſe propriè religioſã, quæ verſatur circa Deum, & ſanctos, aliam politicam, & ciuilem, quæ exercetur inter homines, de quibus latiùs infra.

4. Prima conclusio. His præmiſsis ſit prima cõcluſio. Adoratio propriè religioſa, quæ Deo, & ſanctis exhibetur poteſt complecti vtrumque actum internum ſcilicet, & externũ. Hæc apertè patet ex rationibus vtriuſque ſentẽtiæ, nam actus, quo per genuflexionem, aut percuſsionem pectoris Deum adoramus, eſt vera adoratio nõ ſolùm cõplectens internum actum, & affectum voluntatis, ſed etiam externum ſignum, & notam ſubmiſsionis.

5. 2. concluſ. Secunda concluſio. Adoratio religioſa, & diuina prout diſtinguitur ab humana, politica, & ciuili per ſe primo, & eſſentialiter conſiſtit in actu interno, ſecundario verò, & quaſi extrinſecè cõſiſtit in actu externo. Hæc probatur D. Thomę q.103. art.1. vbi docet honorẽ adorationis religioſæ exhibitũ coram Deo, & ſanctis per ſe eſſentialiter in ſolo actu interiori conſiſtere, honorem verò adorationis ſimplicis, qui exhibetur hominibus per ſe eſſentialiter conſiſtere in actu exteriori. Rationẽ diſcriminis indè colligit D. Thomas, quoniam cum honor importet teſtificationẽ quandam excellentiæ alicuius, ex Ariſtotele primo Ethicorum cap. 5. & qui honorari vult ex eodem Philoſopho 8. Ethicorum cap. 8. quærat teſtimoniũ ſuæ excellentiæ, fit conſequens, vt Deus, qui eſt ſcrutator cordiũ, & intelligit omnes cogitationes hominum, nõ indigeat teſtimonio exteriori, vt illi innoteſcat adoratio, quæ in actu interiori illi exhibetur; homo verò cum nõ intelligat, neque cognoſcat niſi ea, quæ exterius patent, iuxta illud Dñi ad Samuel. 1. Reg. 26. *Homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor*, indiget exteriori ſigno, tanquam viſibili nota ſubmiſſionis ſibi exhibitę, & actus exteriores in religioſa adoratione ſunt ſecũdarij actus, quatenus ſcilicet ordinantur ad actus interiores, externa

[Margin: D. Thom.] [Margin: Diſcrimen inter adorationem religioſam & ciuilẽ. Ariſt.] [Margin: 1. Reg. 26.]

enim

enim adoratio, quæ Deo exhibetur, eſt propter adorationem internam, vt docet D. Thom D.Thomas quæſt.84.art.2. & vt homo ad eam excitetur.

6. 3. concluſ. Tertia concluſio. Adoratio ſimplex, ſeu humana politica, & ciuilis, quæ exhibetur hominibus, per ſe & eſſentialiter conſiſtit in actu externo. Hæc probatur authoribus vltimæ ſententiæ, & pro illa facit diſcrimē ſupra aſſignatum á D. Thom. D. Th.m. teſtificatio enim, quæ apud homines innoteſcit, primò, & per ſe conſiſtit in externis actibus: & quanuis vt iſte actus externus ſit meritorius & vt ſignum reſpōdeat ſignificato, debeat cū interiori actu coniungi, nō repugnat tamen, quod aliquādo præcepto alicuius politicæ adorationis per ſolum exercitiū externi actus ſatisfiat. Quocirca in huiuſmodi actibus, *interiùs*, & *exteriùs*, non debent diſtingui, ſicut in cæteris actibus moralibus, in quibus actus nōn cenſetur in ſua perfecta completione quandiu manet in mēte, nec ad actum externum exit, ſed diſtinguūtur tanquam mēbra condiſtincta, cum religioſa adoratio Dei ſine actu exteriori dari poſſit: quando verò ſimul concurrunt actus interior, & exterior, non ſolùm non faciunt diuerſam ſpecie adorationem, ſed nec etiam numero, quia in genere moris actus interior cum exteriori cenſentur idem numero actus. Actus interior cū exteriori facit vnum numero actū.

7. Obiectio. Neque obſtabit, ſi dicas actum externū, genuflexionem verbi gratia, eſſe actum humilitatis, & proinde non efficere cū actu interno vnū numero adorationis actum. Solutio. Reſpondetur enim, talem actum genuflexionis, ſi fiat ex complacentia in propria excellentia iuxta menſuram debitam, ita vt cohibeat nimium appetitum excellentiæ ſupra propriam dignitatem, qui eſt proprius affectus humilitatis, tunc eſſe proprium humilitatis actū; ſi verò fiat ex affectu ſeruitutis, & ſubiectionis propter excellentiā alterius, tunc eſſe obiectum adorationis, quæ eſt actus religionis, quatenus ſuo modo conſtituit ius, & æquum in reddendo debito cultu. Quam ſolutionem probauit Vaſq. ſupra citatus cap.4. in fine. Vaſq.

CAPVT

ARTICVLVS IIII.

Soluuntur rationes oppoſitæ.

1. SENTENTIA quæ aſſerit adorationem conſummari in actu interno iuxta primum modum illam explicandi, non habet fundamentum, quod aduerſetur noſtrę reſolutioni; imò fundamētum, quod aſſumit eſt idem diſcrimen, quod D. Thomas ſtatuit inter honorē exhibendū Deo, & hominibus, ex quo ſumitur confirmatio noſtrę ſecūdæ, & tertiæ concluſionis. D. Thom.

2. Iuxta ſecundum modum illam explicandi, quo pacto eam ſequitur Suarius, etiam confirmat ſecūdam concluſionem; quatenus tamē tertiæ aduerſatur, facilè diſſoluitur. Nam loca in quibus D. Thomas docet adorationem interius conſūmari, expreſsè agunt de adoratione exhibenda Deo: ſic citata q. 81. & 84. Nam ibi loquitur de interiori reuerentia erga Deum, & expreſsè q. 81. ar. 3. ad primū dicit Deum coli fide, ſpe, & charitate: quo eodem ſenſu loquutus eſt P. Auguſtin. locis in argumento citatis, nam 10. de Ciuit. Dei cap. 4. nihil clarius dicere potuit: *Ei*, id eſt Deo, *ſacrificamus hoſtiàm humilitatis in ara cordis igne feruidæ charitatis*, & cap. 9. charitatem dixit eſſe verum cultū Dei. Quāquam etiam intelligi poſſit de adoratione latè ſumpta, prout complectitur quemlibet cultum exhibitū Deo, etiamſi non ſit propria adoratio, quo pacto Vaſquius non veretur concedere Deū poſſe coli fide, ſpe, & charitate; quatenus ſcilicet, harū virtutum actus cedunt etiā ſuo modo in Dei cultum. D. Damaſcen. ſic eſt intelligendus, nō quaſi actus exterior faciat aliam ſpecie adorationem ab interiori, quando cū eo cōcurrit, ſed ad eum modum, quo diximus concluſione tertia actum externū cum interiori cenſeri vnum actum moraliter. Vnde latè loquutus eſt quando dixit, *Duplici genere adorationis*, pro ea quæ fit mente, & labijs corporis.

(Margin: Suar. — D. Thom. — P. Aug. — Vaſq. — Damaſcen.)

Loca ſacrę Scripturæ apertè patet agere de adoratione Deo exhibenda: cum verò Ioan. 4. dicitur, *Eos, qui Deum adorant, in ſpiritu, & veritate oportet adorare*, non ſic eſt intelligendus, quaſi ibi à Deo 3. Ioan. 4.

exclu-

excludat adorationem externam, ſed tantùm docet adorationem, quæ Deo exhibetur, neceſſariò includere internum mentis affectũ; quia Deus præcipuè in adoratione reſpicit mentem, homo verò externum operis effectum.

Deus affectum reſpicit, homo effectum.

4. Primum argumentum & eius confirmatio etiam ſunt confirmationes noſtrę ſecũdæ aſſertionis, nec tertiam impugnant, cùm expreſsè procedãt de adoratione Deo exhibenda: ſecundùm ſimiliter, ſi prædictum incõmodum, quod infert, intelligat etiam reſpectu adorationis, quæ debet exhiberi hominibus, rectè diſſoluit Vaſquius concedendo, quod in argumento infertur, negando tamen illud eſſe abſurdum: quid enim mirum ſi ille, qui corporeis actionibus non vtitur, non exerceat illam virtutem, quæ ad ſui exercitiũ prædictas corporis actiones requirit? ſicut ille, qui non habet pecuniam, aut ſumptus, quid mirum, ſi non exerceat virtutem liberalitatis expendendo pecuniam, & ſumptus, circa quos liberalitas verſatur? Quę tamen ſolutio non placet prout illam Vaſquius extendit ad adorationem, quæ exhibetur Deo: cùm enim Deo non minùs innoteſcat quodlibet ſignũ interius; quod in affectu mẽtis reperiri poteſt, quam exterior nota ſubmiſsionis, quæ externò corporis actu exerceatur, quid obſtabit, quominus Deo veram adorationem poſsit quis exhibere ſine externa corporis motione? Et ſimiliter eo modo, quo Angeli inter ſe colloqui poſſunt, ſuam politicam obſeruantiam, & adorationem exercebunt; illam inter ſe, hãc erga Deum: neque video cùr à Vaſquio adoratio ſic exhibita impropriè talis dicatur ob fundamenta ſuprapoſita: Secundũ argumentum, & poſtrema fundamenta eiuſdem ſentẽtiæ noſtras aſſertiones confirmant.

Vaſq.

Explicatio Vaſq. reijcitur.

5. Ad fundamenta ſecundę ſententiæ, quatenus negat poſſe actum adorationis erga Deum interius perfici, & conſummari, reſpondetur, imprimis ad locũ D. Thomæ, non ideò aſsignaſſe diſcrimen inter adorationẽ, & orationem, & hanc interiorem dixiſſe, illam verò extẽriorem, quia adoratio non

Ad 2. ſententiam.

D. Thom.

poſſet

Digitized by Google

poſſet interius cõſummari, ſicut oratio; ſed quia oratio, cum propriè ſit ad Deũ, primò, & eſſentialiter verſatur circa affectum internũ, qui etiã in exteriori oratione eſt ſemper primus intentus; at verò adoratio, cum etiam ſit ad homines, & illis non innoteſcat niſi per actus externos, idcirco ſuppoſito diſcrimine, inter exteriores actus religionis eã collocauit, cum tamen ſæpè illã interiorem actum dicat: & ob eandem rationem Anaſtaſ. citatus, & Damaſc. illam per exteriora ſigna explicarunt, ſicq; eſt intelligendus Pater Auguſtinus ibi citatus.

Anaſt. iſ. Damaſc.

P. Aug.

6. Ad primam rationẽ, quę ex dictis ſumitur, iam patet quid ſit dicendũ, nam prædicti actus aliarum virtutũ poſſunt aſſumi vt materia adorationis, cum in aliquibus, qualis eſt actus fidei, ſpei, & charitatis, & ſimilibus, aliqua ſubmiſſio reperiatur proportionata vt induat affectum adorationis, & Deo ex hoc affectu adoratio exhibeatur; quod tamen non habebũt alij actus aliarum virtutũ: nam actus prudentiæ, verbi gratia, cum in ſe nullam habeat indicationem ſubmiſſionis animi, ad hoc proportionatus non eſt, vt induat honeſtatem adorationis. Illud tamen quod Suar. docet, cognitionem nimirum diuinæ excellẽtiæ eſſe actum intellectus proportionatũ vt aſſumatur in materiam adorationis, & affectus ipſius verſetur circa dictam cognitionem, nobis non placet: nam prędicta cognitio antecedẽter ſe habet, & præſupponitur ad affectum adorationis; quomodo ergo aſſumetur vt obiectum ipſius? imò verò, vt benè Vaſquez aduertit, etiã ſi hæc cognitio procederet ex affectu adorationis, potius eſſet quædã laudis enunciatio, quam materia propriæ adorationis.

Suar. reijcitur.

Vaſq.

Ad ſecundam reſpondet Suarius ſectione ſecunda, §. *Ad ſecundam confirmationẽ*, negando aſſumptum; dicitq; actum hæreſis, verbi gratia, vel odij Dei, habere ſuã malitiam inſeparabilem quocunque animo, vel intentione fiat, & poſſe etiam participare malitiam alterius vitij, ſi ex imperio, & relatione eius fiat: vnde ſi actus hæreſis fiat animo colendi Deum, aut tribuendi alteri 7.

Suar.

quàm Deo, diuinum honorem, vt ſi quis credat alium eſſe omnipotentem præter vnum Deum, & illum ſupplex oret, & deprecetur, vt ſupremum Authorem, iſte peccabit non ſolùm contra fidem, ſed etiam contra adorationem; & quamuis illud peccatum ſit radicaliter infidelitatis, habet tamen malitiam oppoſitam virtuti adorationis, & tamen interius conſummabitur; vnde nihil mirum ſi actus etiam oppoſitæ virtutis interius conſũmetur: idem pariter in cæteris exemplis adductis dicẽdum eſt.

ARTICVLVS V.

Quot ſint adorationis ſpecies, quibus nominibus appellentur, quomodoùe adoratio ſe habeat ad illas?

1. DE his, quæ ad hanc quæſtionem pertinent, nonnulla leui manu tacta ſũt, hic amplius expendenda: dupliciter ergo inueſtigari poſſunt adorationis ſpecies, aut ex diuerſitate ipſius excellentiæ, ob quam cultus exhibetur; aut ex ratione virtutum ad quas pertinent: ſub priori ratione iam ſupra illas collegimus, dum quandã diximus adorationem religioſam, aliam humanam, politicam, & ciuilẽ; illam verſari circa cultum debitum Deo, & Sanctis; hanc circa cultum debitum hominibus. Nũc ex ratione virtutum ad quas ſpecies adorationis ſpectant, quædam eſt adoratio, quæ pertinet ad virtutem religionis, debeturq; ſoli excellentiæ diuinæ, & increatæ, vocaturq; communiter latria, de qua D. Tho. q. 84. quædã verò quæ pertinet ad virtutẽ obſeruantię, & pietatis, & vocatur dulia, debetur q; excellentiæ creatæ, de qua D. Tho. 2. 2. q. 102. & 103. Hæc autẽ, vt docet Philoſophus 9. Ethic. cap. 2. varias ſub ſe continet ſpecies, ſicut D. Tho. docet citata q. 103. art. 4. cũ enim verſetur circa cultũ debitũ ob excellentiã creatã, ob cuius diuerſitatẽ alius eſt honor debitus patri, alius præceptori, alius principi, alius viro in quolibet alio excellẽti, ipſa quoq; adoratio dulię pariter in varias quaſi ſpecies partitur.

Latria ſoli Deo debita.

D. Thom.

Ariſt.

Dulia circa creatam excellentiam reſpicit.

2. Aduertendum tamen eſt, quod Theologi de adoratione diſputãtes illam preſ-

Adoratio religioſa circa Deũ, & Sanctos verſatur.

ſiùs

ſiùs accipiunt, nimirum pro ea, quæ verſatur circa cultũ Dei, & Sanctorum, diciturq; adoratio religioſa, quia ad cultum diuinũ ſpectat. Bene ergo diuiditur à Nicolao Sandero lib. 1. de adoratione imaginum cap. 1. adoratio in religioſam, & ſimplicem: ſimplex diuiditur in naturalem, & politicam, ſeu ciuilē; naturalis eſt quę reſpicit excellentiam alicuius principij naturalis modo ſupra explicato: politica complectitur omnes alias ſpecies ab Ariſtotele enumeratas citato 9. Ethicorum cap. 2: Religioſa verò diuiditur in eã, quæ ſoli Deo debetur & reſpicit cultum debitum ob infinitam, & increatam excellentiam, diciturque latria, quæ propriiſsimè eſt, ac dicitur religioſa, prout religio verſatur immediatè circa Deum: & in eam, quæ debetur Sanctis, rebusq; ſacris, & Deo dicatis, & vocatur dulia iam preſsè ſumpta, prout diſtinguitur à politica, & ciuili adoratione.

Nicolaus Sander.

Multipliciter diuiditur adoratio.

Ariſt.

Religioſa propriiſsime circa ſolum Deum verſatur.

3\. Vnde iam tertiò notandũ eſt, nos in præſenti nõ loqui de adoratione, quæ in ſolo actu externo poſſit cõſummari, aut de ea, quę non poteſt conſummari ſine illo, qualis eſt ſola politica, & ciuilis adoratio, quæ inter homines exercetur, ſed de illa, quę, iuxta noſtram ſecundã cõcluſionem articulo tertio probatam, in actu interiori poteſt perfici, & iuxta primam poteſt vtrumq; actũm, internum, & externum cõplecti. Vnde iam ſi ſolos actus externos adorationis ſpectemus, per illos non bene diſtinguitur adoratio religioſa à ciuili; nam ſi ſacrificium excipiamus, quod ſoli Deo eſt debitum, omnia alia externa ſigna, quibus Deum honoramus, & religioſè colimus, communia etiam ſunt ſanctis, & hominibus, vt bene aduertit Bellarm. citato cap. 12. notabili 4. Nam eadem incuruatione vſque ad terram Abraham adorauit Deum Gen. 17. & angelos Gen. 18. & Bahalam Num. 22. pronus adorauit angelũ ſtãtem euaginato gladio, & homines Pharaonē Gen. 23. & Iſacus Iacobo filio pro benedictione dedit, quod ante eũ incuruarentur filij matris ſuæ, & Gen. 43. fratres Ioſephi incuruati adorabant eũ. Et cõmune eſt, quod homines Deo, & Sãctis, regib⁹q;

Adoratio religioſa non diſtinguitur à politica per ſolos actus externos.

Bellarm.

Geneſ. 17
Gen. 18
Num. 22.

Geneſ. 23.

Geneſ. 43

ac principibus genuflectant: ſic Pharao Geneſis 42. clamante præcone cunctis præcepit, vt coram Ioſepho genuflecterent; & ita hoc iam commune eſt, vt Pater Auguſtinus etiam ſuo tempore 10. de Ciuitate Dei cap. 4. cōqueratur, quod multa de diuina adoratione vſurpata, & in prophanos vſus verſa ſint, *ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera*: & apud Perſas, Medos, & Indos, reges toto corpore curuato adorari, & ſalutari conſueuerunt: vnde Iſmenias iuſſus adorare Artaxerxem, ne cōtra decus faceret, prolapſum annulum ſuſtuliſſe dicitur, & ita adorantis ſpeciē præbuiſſe: primus verò, qui ſe adorari iuſsit vt Deum capite velato, fuit C. Caligula: cum tamen angelus Apocalypſ. 19. ad Ioannem dicat: *Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum: Deum adora.* Vnde tota diſtinctio ab interno affectu adorationis deſumenda eſt.

Geneſ. 42.
Auguſt.
Iſmenias delapſo annulo Artaxerxē adorauit.
Alex. ab Alex. libr. 2. c. 19.

4. Quartò, & vltimò ſciendum eſt, diuiſionem adorationis in duliam, & latriam, non eſſe vniuocam, quemadmodum neque rationes, ſub quibus prædicti cultus deferuntur, vniuocè conuenire poſſunt, neque enim excellentia increata, & diuina, quam latria reſpicit, poteſt cum excellentia creata, & finita, quæ reſpicitur à dulia, vniuocari. Ita ex Diuo Thoma communiter recepto.

D. Thom.

5. Circa nomina, quibus dictæ adorationis ſpecies appellantur, ſolito hæreticorū more oblatrauit Caluinus dicens latriam, & duliam idē eſſe, idemque per has voces ſignificari, proindeq; non bene diſtingui per illas adorationem debitā Deo, ab ea, quæ Sanctis debetur: quod etiam objicit Valla Grāmaticus, quem ſequitur Ludouicus Viues in cap. 1. libri decimi de Ciuit. Dei, nam latria eſt à verbo Græco λατρευω, dulia verò à δουλευω, quæ voces idem habēt ſignificatum, erroremq; prouenire dicunt ex ignorantia linguę Græcæ, per vtramque enim hanc vocē mercenaria quędā ſeruitus ſignificatur, idq; probant ex illo Leuitici. 23. Nam vbi dicitur, *omne opus ſeruile non facietis*, Græcè pro *ſeruile*, legitur, λατρευτον, ex eodem verbo λατρευω, & capite 18. quod malè Vaſquez

Caluinus impugnat.
Laur. Valla.
Ludou. Viues.
Latreuo.
Duleuo.
Leuit. 23.

citat

Vaſq. citat Exod. 23. vbi dicitur, *De ſemine tuo non dabis ſeruire Principibus*, pro *ſeruire*, eſt, λατρεύειν. Accedit quod Suidas, & Fauorinus nobiles linguæ interpretes, ſic etiam λατρεύω, & δουλεύω explicarunt.

Suidas. Fauorin.

6. Non eſt tamen ob ſciolos grammaticos diſcedendũ ab ea nominum impoſitione, & conſuetudine, quam Eccleſiaſtici Doctores in exponendo Dei & Sanctorũ cultu concordi animo obſeruarunt: ſic enim Auguſtinus lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 1. & lib. 1. contra Fauſtũ c. 21. D. Damaſcen. orat. 1. & 3. de imaginibus, Beda in 4. caput Luc. & communiter Doctores omnes ſcholaſtici loquuntur, & Concilium Nycęnum ſecundum reiecto nomine Theoſebia, quod peculiari ratione cultum Dei ſignificat, vt Ioannes Aurelianenſis refert ex Auguſtino, in eadem acceptione latriam admiſit, nam primis Eccleſiæ proceribus fas erat nomina accõmodata in eccleſiaſticum vſum aſſumere, quibus cultus Dei, & Sanctorum exprimeretur, vnde cum apud Hebræos nullum eſſet verbum, quo Dei cultũ per ſe ſolum ſignificarent: nam verbum, *Saghad*, (& non *Gabad*, ſicut Vaſquez) quod ſignificat adorare, & incuruare ſe Iſai. 44. *Incuruabo me*, & verbum, *Kadad*, quod ſignificat adorare, ſignificat etiam incuruare, & humiliare verticem, & inde eſt *Kidah*, *caſia*, quam etiã Gręci caſiam dicunt, quaſi ſit in vertice, hæ inquam radices apud Hebræos generaliores ſunt, quemadmodum & latreuo, λατρεύω, & duleuo, δουλεύω, apud Græcos, & adorare, & ſeruire apud Latinos, vnde oportuit has voces latria, & dulia diſtinguere, & illas quaſi dicare, & conſecrare ad ſignificandum cultum Dei, & Sanctorum.

P. Aug. Damaſc. Beda. Conc. Nyc. cap. 2. Ioan. Aurelian. P. Aug. Sagad, non Gabad ſũt, Vaſq. Iſai. 44.

Accedit, quod ſemper, aut ferè ſemper in ſacra pagina Septuaginta interpretes, dũ de adoratione, & cultu Deo exhibendo egere his vocibus latreuo, & latria vſi ſunt Exod. 4. & 23. Deut. 28. Ioſue. 22. & ſæpè alibi, imò, etiam ſi aliquando, vt in eo cap. 23. Leuit. *ſeruile*, in aliũ ſenſum ſumatur, nõ obſtat diſcrimini, quod Patres ſtatuerunt inter voces latria, & dulia. Adde, quod Leuit. 18. ſermo erat de diuino honore, 7.

Exod. 4. & 23. Deut. 28. Ioſue. 22. Leuit. 23. Leuit. 18.

Digitized by Google

& cultu, quem Deus prohibebat tribui idolo Molohc, hoc enim ſignificat ibi illud nomen, *Principi*: ſic Paulus ſimiliter in ſuis epiſtolis, latriam pro ſolo Dei cultu accipit. Vnde hæretici Caluin. & Vnfred. meritò arguũtur ab Alano Copo in dialog. 5. cap. 9. & à Petro Caniſ. in lib. 5. de B. Virg. c. 15. Grãmatici etiam ſatius cauerent, ne vltra metas excurrerent.

D. Paul.

Alan. Cop. *Petr. Can.*

8. Aiala improbatur. Circa vocem dulia immeritò non acquieſcit Aiala de traditionibus p. 3. conſid. 7. & quod huiuſmodi nomen ſignificet ſeruitutem quandam mercenariam, & mancipiorum, nos autem non ſimus ſerui, ſed conſerui Sanctorũ nõ obſtat, circa quod vide Bellarm. citato cap. 12. libr. 1. in fine: nam etiamſi dulia ex primæua impoſitione ſignificet dictam ſeruitutem, quam etiam ſignificat latria, vt ex Suida refert Viues, tamen vt ipſe aſſerit ex communi etiam prophanorum authorũ vſurpatione accipiuntur pro cultu quodam honorario, & quãuis totum id eſſet, quod cõtendit, quid mirum, ſi ſanctos in gloria Deo perfruentes, ſic eorum ſerui veneremur, qui poſtea in patria conſerui, & cõciues erimus, vnde iam hæc duo nomina duas adorationis ſpecies explicant ex Patrum & ſcholaſticorum vſu, qui merito illis vtuntur ad ſignificandũ, per latriam cultum debitum excellentiæ infinitæ, & increatæ, & per duliam cultũ debitum excellentiæ creatæ, de quibus infrà latiùs.

Bellarm.

Suidas. *Viues.*

ARTICVLVS VI.

Sintne latria, & dulia veræ virtutes, & quænam virtutes ſint?

LOQVIMVR in præſenti de latria non pro actu, ſed pro habitu ſumpta, & prout etiã complectitur affectum circa externos actus, quibus Deum adoramus, genuflexionem verbi gratia, & ſimiles, & prout etiam verſatur circa actus internos religionis, quibus Deum religioſè colimus, vt orationem, deuotionem, ſacrificium, oblationem, decimas, vota, & iuramenta, itaque tam circa actus internos, quàm externos, nam hi omnes actus etiam ſuo modo ſunt adora- 1. Latria pro habitu.

tiones

tiones prout adoratio idem eſt atque honor, & cultus Deo exhibitus ad diuinam excellentiam.

2. 1. impugnatio. Quod verò habitus latriæ non ſit virtus videtur probari, quoniam quando quis in idolo concipit diuinã excellentiam, illudq; adorat, ille actus dicitur latria tributa idolo, ſeu quod idẽ eſt idololatria, ergo nõ poteſt dici, quod latria ſit virtus, ſiquidem communis eſt ad verã, & ad falſam adorationem. Secunda. Secundò: latria, vt vidimus ex ſua proprijſsima ſignificatione, & ratione, importat Latria importat ſeruitutem. ſeruitutem, quæ opponitur libertati, ſed libertas eſt de intrinſeca ratione virtutis; ergo latria nequit eſſe virtus. Minor probatur, quoniam virtus in ſua generalitate definitur habitus electiuus, & volũtatis. Tertia. Tertiò: dona Spiritus Sancti non ſunt virtutes, vt docent Theologi, ſed latria pertinet ad donum timoris, ergo non eſt virtus: probatur minor, nam latria cum Deum reueretur ad donum timoris pertinet, cũq; etiam erga Deum pietatem exerceat, pertinebit ad donũ Quarta. pietatis. Quartò: nulla virtus ineſt nobis à natura, teſte Philoſopho 2. Ethic. c. 1. *Ariſt.* ſed latria ineſt nobis à natura, omnes enim ab ipſa natura ſunt edocti, vt Deum colant, & venerentur; ergo non eſt virtus. Quinta. Vltimò: ex oppoſito arguitur, nam inter virtutes nõ numerantur niſi ea, quæ pertinent ad dictamen naturalis rationis, aptitudo enim virtutis nobis ineſt á natura, ſicut Philoſophus docuit citato Ethicorum loco, *Ariſt.* ſed ea, quę pertinent ad latriam, qualia ſũt cęremoniæ, vt docet Tullius 2. de Inuent. *Tullius.* non pertinent ad dictamen naturalis rationis, vt docet D. Thom. *D. Thom.* 2.2. q. 95. artic. 3. ergo latria non eſt virtus.

3. Latriam eſſe virtutẽ. His tamen non obſtantibus dicendum eſt latriam, ſiue religionem eſſe virtutem, & quamuis non ſolùm actus interior, vt diximus, ſed etiã exterior dicatur latria, & religio, iuxta illud Exodi. 12. *Exod. 12.* *Quæ eſt iſta religio?* quod de phaſe dictum eſt, tamen loquimur de affectu interno, & de habitu illo, qui ad prędictas actiones externas inclinat, vt ſuprà aduertimus. Cõcluſio ergo eſt Scoti d. 9. *Scotus.* art. 1. Bonau. art. 2. q. 1. *D. Bonau.* Richard. q. 1. ar. 1. *Richard.* Durand. q. 1. *Durand.*

D. Thom. & D. Thom. citata diſt. 9. & 2. 2. q. 81. art. 2. Eam tenet Suar. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 1. cap. 2. Et ratio Scoto probata eſt, quoniam omnis virtus bonum facit habentem, & actum eius bonum reddit, & cum hic ſit effectus virtutis, conſequēter omnis actus bonus ad virtutem aliquam pertinebit, cum ergo reddere Deo honorem debitum ſit actus bonus, & ſtudioſus, ad aliquam virtutem ſpectabit, & ſine dubio ad illam, quæ verſatur circa exhibendum talem cultum, nulla autem alia eſt, quæ verſetur circa deferendũ debitum cultum Deo, niſi latria, ſiue religio, ergo illa eſt virtus.

4. Probatur ſecundò. Sicut homo per aliquas virtutes perficitur per ordinem ad ſe ipſum, & ad proximum, ita oportuit dari aliquid, per quod perficeretur per ordinem ad Deũ, nam ſæpè etiã contingit hominem malè ſe habere erga Deum, & peccare non tribuendo illi debitum cultum: ergo oportebat dari virtutẽ quæ ad hoc inclinaret, ſed per nullam aliam poterat perfici, & inclinari ad exhibendum debitum cultum Deo, niſi per latriam, quæ circa hoc propriè verſatur: ergo pro priſſimè eſt virtus.

Latria perficit hominẽ per ordinem ad Deum.

5. Tandem præcepta æque dãtur de vitijs, ac virtutibus, ſed prima tria præcepta Decalogi, quæ continent præcepta primæ tabulæ, quod infrà explicandum eſt, prohibent vitium oppoſitũ religioni, quod etiam per negatiua pręcepta prohibetur, ergo latria, ſiue religio eſt virtus.

6. Nec argumenta oppoſita in contrarium concludunt, nam ad primum dicendum eſt prædictam adorationem eſſe falſam latriã, quæ multis modis poteſt eſſe falſa, vt infra videbimus, & potiùs dicitur idololatria, quàm latria, vnde nihil mirũ, ſi virtus non ſit, imò verò eſt habitus oppoſitus virtuti latriæ, & religionis.

Ad primã impugnationem.

7. Ad ſecundum dicendum eſt ſeruitutẽ, quam importat latria opponi libertati, prout libertas dicit aliquem eſſe ſui iuris omnino, & nullius dominio ſubiacere, non tamen opponi libertati prout libertas dicit liberum arbitrium, quo quis eſt dominus ſuarum actionum, quoniam

Ad 2. Quo pacto ſeruitus latriæ opponatur libertati.

Digitized by Google

niam nos verè ſerui Dei ſumus, & tamē ſicut ſerui volūtariè poſſunt exhibere ſeruitutem dominis ſuis, ita etiā nos poſſumus volūtariè Deū adorare, iuxta illud, *Voluntariè ſacrificabo tibi*. Ad tertiū cōceſſa maiori, neganda eſt minor, ad cuius probationē reſpōdetur cum D. Thoma citata quæſt. 81. ar. 1. ad primum, ſolùm concludere latriam ordinari ad donum timoris, tanquam ad aliquid principalius, quod non tollit, quod latria ſit virtus: nā dona ſimul ſunt cum virtutibus, etiam reſpectu eorūdem actuum, licet virtus, & donum procedant ex diuerſo principio mouente: quod mihi videtur ſignificaſſe D. Bonau. ſupracitatus docens latriam ex reuerentia inclinare ad reddēdum debitum honorem Deo propter illius excellentiam, donum autem timoris retrahere à malo ꝑpter eandem reuerentiam; vnde latria, & timor adhuc apertè diſtinguuntur, & hęc Bonau. ſolutio rectè tollit difficultatem. Ad quartum dicendum eſt, quod, quannis virtus ſecundùm actualē habitum non inſit nobis à natura, ineſt tamen nobis, ex eodem Philoſopho, aptitudo ad talem virtutem, cum ratio naturalis dictet prędictę virtutis actus, & hòc ſolummodò latria nobis ineſt à natura, quatenus ſcilicet ratione naturali dictante omnes Deum colunt, quanuis alij benè, alij malè, quod nō tollit, quod voluntas perfecta colendi Deum fideli cultu ſit per ſe infuſa, vt latiùs videre poteris apud Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 1. § *Secundò verò*. Ad vltimum, conceſſa maiori, reſpondetur ad minorem, quod de dictamine rectæ rationis eſt eſſe aliqua offerēda Deo in recognitionem ſupremi dominij, & teſtificationem diuinæ excellentiæ: cum autem nullum ſignum determinatū ſit lege naturali ad colendum, & venerandum Deum, determinatio prædicti cultus, atque cæremoniarum ad legē pertinet poſitiuam, diuinam ſcilicet & humanam, vt docet D. Thomas 1. 2. q. 99. art. 3. in corpore, & ad ſecundum, & Caietanus ibidem, probatq; Suar. lib. 2. de actibus religionis pag. 28. n. 5. circa quod aduertendum eſt legē humanam non poſſe ſtatuere cæremonias, quæ homines

Margin notes: Ad tertiū. — D. Thom — D. Bonau. — Ad quartū. — Suar. Ad 5. — D. Thom. — Caiet. — Suar.

nes ad Deum dirigant poſt habitis rebus terrenis, ſed tales inſtituit; quales videbat conducere ad commune hominum bonum: ſolus auté Deus cæremonias religioſas poteſt inſtituere, quę homines ad Deum prædicto modo deducant. Ita D. Thomas ſupra citatus, & Sotus 2. de Iuſtitia & iure q. 1. ar. 2. Latria ergo ex dictamine rationis naturalis immediatè quidem ad aliqua Deo offerenda dirigit in recognitionem dominij, & ſupremæ excellentiæ; & quanuis immediatè nõ determinet quæ ſint offerenda, determinatis tamen prædictis oblationibus, & cæremonijs, inclinat ad exercendas illas in honorem Dei.

D. Thom. Sotus.

ARTICVLVS VII.

Latriam eſſe vnam virtutem, & à cæteris omnibus diſtinctã.

1. DVo continet titulus quæſtionis; aſſerit enim latriam eſſe vnam virtutem, & eſſe á cæteris omnibus diſtinctã. Cõtra hoc ſecundum, quod ſcilicet latria non ſit diſtincta à cæteris virtutibus, obijcitur primò Catechiſm. Rom. 3. p. c. 2. §. 2. & 3 vbi docet, primum præceptum, quod ipſum eſt latriæ, & religionis præceptum, duas continere partes: vnam, quod colamus Deum; alteram, quod nõ habeamus Deos alienos: & in priori parte dicit contineri præceptum fidei, ſpei, & charitatis, & proindè, qui fidem, ſpem, & charitatem non habent, peccare contra primum præceptum: ergo latria eſt quædam generalis virtus cõplectens prædictas tres virtutes. Secũdò D. Auguſt. lib. 10. de Ciuitate c. 6. in principio dicit, verum ſacrificium eſſe omne opus, quod geritur vt ſancta ſocietate Deo iungamur. Et Paul. 1. Corinth. 10. præcipit vt omnia in gloriam Dei faciamus: vnde ad latriam, & cultum Dei videtur pertinere quidquid Deo in honorem, & cultum ipſius exhibetur: ergo latria eſt generalis quædam virtus, & non à cæteris omnibus diſtincta.

Obijcitur Catechiſmus Rom.

D. Aug.

D. Paul.

Deinde quod ſaltem non ſit vna virtus probatur, quoniã vnius ſpecie virtutis eſt vnus ſpecie actus: ſed latriæ actus ſũt ſpecie diſtincti, nimirum ſacrificare, vouere, 2.

Actus latriæ ſpecie diſtincti.

orare, adorare, & ſimiles: ergo non eſt vna ſpecie virtus. Quartò & vltimò, latria ordinat nos ad Deum; ſed in Deo ſunt tres perſonæ, & plura attributa, quæ videntur eſſe plura obiecta adorationis: ergo non eſt vna ſpecie virtus.

3. Latria vna ſpecie virtus à cæteris diſtincta.

Dicendum tamen eſt, latriam eſſe virtutem à cæteris diſtinctam, & vnam tantùm ſpecie. Concluſio quoad primam partem communis eſt apud Theologos citatos diſt. 9. art. 1. & cum D. Thoma citata quæſt. 81. ar. 4. Et oſtenditur, quoniã illa virtus eſt ſpecialis virtus ab omnibus alijs diſtincta, quę habet obiectum formale diſtinctum ſpecie ab obiectis aliarum omnium virtutum: ſed ita ſe habet latria: ergo. Maior patet, nam virtutes per formalia obiecta formaliter ſumpta ſpecificãtur, & per ipſa ab alijs diſtinguuntur, iuxta Philoſophorũ doctrinam, qua vnumquodq; ab alijs diſtinguitur per id, quo conſtituitur in ſuo eſſe. Minor probatur, quoniam immediatus finis latriæ eſt exhibere Deo debitum cultum ob excellentiam increatam: ſed cæteræ virtutes vel non verſantur circa hoc bonum, quod reſpicit iuſtitia generalis, & partes poteſtatiuæ ipſius, nimirum reddere vnicuique quod illi eſt debitũ ſuo modo; vel ſi verſantur circa tale bonum in genere, non verſantur ſpecialiter circa cultum exhibendum debitum diuinæ excellentiæ in ſignum recognitionis illius & ſubiectionis erga Deum: ergo latria ſicut hoc habet ſpeciale obiectum formale à cæteris diſtinctum, ita eſt virtus à cæteris diſtincta. Quod verò ſit vna tantùm ſpecie, non minus commune eſt apud authores citatis locis, & probatur: quoniã illa virtus eſt vna non tantùm genere, ſed etiam ſpecie, quæ ſub vna ſpecie ratione formali reſpicit omnia, circa quæ verſatur; ſed latria ſic ſe habet: ergo, &c. Maior patet, minor probatur, quoniã latria, quę refert, & exhibet Deo cultum, reſpicit excellẽtiam diuinam, & ſub illius recognitione proteſtatur illam ſummam ſeruitutem, & cultum, qui ſoli Deo debetur: iam verò iſta ratio formalis vna eſt ſpecie, quod adhuc in ſequẽtibus magis patebit: ergo la-

D. Thom.

Diſtinguitur à cæteris.

Eſt vna ſpecie.

tria eſt vna virtus ſpecie.

4. Ad 1. ſolutio.

Ad primum ex Catechiſmo Romano dicendum eſt, multipliciter poſſe aliquam virtutẽ eſſe in ſe ſpecialẽ, & diſtinctam à cæteris, & tamen ſub aliqua ratione generalem dici, vel ob dependentiam aliarum virtutum ab illa, vel quia verſatur etiã circa actus aliarum virtutũ, aut quia ad honeſtatem ſui actus, actus etiam aliarũ virtutum requirit: ſic prudentia, quæ eſt ſpecialis virtus, dicitur etiam generalis, quatenus ſcilicet actus aliarum virtutum dirigit ad mediũ; & charitas ſpecialis proculdubio virtus eſt, & tamen generalis dicitur, quatenus ſcilicet actus aliarum virtutum in Deum vt in obiectũ ſupernaturale dirigit; & idẽ pariter in magnanimitate, & alijs virtutibus intelligendũ eſt: ſimiliter ſe habet virtus latriæ, ſeu religionis; nam cũ habeat ſuam ſpecialem rationem obiectiuam, quam primò, & per ſe intendit, nimirum exhibere debitum cultum, & reuerentiam Deo, ſpecialis virtus eſt à cæteris diſtincta; quia verò non ſolùm illius actus, quales ſunt enumerati in argumẽto, ſed etiam alia virtutum opera ad cultum Dei ſpectant, quatenus ſcilicet cedunt in gloriã, & honorem Dei, vt docet Paul. 1. Corinth. 1. & quia, vt inquit P. Auguſtinus loco citato, Deo poſſunt offerri, vt illi ſancta ſocietate iungamur, & quia latria actibus etiam aliarum virtutum vtitur aſſumẽdo illos in materiam adorationis, vt diximus ſuprà, idcirco ſub hac ratione generalis virtus dicitur; quod non tollit, quod partialis ſit, & ſpecialis à cæteris diſtincta: & ex his patet etiam ſolutio ad ſecundum.

Vna virtus ſpecie ſub aliqua ratione generalis.

Sic prudẽtia.

1. Cor. 1. P. Aug.

Ad 2.

5. Ad 3.

Ad tertium, quod eſt cõtra ſecundam partem concluſionis, dicendũ eſt, illos actus materialiter eſſe poſſe diuerſæ ſpeciei, formaliter tamen eſſe vnius, & eiuſdem ſpeciei; quatenus homo per illos & Deo debitum cultũ exhibet, & diuinam excellentiam proteſtatur; ſub qua ratione omnes ſunt actus latriæ. Ad quartum ex diſputatione ſequenti patebit ſolutio.

Ad quart. infr.

Digitized by Google

ARTICVLVS VIII.

Non eſſe theologalem virtutem, ſed inter morales præſtantiſſimam.

1. DVAS partes continet præſens reſolutio. Prima aſſerit, latriam non eſſe theologicam virtutem, ſed moralem: ſecũda, eſſe inter virtutes morales præſtãtiſsimam. Vtraque ſigillatim probãda eſt. Qđ ergo attinet ad primã, probatur D. Thomæ, & cæteris ſupra citatis: nam virtus, quæ non habet Deum pro obiecto immediato ſuorum actuum, non eſt theologalis; nam theologicæ virtutes immediatè verſantur circa Deum, tanquam circa obiectũ ſuum; ſic fides credit Deo immediatè dicenti, ſpes confidit in Deo promittente, charitas Deum ipſum in ſe amat; ſed latria immediatè verſatur circa cultum Dei, & Deus non eſt obiectum, *quod*, ſeu materia circa quam immediata ipſius, ſed eſt obiectum, *cui* cultus defertur, & cui ſacrificium offert latria: ergo non eſt virtus theologica.

D. Thom.

Virtus theologica verſatur immediatè circa Deum.

Et confirmatur, quoniam latria, ſiue religio, vt diximus ad materiam de iuſtitia diuina, ponitur pars poteſtatiua iuſtitiæ generalis, quæ eſt virtus moralis; ergo talis eſt latria, & non theologica.

Quod autem inter morales virtutes ſit præſtantiſſima non eſt minus receptum: & oſtenditur, quoniam ea, quæ ſunt ad alterum vt ad finem, eo inter ſe ſunt nobiliora, quo ſunt fini propinquiora: ſed inter virtutes morales, quæ omnes ad Deum, tanquam ad finem ordinantur, propinquior eſt latria, quam cæteræ; ergo illa inter omnes eſt præſtantiſsima. Probatur minor, quoniam latria immediatè ordinatur in diuinum honorem, & Deum ipſum attingit: nam ſacrificium immediatè Deo offertur; deuotiones, & orationes immediatè Deo fiunt; & idcirco nonnulli de latria, ſiue religione dixerunt, aliquid participare de ratione virtutum theologicarum, quatenus ſcilicet dum ſuprema eſt in moralibus, quodammodò perfectionem attingit infimam 2.

2. Eſt latria inter morales virtutes præſtantiſſima.

Digitized by Google

Præcepta Primæ tabulæ circa latriam verſantur.

theologicæ virtutis. Accedit, quod ſi ex ordine præceptorum, quæ verſantur circa virtutes, colligatur nobilitas illarum, cum præcepta primæ tabulæ circa latriã verſentur, cætera verò circa alias virtutes, hæc ſane nobilior, & præſtantior cæteris reputabitur.

3. Contra primam partẽ concluſionis.

Vt tamen concluſionis veritas examinetur amplius, vtraque eius pars impugnabitur. Et prima primò efficaciter, quoniam per proprios actus latriæ, & religionis Deus immediatè attingitur: ergo ex differentia concluſionis eſt virtus theologica, & nõ moralis. Antecedens probatur, nam Deũ oratione, deuotione, adoratione, voto, & ſacrificio immediatè attingimus: ſed huiuſmodi actus ſunt latriæ; ergo. Et confirmatur ex Diuo Thoma 2.2. q.81. art. 3. in corpore, & Caietano ibidẽ.

D. Tho... m.

Secundò, quoniam virtutis moralis proprium eſt tenere medium inter exceſſum, & defectum, quod proprium eſt virtutis intellectualis, qualis non eſt latria, ſicut religio, quæ in adorando Deo non præſcribit modum, iuxta illud Eccleſiaſtici 43. *Exaltate eum, quantum poteſtis*: ergo non eſt virtus moralis, ſed theologica.

Eccleſ. 43.

4. Ad 1. Caiet.

Ad primum tamen argumentum, quod Caiet. ſecunda ſecundæ citata quæſt. 81. artic. 3. difficile fatetur, reſpondet D. Thom. loco citato, latriam, ſeu religionem ordinare hominem in Deum, tanquam in finem, non tanquam in obiectum: quod vt Caietanus explicet, dicit, Deum non eſſe obiectum, *quod*, actus latriæ, ſed obiectum, *cui*; at verò Theologicas virtutes reſpicere Deum vt obiectum, *quod*, ſicque expeditam credit difficultatem; prædicti tamen actus religionis, oratio videlicet, votum, & ſimiles, ſine dubio verſantur circa Deum, vt obiectum, *quod*, & non ſolùm tanquam circa finem, ſeu obiectum, *cui*. Vnde adhuc argumentum ſolutione indiget.

D. Thom.

Non ſoluit ſatis Caiet.

Quapropter dicendum eſt, actus prædictos poſſe ſumi vel materialiter, vel formaliter; materialiter ſumuntur, quando in eis ſolùm ſpectatur ſua propria, & quaſi materialis ratio; formaliter verò attenduntur, quando

in

in eis conſideratur id, nomine cui iis ſub affectu latriæ cadunt. Itaque oratio, & idem de cęteris ſuo modo (excipe adorationem.) vel ſpectari poteſt, vt formaliter, & in ſe eſt quædam mẽtis poſtulatio terminata ad Deum, & vt ſic, quaſi materialiter accipitur; vel etiam poteſt ſpectari, vt in ſe quodammodò habet virtualem quandam ſubiectionẽ ipſius mẽtis poſtulãtis. Nam mẽs poſtulans eo ipſo quod poſtulat, ſe ſubijcit ei, à quo aliquid poſtulat, tanquam eo indigens, vt optimè docuit D. Thom. q. 83. ar. 3. Primo ergo modo poteſt oratio immediatè attingere Deum, & proindè circa Deum verſari, vt circa obiectũ, *quod*; at ſub poſteriori ratione clarũ eſt non verſari immediatè niſi circa ipſam mẽtis ſubiectionem, quam exhibet in ſignum reuerentiæ, & proteſtationis excellentiæ illius à quo poſtulat, ſicque Deum reſpicit, vt obiectum, cui talem ſubiectionem offert, & ſub hac acceptione eſt actus latriæ, & religionis.

D. Thom.

Oratio quatenus eſt actus latriæ.

Quod ſi quæras, cuiuſnã virtutis actus ſit oratio quatenus eſt poſtulatio quædã? Reſpondetur eſſe actũ charitatis, quæ mentem mouet & excitat, vt Deo ſe vniat, & illi appropinquet petitione aliqua Deum inducendo, atque diſponendo ad concedẽdam rem petitam, & ideò charitas dicitur etiam mouere ad talem ſubiectionem, mediante tamen religione. Ita Caietan. cum D. Thoma quæſt. 82. art. 2. ad primum.

Oratio quatenus eſt actus charitatis.

Caiet. cum D. Thoma.

6. Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, virtutes morales conſtituere medium non ſemper reſpectu quantitatis rei, ſed reſpectu rectæ rationis, vt ſcilicet ſeruitus fiat debitis circumſtantijs, videlicet illi, cui debetur, debito tempore, & debito modo, quæ omnia ſunt expendenda, & regulanda per rationẽ, ſicq; Apoſtolus ad Romanos 12. *Rationabile*, dixit, *ſit obſequium veſtrum*, habito etiam reſpectu humanæ fragilitatis, & diuinæ acceptationis, qualiſcumque æqualitas reperitur in noſtro cultu, quem Deo exhibemus. Ita Durandus diſt. 9. q. 1. ad primum D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 5. ad tertium.

D. Paul.

Durand.

D. Thom.

7. Contra ſecundam partẽ aſſertionis, quæ aſſerit, la-

Præcepta Primæ tabulæ circa latriam verſantur.

theologicæ virtutis. Accedit, quod ſi ex ordine præceptorum, quæ verſantur circa virtutes, colligatur nobilitas illarum, cum præcepta primæ tabulæ circa latriã verſentur, cætera verò circa alias virtutes, hæc ſane nobilior, & præſtantior cæteris reputabitur.

3. Contra primam partẽ concluſionis.

Vt tamen concluſionis veritas examinetur amplius, vtraque eius pars impugnabitur. Et prima primò efficaciter, quoniam per proprios actus latriæ, & religionis Deus immediatè attingitur: ergo ex differentia concluſionis eſt virtus theologica, & nõ moralis. Antecedens probatur, nam Deũ oratione, deuotione, adoratione, voto, & ſacrificio immediatè attingimus: ſed huiuſmodi actus ſunt latriæ; ergo. Et confirmatur ex Diuo Thoma 2. 2. q. 81. art. 3. in corpore, & Caietano ibidẽ. D. Thom.

Secundò, quoniam virtutis moralis proprium eſt tenere medium inter exceſſum, & defectum, quod proprium eſt virtutis intellectualis, qualis non eſt latria, ſicut religio, quæ in adorando Deo non præſcribit modum, iuxta illud Eccleſiaſtici 43. *Exaltate eum, quantum poteſtis*: ergo non eſt virtus moralis, ſed theologica. Eccleſ. 43.

4. Ad 1. Caiet.

Ad primum tamen argumentum, quod Caiet. ſecunda ſecundæ citata quæſt. 81. artic. 3. difficile fatetur, reſpondet D. Thom. loco citato, latriam, ſeu religionem ordinare hominem in Deum, tanquam in finem, non tanquam in obiectum: quod vt Caietanus explicet, dicit, Deum non eſſe obiectum, *quod*, actus latriæ, ſed obiectum, *cui*; at verò Theologicas virtutes reſpicere Deum vt obiectum, *quod*, ſicque expeditam credit difficultatem; prædicti tamen actus religionis, oratio videlicet, votum, & ſimiles, ſine dubio verſantur circa Deum, vt obiectum, *quod*, & non ſolùm tanquam circa finem, ſeu obiectum, *cui*. Vnde adhuc argumentum ſolutione indiget. Quapropter dicendum eſt, actus prædictos poſſe ſumi vel materialiter, vel formaliter; materialiter ſumuntur, quando in eis ſolùm ſpectatur ſua propria, & quaſi materialis ratio; formaliter verò attenduntur, quando D. Thom. Non ſoluit ſatis Caiet.

in eis conſideratur id, nomine cui iis ſub affectu latriæ cadunt. Itaque oratio, & idem de cęteris ſuo modo (excipe adorationem) vel ſpectari poteſt, vt formaliter, & in ſe eſt quædam mẽtis poſtulatio terminata ad Deum, & vt ſic, quaſi materialiter accipitur; vel etiam poteſt ſpectari, vt in ſe quodammodò habet virtualem quandam ſubiectionẽ ipſius mẽtis poſtulãtis. Nam mẽs poſtulans eo ipſo quod poſtulat, ſe ſubijcit ei, à quo aliquid poſtulat, tanquam eo indigens, vt optimè docuit D. Thom. q. 83. ar. 3. Primo ergo modo poteſt oratio immediatè attingere Deum, & proindè circa Deum verſari, vt circa obiectũ, *quod*; at ſub poſteriori ratione clarũ eſt non verſari immediatè niſi circa ipſam mẽtis ſubiectionem, quam exhibet in ſignum reuerentiæ, & proteſtationis excellentiæ illius à quo poſtulat, ſicque Deum reſpicit, vt obiectum, cui talem ſubiectionem offert, & ſub hac acceptione eſt actus latriæ, & religionis.

D. Thom.

Oratio quatenus eſt actus latriæ.

Quod ſi quæras, cuiuſnã virtutis actus ſit oratio quatenus eſt poſtulatio quædã? Reſpondetur eſſe actũ charitatis, quæ mentem mouet & excitat, vt Deo ſe vniat, & illi appropinquet petitione aliqua Deum inducendo, atque diſponendo ad concedẽdam rem petitam, & ideò charitas dicitur etiam mouere ad talem ſubiectionem, mediante tamen religione. Ita Caietan. cum D. Thoma quæſt. 82. art. 2. ad primum.

Oratio ... vt ... actũ, eſt ... actus charitatis.

Caiet. cum D. Thoma.

6. Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, virtutes morales conſtituere medium non ſemper reſpectu quantitatis rei, ſed reſpectu rectæ rationis, vt ſcilicet ſeruitus fiat debitis circumſtantijs, videlicet illi, cui debetur, debito tempore, & debito modo, quæ omnia ſunt expendenda, & regulanda per rationẽ, ſicq; Apoſtolus ad Romanos 12. *Rationabile*, dixit, *ſit obſequium veſtrum*, habito etiam reſpectu humanæ fragilitatis, & diuinæ acceptationis, qualiſcumque æqualitas reperitur in noſtro cultu, quem Deo exhibemus. Ita Durandus diſt. 9. q. 1. ad primum D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 5. ad tertium.

D. Paul.

Durand.

D. Thom.

7. Contra ſecundam partẽ aſſertionis, quæ aſſerit, la-

Impugnatur 2. pars aſſertionis.

triam eſſe inter morales virtutes præſtantiſsimam, obijcitur primò: quoniam iuſtitia ſaltem legalis eſt nobiliſsima inter morales virtutes, ergo non latria. Antecedens probat D. Thom. 2. 2. q. 58. art. vltimo. Secundò, Miſericordia eſt nobiliſsima, vt enim docet D. Thom. eſt Deo propria: ergo non eſt latria nobiliſſima. Tertiò ex eodem Diuo Thoma q. 161. art. 5. poſt theologicas virtutes, & poſt iuſtitiam legalem, humilitas eſt præſtantior virtus cæteris; ergo latria neque primum, neque ſecundum locum obtinet inter morales virtutes. Vltimò perfectio virtutis eſt ex modo attingendi medium: ſed religio neceſſariò deficit à medio, ſiquidem non poteſt reddere Deo æquale: ergo videtur cęteris imperfectior.

D. Thom.

D. Thom.

8. Circa ſolutionem ad primum, Caiet. 2. 2. q. 81. art. 5. religionem conſtituit in ſupremo gradu virtutum moralium, adeò vt dicat illã attingere conditionem virtutum theologicarum: & ibidem art. 6. dicit, religionem præſtare iuſtitię particulari, non tamen legali, & q. 161. art. 5. ad finem quæſtionis concedit, cardinales virtutes præſtantiores eſſe religione; quod de humilitate ſimpliciter etiam concedit, & religionem ſolùm ibi anteponit obedientiæ, & miſericordię, & hunc gradum excellẽtiæ, quem D. Thomas conceſsit religioni, dicit eſſe excellentiæ non ſimpliciter, ſed tantùm ſecundũ quid, quia ſcilicet eſt excellentia conſiderata ſecundum ſpecialẽ conditionẽ virtutis, quæ eſt directè ordinare in diuinũ honorem. Quidquid tamen ſit de mente Caietani, de qua modò non curamus, perſiſtendũ eſt in propoſita aſſertione, & ad primum arg. in oppoſitum dicendum, D. Thomã citato loco comparaſſe tantùm iuſtitiam legalem cum alijs virtutibus moralibus, quæ verſantur circa perſonas creatas; quod apertè colligitur ex fundamento D. Thomæ, vt benè notauit Suarius lib. 3. de habitu religion. c. 9. colligit enim, legalem iuſtitiã præferri cæteris virtutibus, quia obiectũ eius eſt commune bonum, quod particulari præponitur: & retorquendo argumentum ad Caietanum, obiectum *cui*, religionis, & latrię eſt Deus,

Caiet.

Excellentia virtutis religionis.

D. Thom.

Suar.

obiectum, *quod*, eſt cultus Deo debitus: obiectum verò, *cui*, iuſtitiæ legalis, vt vidimus in materia de iuſtitia Dei, eſt reſpublica, ſiue cõmunitas: obiectũ verò, *quod*, eſt ius debitum reipublicæ, ſiue cõmunitati: ergo quomodocumq; conſiderétur, longè perfectior inter omnes morales virtutes cenſenda eſt religio.

Religio præfertur cæteris moralibus virtutibus.

9. Neque inſtantia Caietani aliquid in oppoſitũ conuincit, dum dicit, religionem comparari ad iuſtitiam legalem, vt pars ad totum cõfertur; ſi enim hoc intelligat de iuſtitia legali, quæ diſtinguitur à iuſtitia generali, & à commutatiua, & diſtributiua, falſum apertè eſt quod aſſerit: ſi verò loquatur de iuſtitia generali, verum quidem eſt religionem eſſe partem poteſtatiuã ipſius, quatenus nimirum verſatur circa reddendum debitum alicui, & deficit ab eo rigore debiti, & ſolutionis, quam vera iuſtitia intendit: ſed indè non colligitur maior excellentia virtutis, ſed ex nobilitate obiecti, & ex affectu volũtatis: vnde ſicut docet D. Thom. in dicto articulo 6. in ſpecie virtutis poteſt eſſe perfectior, etſi in attingendo medium iuſtitiæ deficiat: & ex hoc etiam patet ſolutio ad vltimum; nam dum D. Thomas citata quęſtione dixit, miſericordiam eſſe præſtantiſsimam inter omnes virtutes, intelligit de ijs, quæ ad proximum pertinent: iam verò religio, cum ſit ad Deum, non numeratur in illis.

Maior excellẽtia virtutis ex nobilitate obiecti.

D. Thom.

10. Sed obijcitur locus Oſeę 12. vbi actum miſericordiæ præfert actui latriæ, *Miſericordiam volo, & non ſacrificiũ.* Multipliciter exponitur locus iſte: nam Hieronymus miſericordiã accipit ex parte Dei iuxta illud Pſalmi 50. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis*, quaſi diceret Deᵒ, inquit Hieronymus, *Non in ſacrificijs delector, & victimis, & multitudine holocauſtorum, victimæ meæ, & holocauſta ſalus credentiũ, & conuerſio peccatorũ eſt.* Cõmunis tamen ſentẽtia locum de miſericordia hominis intelligit, quaſi Deus per prophetam dicat, non volo ſacrificium ſine miſericordia, ſeu vt Anſelmus in Matth. *Nolo ſacrificium externum ſine interno.* Ita Pater Auguſtinus 10. de Ciuit. cap. 5 &

Oſeas. 2.

Pſal. 50.

Hieron.

Anſelm.

P. Aug.

& 20.contra Fauſtum c.16. vbi externum ſacrificium ſine interno Deo oſtendit diſplicere. Vide Maldonatum in caput nonum Matth.

Maldonat.

11. D. Thom. Tandem collige ex Diuo Thoma 2.2.q.81.art.7.& à q.82. vſque ad 89. principaliores actus internos latriæ eſſe orationem, & deuotionem: & præter hos, qui ſunt proprij eius, circa actus etiã aliarum virtutum per ordinem ad Deum verſatur, vt in præcedentibus ſæpè dictum eſt. Actus verò externi adorationis conſiderantur in triplici differẽtia, aut enim per illos noſtrũ corpus in obſequiũ, & cultum Dei offerimus, & in hac ſpecie ſunt genuflexiones, inclinationes capitum, & alij ſimiles; aut offerimus in Dei cultum, & obſequium rem aliquã externam, & in hac ſpecie ſunt ſacrificium, oblationes, primitiæ, decimæ, & votum alicuius boni Deo promiſsi: aut tandẽ offerimus aliquid aliud, quod ad Deum pertineat, ſicque latriæ actus externus cenſetur ſumptio alicuius ſacramenti, iuramentũ, & laus diuina, & ſiquid ſimile in Dei obſequium offertur. Et hæc de latria.

Actus externi latriæ in triplici differentia.

ARTICVLVS IX.

Duliam eſſe virtutem à latria diſtinctam, eſſe tamen vnam genere non ſpecie infima.

LOQVIMVR in præſenti de dulia prout ſpecies eſt adorationis diſtincta à latria; nã ſub latiſsima acceptione quælibet adoratio, etiam ea, quæ Deo exhibetur, dicitur dulia, & ita dulia comprehendit omnem honorẽ, & cultum debitũ hominibus propter quamcunque excellentiam, ex D. Thoma q. 103. art. 4. dicente, duliam ſub ſe cõprehendere obſeruantiã, & pietatem, & deniq; quãcunque virtutem, quæ homini exhibet reuerentiam. 1.

D. Thom.

His poſitis dicendum eſt primò, duliam communiter ſumptã prout exhibet cultũ creaturæ, eſſe virtutem à latria diſtinctã. Quod ſit virtus probatur primò, quoniam reddere cultum aut parentibus ratione pietatis, aut maioribus ratione obſeruãtiæ, ſemper omnes philoſophi reputarunt eſſe actum virtutis: deinde, quoniã reddere debitum honorem alicui iuxta menſuram ſuæ ex- 2.

Duliam eſſe virtutẽ.

Digitized by Google

cellentiæ, & dignitatis, eſt actus bonus, & ſtudioſus: ergo eſt actus alicuius virtutis; nõ alterius, quam duliæ, vt patet; ergo dulia eſt virtus: quod verò ſit à latria diſtincta ſupra oſtendimus. Probatur Bonau. diſt.9.art. 2.q.4.Richard.ar.3.quæſt.1. Quoniam ſiue in latria, & dulia ſpectemus rationem ſeruitutis, ſiue cultũ, & honorem debitum ratione excellentię alicuius, ſemper hę formales rationes in obiectis vtriuſque reperiũtur diuerſæ: ergo tales ſunt ipſæ virtutes inter ſe. Antecedens oſtenditur, quoniam, ſicut omne eſſe creatum eſt depẽdens ab increato, & eſt quędam ipſius participatio; ita quælibet dignitas, ſeu excellentia creata participatio quædam eſt diuinæ excellẽtiæ, & in ſe ipſa eſſentialiter finita eſt, & limitata, pendensq; á diuina, & increata excellentia; & ſicut omne dominium creatum, & in eſſendo, & in gubernando pendens eſt, & participatio quædam ſupremi, & increati dominij; ita proculdubio ſeruitus, quæ tale dominiũ reſpicit, & cultus, & honor, qui exhibentur tali creatæ excellentię, non poſſunt habere vnam rationem formalem ſpecificam cum ſeruitute, & honore, qui Deo ob ſupremum dominium, increatamq; excellentiam exhibetur. Et confirmatur ex Philoſopho 9. Ethicorũ cap. 2. dicente, alia ratione honorari parentes, alia magiſtros, alia reges, alia duces, alia dominos: & idcirco ad duliam obſeruantia, & pietas; latria verò propriſsimè ad religionem ſpectat.

A latria diſtincta.

D. Bonau. Richard.

Ariſt.

3\. Dulia vna virtus ſpecie ſubalterna.

Dicendũ eſt ſecundò, duliam eſſe vnam virtutẽ ſpecie ſubalterna, & nõ infima, habereq; ſúb ſe pietatem, & obſeruantiam: quod probatum eſt ex D. Thoma ſupra citato, vbi docet duliam eſſe genus quoddã adorationis, quod immediatè diuiditur in duas ſpecies ſubalternas, pietatem ſcilicet, & obſeruantiam. Ita q. 103. & 104. & Philoſophus 2. Ethicorũ c. 9. ſubalternas dixit, quoniam pietas reſpicit connaturalis principij excellentiã in eſſendo, & educãdo, quoad ea, quæ ſpectant ad humanæ vitæ perfectionem, quamdiu nobiſmetipſis nõ ſufficimus: vnde fit, vt talis honor, & cultus debeatur

D. Thom.

Ariſt.

Digitized by Google

parẽtibus, & patriæ, ſub parentibus cõtinentur illi, qui nobis ſunt cõiuncti ſanguine, præſertim in gradu ſuperiori; ſub patria illi, qui ſunt de patria benemeriti. Ex D. Thoma q.101. Obſeruantia autem tendit in excellentiã prout poteſt eſſe principiũ externum alicuius gubernationis; nam omne mouens habet quandam excellentiã ſupra id, quod mouet; ſic dominus in ſeruum, dux in milites, magiſter in diſcipulos dominantur: de quo D. Thomas q.102. *D. Thom.*

4. Ex dictis colliges adhuc obſeruantiam diuidi in alias ſpecies, prout excellentiæ dignitatum, & ſtatuum, quę ſunt principium gubernandi, diuerſæ etiam ſunt ſpecie iuxta Philoſophum citato 9. Ethicorũ cap. 2. *Ariſt.* Vtrùm verò excellentia virtutis, ſcientiæ, & aliæ ſimiles, ſpeciali obſeruantiæ ſpecie honorãdę ſint ab ea, qua honoratur excellentia dignitatis, & ſtatus, quæ actu eſt coniuncta cum poteſtate, principioq; gubernandi, qualis nimirũ eſt in magiſtratu reipublicę, aut militiæ duce? Caietanus *Caiet.* citata q.103.art.3.dub.2. negat dari ſpecialem obſeruãtiam, qua huiuſmodi excellentiæ ſeparatæ à ſtatu, & gradu honorentur, creditq; ad eandem ſpecie excellentiam, ad quam pertinet honorare ducẽ, pertinere etiã honorem illum, qui alicui exhiberi debet, quando ob aliquam excellentiam, ſiue ſciẽtiæ, ſiue fortitudinis, dignus eſt ducatu, & ſic de cæteris; idque probat ex Diuo Thoma in dicta q.102.ar.1. ad 2. docente, ad eandem virtutem ſpectare colere excellentiam virtutis, ad quã ſpectat colere excellentiam ſtatus. Verum ſi D. Thom. attentiùs inſpiciatur, oppoſitũ docuit, dum dixit excellentiam dignitatis, & ſtatus ſpeciali obſeruantię ſpecie coli, quia in illa ſpecialiter etiam cum ſtatus excellentia concurrit poteſtas gubernandi ſubditos; quæ tamen ratio in excellentia virtutis præciſæ à ſtatu non reperitur: concedit verò hanc coli eodem obſeruantiæ genere, nõ ſpecie infima: ſicque iuſtitia legalis, cuius eſt ſuum cuiq; tribuere in bonum commune, diſtincto obſeruãtiæ cultu iubet vtroſque venerari, ſicq; politicus vſus obſeruat. Inter ſpecies autẽ obſeruantiæ

Excellentiam ſtatus non diſtinguit ab excellentia virtutis.

D. Thom.

Oppoſitũ ex D. Tho. colligitur.

Digitized by Google

tiæ illa eſt præcipua, quæ Sanctis debetur propter ſpecialem excellentiam ſtatus, & dignitatis, quam habent in patria.

5\. Dulia in ſimplicem duliam, & in hyper duliam.

Dicendum eſt tertiò, adhuc duliam diuidi in ſimplicem duliam, & hyperduliã, tanquam in diuerſa ſpecies adhuc ſubalternas. Hyperdulia eſt honor alicui debitus propter inſignẽ aliquã excellentiam ab alijs diſtinctam, qualis in obſeruantia religionis erit excellẽtia cõiunctionis hypoſtaticę, quã humanitas Chriſti habet ad Verbum, & excellentia Dei genitricis, quam Virgo habet, de quibus infra: in politica verò excellentia talis erit ea, quæ Summo Pontifici in republica Eccleſiaſtica, in ciuili Imperatori, aut Regi exhibetur. Simplex verò dulia iuxta varias excellentias partitur, vt dictum eſt.

SECVNDA PARS DISPVTATIONIS

DE ADORATIONE DEO, ET CHRISTO DEBITA.

Hæc ſunt, quæ continentur in hac ſecunda parte diſputationis.

Tria tantum eſſe præcepta primæ tabulæ ſtatuitur. Articulus I.
Primum præceptum Decalogi miſtum eſt ex affirmatiuo, & negatiuo, explicatur. Articulus II.
Quando obliget præceptum dẽ colendo Deo. Articulus III.
Ad quid obliget? Articulus IIII.
Omnes tres perſonas vnica, & eadem adoratione, & quoad eſſentiam, & quoad proprietates perſonales adorari. Articulus V.
Deo neque ob diuerſos titulos, aut beneficia, neque ob diuerſa attributa diuerſam tribui adorationem, ſed ſemper eſſe colendum eadem omnino inuariabili latria. Articulus VI.

Digitized by Google

Chriſtus in quantum Deus eadem adoratione latriæ adoratur; qua ipſe Deus. Articulus VII.
Idem dicendum de humanitate prout vnita perſonæ Verbi, & quo ſenſu intelligendum ſit? Articulus VIII.
Oppoſitum aſſerere ad minus erroneum eſſe, & hæreſi valde proximũ. Articulus IX.
Humanitatem Chriſti, ſi à Verbo dimitteretur, adorandam fore hyperdulia. Articulus X.
Quo pacto humanitas per cogitationem à Verbo præciſa adorari poſſit? Articulus XI.

ARTICVLVS I.

Tria tantùm eſſe præcepta primæ tabulæ.

1. SINE controuerſia præmittendum eſt primò, Deum eſſe adorãdum, tum quia id docet fides, tum quia id etiam ipſamet naturalis ratio oſtẽdit. Fides quidem, quoniam Deuter. 6. dicitur, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*. Quæ verba Chriſtus Dominus Matth. 4. retulit diabolo adorationem ſibi præſtandam ſuadenti. Addi poſſunt verba primi præcepti Decalogi relata etiã cap. 10. Deuteron. in quibus continetur præceptum colendi Deum. Ratio verò naturalis hæc eſt, quia cum honor debeatur alicui propter aliquam excellentiam, maximè verò dominationis, aut principij tum in eſſendo, tũ in operando, & Deo per ſe, & eſſentialiter competat ratio ſupremi dominij, primique rerum omnium principij, & in eſſendo, & in gubernando: hinc eſt, vt ipſum naturæ lumen dictet Deum eſſe adorandum: & amplius non ſolùm colligitur ex hoc Deum eſſe adoratione dignũ, ſed peculiari cultu nulli alteri communicabili, ſicut neq; diuina excellentia alteri cõmunicari poteſt; quod nonnulli colligunt, tum ex citato loco Deuter. tum ex Paulo ad Rom. 1. vbi de philoſophis antiquis dicit: *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcura-*

Deut. 6. *Matt. 4.* *Deut. 10.* *Roman. 1.*

Ratio naturalis dictat Deum eſſe colendum.

tum eſt inſipiens cor eorũ. Propter quod Paulus illos inexcuſabiles dixit. Accedunt, quæ iam ſuprà diximus de latria, & quæ ex Patribus referuntur ſeptima Synodo, actione quarta.

7. Synod.

2. Quæ præcepta primæ tabulæ.

Hæc quidem extra controuerſiam ferè ſunt. Dubiũ tamen graue eſt, qualenam ſit præceptũ adorandi Deũ, & quot, qualiave præcepta primæ tabulæ, quæ nos ad Deum diſponũt? Circa quod ex Diuo Thoma 1.2.q.100. art.4. non omnes Patres cõueniunt in aſſignando ordine præceptorum primæ tabulæ: nam Ezichius in cap. 26. Leuitici á Decalogo reijcit præceptum de obſeruatione ſabbati, tanquam quid cęremoniale, & non morale, & deinde quatuor ſtatuit præcepta ad Deum pertinẽtia. Primum dicit contineri in illis verbis Exodi 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, quod affirmatiuum dicit, & Dei cultum præcipiens: ſecundũ in illis verbis ſequentibus, *Non habebis Deos alienos coram me*. Tertium in illis, *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c.* Quartum denique in illis. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ.*

D. Thom.

Ezichius

Exod. 20.

Quę omnia colligit ex citato capite 20. Exodi.

3. D. Thom. Improbatur Ezich.

Vt tamẽ ipſe D. Thomas fatetur, cæteris Patribus improbatur communiter Ezichius: nam præceptũ de obſeruatione ſabbati expreſſe continetur Deuter. 5. *Septimus dies ſabbati eſt, id eſt requies Domini Dei tui, non facies in eo quicquam operis tu, & filius tuus, & filia, ſeruus, & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumẽtum tuum, & peregrinus, qui eſt intra portas tuas, vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu.* Et ex communi Eccleſiæ vſu inter præcepta Decalogi reputatur. Vnde alij admittentes ſabbati obſeruationem cõtra Ezichium inter Decalogi præcepta, cum ipſo aſſerunt, primum præceptum affirmatiuum ſecũdum formam eſſe poſitiuũ in illis verbis Exodi: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, & ipſum diſtingunt à ſecundo præcepto negatiuo: *Non habebis Deos alienos coram me*. Quod dum prohibet adorationẽ, & cultum alijs dijs exhibendum, præcipit vnum ſolum verum Deum adorari, & in hoc adhuc cum Ezichio cõueniunt; diſcedunt verò ab eodem, quoniam ſub illo ſecundo

Deut. 5.

Digitized by Google

Præcepta primæ tabulæ circa latriam verſantur.

theologicæ virtutis. Accedit, quod ſi ex ordine præceptorum, quæ verſantur circa virtutes, colligatur nobilitas illarum, cùm præcepta primæ tabulæ circa latriã verſentur, cætera verò circa alias virtutes, hæc ſane nobilior, & præſtantior cæteris reputabitur.

3. Contra primam partẽ concluſionis.

Vt tamen concluſionis veritas examinetur amplius, vtraque eius pars impugnabitur. Et prima primò efficaciter, quoniam per proprios actus latriæ, & religionis Deus immediatè attingitur: ergo ex differentia concluſionis eſt virtus theologica, & nõ moralis. Antecedens probatur, nam Deũ oratione, deuotione, adoratione, voto, & ſacrificio immediatè attingimus: ſed huiuſmodi actus ſunt latriæ; ergo. Et confirmatur ex Diuo Thoma 2. 2. q. 81. art. 3. in corpore, & Caietano ibidẽ. D. Thom.

Secundò, quoniam virtutis moralis proprium eſt tenere medium inter exceſſum, & defectum, quod proprium eſt virtutis intellectualis, qualis non eſt latria, ſicut religio, quæ in adorando Deo non præſcribit modum, iuxta illud Eccleſiaſtici 43. *Exaltate eum, quantum poteſtis*: ergo non eſt virtus moralis, ſed theologica. Eccleſ. 43.

4. Ad 1. Caiet.

Ad primum tamen argumentum, quod Caiet. ſecunda ſecundæ citata quæſt. 81. artic. 3. difficile fatetur, reſpondet D. Thom. loco citato, latriam, ſeu religionem ordinare hominem in Deum, tanquam in finem, non tanquam in obiectum: quod vt Caietanus explicet, dicit, Deum non eſſe obiectum, *quod*, actus latriæ, ſed obiectum, *cui*; at verò Theologicas virtutes reſpicere Deum vt obiectum, *quod*, ſicque expeditam credit difficultatem; prædicti tamen actus religionis, oratio videlicet, votum, & ſimiles, ſine dubio verſantur circa Deum, vt obiectum, *quod*, & non ſolùm tanquam circa finem, ſeu obiectum, *cui*. Vnde adhuc argumentum ſolutione indiget. Quapropter dicendum eſt, actus prædictos poſſe ſumi vel materialiter, vel formaliter; materialiter ſumuntur, quando in eis ſolùm ſpectatur ſua propria, & quaſi materialis ratio; formaliter verò attenduntur, quando

D. Thom.

Non ſoluit ſatis Caiet.

in eis conſideratur id, nomine cui iis ſub affectu latriæ cadunt. Itaque oratio, & idem de ceteris ſuo modo (excipe adorationem) vel ſpectari poteſt, vt formaliter, & in ſe eſt quædam mẽtis poſtulatio terminata ad Deum, & vt ſic, quaſi materialiter accipitur; vel etiam poteſt ſpectari, vt in ſe quodammodò habet virtualem quandam ſubiectionẽ ipſius mẽtis poſtulãtis. Nam mẽs poſtulans eo ipſo quod poſtulat, ſe ſubijcit ei, à quo aliquid poſtulat, tanquam eo indigens, vt optimè docuit D. Thom. q. 83. ar. 3. Primo ergo modo poteſt oratio immediatè attingere Deum, & proindè circa Deum verſari, vt circa obiectũ, *quod*; at ſub poſteriori ratione clarũ eſt non verſari immediatè niſi circa ipſam mẽtis ſubiectionem, quam exhibet in ſignum reuerentiæ, & proteſtationis excellentiæ illius à quo poſtulat, ſicque Deum reſpicit, vt obiectum, cui talem ſubiectionem offert, & ſub hac acceptione eſt actus latriæ, & religionis.

D. Thom.

Oratio quatenus eſt actus latriæ.

Quod ſi quæras, cuiuſnã virtutis actus ſit oratio quatenus eſt poſtulatio quædã? Reſpondetur eſſe actũ charitatis, quæ mentem mouet & excitat, vt Deo ſe vniat, & illi appropinquet petitione aliqua Deum inducendo, atque diſponendo ad concedẽdam rem petitam, & ideò charitas dicitur etiam mouere ad talem ſubiectionem, mediante tamen religione. Ita Caietan. cum D. Thoma quæſt. 82. art. 2. ad primum.

Oratio ... actus charitatis.

Caiet. cum D. Thoma.

6. Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, virtutes morales conſtituere medium non ſemper reſpectu quantitatis rei, ſed reſpectu rectæ rationis, vt ſcilicet ſeruitus fiat debitis circumſtantijs, videlicet illi, cui debetur, debito tempore, & debito modo, quæ omnia ſunt expendenda, & regulanda per rationẽ, ſicq; Apoſtolus ad Romanos 12. *Rationabile*, dixit, *ſit obſequium veſtrum*, habito etiam reſpectu humanæ fragilitatis, & diuinæ acceptationis, qualiſcumque æqualitas reperitur in noſtro cultu, quem Deo exhibemus. Ita Durandus diſt. 9. q. 1. ad primum D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 5. ad tertium.

D. Paul.

Durand.

D. Thom.

7. Contra ſecundam partẽ aſſertionis, quæ aſſerit, la-

Impugnatur 2. pars aſſertionis. triam eſſe inter morales virtutes præſtantiſsimam, obijcitur primò: quoniam iuſtitia ſaltem legalis eſt nobiliſsima inter morales virtutes, ergo non latria. Antecedens probat D. Thom. 2. 2. q. 58. art. vltimo. Secundò, Miſericordia eſt nobiliſsima, vt enim docet D. Thom. eſt Deo propria: ergo non eſt latria nobiliſſima. Tertiò ex eodem Diuo Thoma q. 161. art. 5. poſt theologicas virtutes, & poſt iuſtitiam legalem, humilitas eſt præſtantior virtus cæteris; ergo latria neque primum, neque ſecundum locum obtinet inter morales virtutes. Vltimò perfectio virtutis eſt ex modo attingendi medium: ſed religio neceſſariò deficit à medio, ſiquidem non poteſt reddere Deo æquale: ergo videtur cęteris imperfectior.

D. Thom. *D. Thom.*

8. *Caiet.* Circa ſolutionem ad primum, Caiet. 2. 2. q. 81. art. 5. religionem conſtituit in ſupremo gradu virtutum moralium, adeò vt dicat illã attingere conditionem virtutum theologicarum: & ibidem art. 6. dicit, religionem præſtare iuſtitię particulari, non tamen legali, & q. 161. art. 5. ad finem quæſtionis concedit, cardinales virtutes præſtantiores eſſe religione; quod de humilitate ſimpliciter etiam concedit, & religionem ſolùm ibi anteponit obedientiæ, & miſericordię, & hunc gradum excellẽtiæ, quem D. Thomas conceſsit religioni, dicit eſſe excellentiæ non ſimpliciter, ſed tantùm ſecundũ quid, quia ſcilicet eſt excellentia conſiderata ſecundum ſpecialẽ conditionẽ virtutis, quæ eſt directè ordinare in diuinũ honorem. Quidquid tamen ſit de mente Caietani, de qua modò non curamus, perſiſtendũ eſt in propoſita aſſertione, & ad primum arg. in oppoſitum dicendum, D. Thomã citato loco comparaſſe tantùm iuſtitiam legalem cum alijs virtutibus moralibus, quæ verſantur circa perſonas creatas; quod apertè colligitur ex fundamento D. Thomæ, vt benè notauit Suarius lib. 3. de habitu religion. c. 9. colligit enim, legalem iuſtitiã præferri cæteris virtutibus, quia obiectũ eius eſt commune bonum, quod particulari præponitur: & retorquendo argumentum ad Caietanum, obiectum *cui*, religionis, & latrię eſt Deus,

Excellentia virtutis religionis. *D. Thom.* *Suar.*

obiectum

obiectum, *quod*, eſt cultus Deo debitus: obiectum verò, *cui*, iuſtitiæ legalis, vt vidimus in materia de iuſtitia Dei, eſt reſpublica, ſiue cõmunitas: obiectũ verò, *quod*, eſt ius debitum reipublicæ, ſiue cõmunitati: ergo quomodocumq; conſiderétur, longè perfectior inter omnes morales virtutes cenſenda eſt religio.

Religio præfertur cæteris moralibus virtutibus.

9. Neque inſtantia Caietani aliquid in oppoſitũ conuincit, dum dicit, religionem comparari ad iuſtitiam legalem, vt pars ad totum cõfertur; ſi enim hoc intelligat de iuſtitia legali, quæ diſtinguitur à iuſtitia generali, & à commutatiua, & diſtributiua, falſum apertè eſt quod aſſerit: ſi verò loquatur de iuſtitia generali, verum quidem eſt religionem eſſe partem poteſtatiuã ipſius, quatenus nimirum verſatur circa reddendum debitum alicui, & deficit ab eo rigore debiti, & ſolutionis, quam vera iuſtitia intendit: ſed indè non colligitur maior excellentia virtutis, ſed ex nobilitate obiecti, & ex affectu volũtatis: vnde ſicut docet D. Thom. in dicto articulo 6. in ſpecie virtutis poteſt eſſe perfectior, etſi in attingendo medium iuſtitiæ deficiat: & ex hoc etiam patet ſolutio ad vltimum; nam dum D. Thomas citata quęſtione dixit, miſericordiam eſſe præſtantiſsimam inter omnes virtutes, intelligit de ijs, quæ ad proximum pertinent; iam verò religio, cum ſit ad Deum, non numeratur in illis.

Maior excellẽtia virtutis ex nobilitate obiecti.

D. Thom.

Sed obijcitur locus Oſeę 12. vbi actum miſericordiæ præfert actui latriæ, *Miſericordiam volo, & non ſacrificiũ.* Multipliciter exponitur locus iſte: nam Hieronymus miſericordiã accipit ex parte Dei iuxta illud Pſalmi 50. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique holocauſtis non delectaberis*, quaſi diceret De⁹, inquit Hieronymus, *Non in ſacrificijs delector, & victimis, & multitudine holocauſtorum, victimæ meæ, & holocauſta ſalus credentiũ, & conuerſio peccatorũ eſt.* Cõmunis tamen ſentẽtia locum de miſericordia hominis intelligit, quaſi Deus per prophetam dicat, non volo ſacrificium ſine miſericordia, ſeu vt Anſelmus in Matth. *Nolo ſacrificium externum ſine interno.* Ita Pater Auguſtinus 10. de Ciuit. cap. 5

10. Oſeas. 2.

Pſal. 50.

Hieron.

Anſelm.

P. Aug.

Digitized by Google

& 20.contra Fauſtum c. 16. vbi externum ſacrificium ſine interno Deo oſtendit diſplicere. Vide Maldonatum in caput nonum Matth.

Maldonat.

11. D. Thom. Tandem collige ex Diuo Thoma 2.2.q.81.art.7.& à q.82. vſque ad 89. principaliores actus internos latriæ eſſe orationem, & deuotionem: & præter hos, qui ſunt proprij eius, circa actus etiã aliarum virtutum per ordinem ad Deum verſatur, vt in pręcedentibus ſæpè dictum eſt. Actus verò externi adorationis conſiderantur in triplici differẽtia, aut enim per illos noſtrũ corpus in obſequiũ, & cultum Dei offerimus, & in hac ſpecie ſunt genuflexiones, inclinationes capitum, & alij ſimiles; aut offerimus in Dei cultum, & obſequium rem aliquã externam, & in hac ſpecie ſunt ſacrificium, oblationes, primitię, decimæ, & votum alicuius boni Deo promiſsi: aut tandẽ offerimus aliquid aliud, quod ad Deum pertineat, ſicque latriæ actus externus cenſetur ſumptio alicuius ſacramenti, iuramentũ, & laus diuina, & ſiquid ſimile in Dei obſequium offertur. Et hæc de latria.

Actus externi latriæ in triplici differentia.

ARTICVLVS IX.

Duliam eſſe virtutem à latria diſtinctam, eſſe tamen vnam genere non ſpecie infima.

LOQVIMVR in præſenti de dulia prout ſpecies eſt adorationis diſtincta à latria; nã ſub latiſsima acceptione quælibet adoratio, etiam ea, quæ Deo exhibetur, dicitur dulia, & ita dulia comprehendit omnem honorẽ, & cultum debitũ hominibus propter quamcunque excellentiam, ex D. Thoma q. 103. art. 4. dicente, duliam ſub ſe cõprehendere obſeruantiã, & pietatem, & deniq; quãcunque virtutem, quæ homini exhibet reuerentiam. 1.

D. Thom.

His poſitis dicendum eſt primò, duliam communiter ſumptã prout exhibet cultũ creaturæ, eſſe virtutem à latria diſtinctã. Quod ſit virtus probatur primò, quoniam reddere cultum aut parentibus ratione pietatis, aut maioribus ratione obſeruãtiæ, ſemper omnes philoſophi reputarunt eſſe actum virtutis: deinde, quoniã reddere debitum honorem alicui iuxta menſuram ſuæ ex- 2.

Duliam eſſe virtutẽ.

cellen-

Digitized by Google

cellentiæ, & dignitatis, eſt actus bonus, & ſtudioſus: ergo eſt actus alicuius virtutis; nõ alterius, quam duliæ, vt patet; ergo dulia eſt virtus: quod verò ſit à latria diſtincta ſupra oſtendimus. Probatur Bonau. diſt. 9. art. 2. q. 4. Richard. ar. 3. quæſt. 1. Quoniam ſiue in latria, & dulia ſpectemus rationem ſeruitutis, ſiue cultũ, & honorem debitum ratione excellentię alicuius, ſemper hę formales rationes in obiectis vtriuſque reperiũtur diuerſæ: ergo tales ſunt ipſæ virtutes inter ſe. Antecedens oſtenditur, quoniam, ſicut omne eſſe creatum eſt depẽdens ab increato, & eſt quędam ipſius participatio; ita quælibet dignitas, ſeu excellentia creata participatio quædam eſt diuinæ excellẽtiæ, & in ſe ipſa eſſentialiter finita eſt, & limitata, pendensq; á diuina, & increata excellentia; & ſicut omne dominium creatum, & in eſſendo, & in gubernando pendens eſt, & participatio quædam ſupremi, & increati dominij; ita proculdubio ſeruitus, quæ tale dominiũ reſpicit, & cultus, & honor, qui exhibentur tali creatæ excellentię, non poſſunt habere vnam rationem formalem ſpecificam cum ſeruitute, & honore, qui Deo ob ſupremum dominium, increatámq; excellentiam exhibetur. Et confirmatur ex Philoſopho 9. Ethicorũ cap. 2. dicente, alia ratione honorari parentes, alia magiſtros, alia reges, alia duces, alia dominos: & idcirco ad duliam obſeruantia, & pietas; latria verò propriſsimè ad religionem ſpectat.

A latria diſtincta.

D. Bonau. Richard.

Ariſt.

3. Dicendũ eſt ſecundò, duliam eſſe vnam virtutẽ ſpecie ſubalterna, & nõ infima, habereq; ſúb ſe pietatem, & obſeruantiam: quod probatum eſt ex D. Thoma ſupra citato, vbi docet duliam eſſe genus quoddã adorationis, quod immediatè diuiditur in duas ſpecies ſubalternas, pietatem ſcilicet, & obſeruantiam. Ita q. 103. & 104. & Philoſophus 2. Ethicorũ c. 9. ſubalternas dixit, quoniam pietas reſpicit connaturalis principij excellentiã in eſſendo, & educãdo, quoad ea, quæ ſpectant ad humanæ vitæ perfectionem, quamdiu nobiſmetipſis nõ ſufficimus: vnde fit, vt talis honor, & cultus debeatur

Dulia vna virtus ſpecie ſubalterna.

D. Thom.

Ariſt.

parētibus, & patriæ, ſub parentibus cōtinentur illi, qui nobis ſunt cōiunċti ſanguine, præſertim in gradu ſuperiori; ſub patria illi, qui ſunt de patria benemeriti. Ex D. Thoma q.101. Obſeruantia autem tendit in excellentiã prout poteſt eſſe principiū externum alicuius gubernationis; nam omne mouens habet quandam excellentiã ſupra id, quod mouet; ſic dominus in ſeruum, dux in milites, magiſter in diſcipulos dominantur: de quo D. Thomas q.102. *D. Thom.*

4. Ex dictis colliges adhuc obſeruantiam diuidi in alias ſpecies, prout excellentiæ dignitatum, & ſtatuum, quę ſunt principium gubernandi, diuerſæ etiam ſunt ſpecie iuxta Philoſophum citato 9. Ethicorū cap. 2. *Ariſt.* Vtrùm verò excellentia virtutis, ſcientiæ, & aliæ ſimiles, ſpeciali obſeruantiæ ſpecie honorãdę ſint ab ea, qua honoratur excellentia dignitatis, & ſtatus, quæ actu eſt coniuncta cum poteſtate, principioq; gubernandi, qualis nimirū eſt in magiſtratu reipublicę, aut militiæ duce? Caietanus *Caiet.* citata q.103. art. 3. dub. 2. negat dari ſpecialem obſeruãtiam, qua huiuſmodi excellentiæ ſeparatæ à ſtatu, & gradu honorentur, creditq; ad eandem ſpecie excellentiam, ad quam pertinet honorare ducē, pertinere etiã honorem illum, qui alicui exhiberi debet, quando ob aliquam excellentiam, ſiue ſciētiæ, ſiue fortitudinis, dignus eſt ducatu, & ſic de cæteris; idque probat ex Diuo Thoma in dicta q.102. ar. 1. ad 2. docente, ad eandem virtutem ſpectare colere excellentiam virtutis, ad quã ſpectat colere excellentiam ſtatus. *Excellentiam ſtatus non diſtinguit ab excellētia virtutis.* *D. Thom.* Verum ſi D. Thom. attentiùs inſpiciatur, oppoſitū docuit, dum dixit excellentiam dignitatis, & ſtatus ſpeciali obſeruantię ſpecie coli, quia in illa ſpecialiter etiam cum ſtatus excellentia concurrit poteſtas gubernandi ſubditos; quæ tamen ratio in excellentia virtutis præciſæ à ſtatu non reperitur: concedit verò hanc coli eodem obſeruantiæ genere, nō ſpecie infima: ſicque iuſtitia legalis, cuius eſt ſuum cuiq; tribuere in bonum commune, diſtincto obſeruãtiæ cultu iubet vtroſque venerari, ſicq; politicus vſus obſeruat. *Oppoſitū ex D. Tho. colligitur.* Inter ſpecies autē obſeruan-

tiæ

tiæ illa eſt præcipua, quæ Sanctis debetur propter ſpecialem excellentiam ſtatus, & dignitatis, quam habent in patria.

5. Dulia in ſimplicem duliam, & in hyper duliam.

Dicendum eſt tertiò, adhuc duliam diuidi in ſimplicem duliam, & hyperduliã, tanquam in diuerſa ſpecies adhuc ſubalternas. Hyperdulia eſt honor alicui debitus propter inſignẽ aliquã excellentiam ab alijs diſtinctam, qualis in obſeruantia religionis erit excellẽtia cõiunctionis hypoſtaticę, quã humanitas Chriſti habet ad Verbum, & excellentia Dei genitricis, quam Virgo habet, de quibus infra: in politica verò excellentia talis erit ea, quæ Summo Pontifici in republica Eccleſiaſtica, in ciuili Imperatori, aut Regi exhibetur. Simplex verò dulia iuxta varias excellentias partitur, vt dictum eſt.

SECVNDA PARS DISPVTATIONIS

DE ADORATIONE DEO, ET CHRISTO DEBITA.

Hæc ſunt, quæ continentur in hac ſecunda parte diſputationis.

Tria tantum eſſe præcepta primæ tabulæ ſtatuitur. Articulus I.

Primum præceptum Decalogi miſtum eſt ex affirmatiuo, & negatiuo, explicatur. Articulus II.

Quando obliget præceptum de colendo Deo. Articulus III.

Ad quid obliget? Articulus IIII.

Omnes tres perſonas vnica, & eadem adoratione, & quoad eſſentiam, & quoad proprietates perſonales adorari. Articulus V.

Deo neque ob diuerſos titulos, aut beneficia, neque ob diuerſa attributa diuerſam tribui adorationem, ſed ſemper eſſe colendum eadem omnino inuariabili latria. Articulus VI.

Chriſtus in quantum Deus eadem adoratione latriæ adoratur; qua ipſe Deus. *Articulus VII.*

Idem dicendum de humanitate prout vnita perſonæ Verbi, & quo ſenſu intelligendum ſit? *Articulus VIII.*

Oppoſitum aſſerere ad minus erroneum eſſe, & hæreſi valde proximū. *Articulus IX.*

Humanitatem Chriſti, ſi à Verbo dimitteretur, adorandam fore hyperdulia. *Articulus X.*

Quo pacto humanitas per cogitationem à Verbo præciſa adorari poſſit? *Articulus XI.*

ARTICVLVS I.

Tria tantùm eſſe præcepta primæ tabulæ.

1. SINE controuerſia præmittendum eſt primò, Deum eſſe adorādum, tum quia id docet fides, tum quia id etiam ipſamet naturalis ratio oſtēdit. Fides quidem, quoniam Deuter. 6. dicitur, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Quæ verba Chriſtus Dominus Matth. 4. retulit diabolo adorationem ſibi præſtandam ſuadenti. Addi poſſunt verba primi prçcepti Decalogi relata etiā cap. 10. Deuteron. in quibus continetur præceptum colendi Deum. Ratio verò naturalis hçc eſt, quia cum honor debeatur alicui propter aliquam excellentiam, maximè verò dominationis, aut principij tum in eſſendo, tū in operando, & Deo per ſe, & eſſentialiter competat ratio ſupremi dominij, primique rerum omnium principij, & in eſſendo, & in gubernando: hinc eſt, vt ipſum naturæ lumen dictet Deum eſſe adorandum: & amplius non ſolùm colligitur ex hoc Deum eſſe adoratione dignū, ſed peculiari cultu nulli alteri communicabili, ſicut neq; diuina excellentia alteri cōmunicari poteſt; quod nonnulli colligunt, tum ex citato loco Deuter. tum ex Paulo ad Rom. 1. vbi de philoſophis antiquis dicit: *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcura-*

Deut. 6.

Matt. 4.

Deut. 10.

Ratio naturalis dictat Deum eſſe colendum.

Roman. 1.

tum

tum eſt inſipiens cor eorũ. Propter quod Paulus illos inexcuſabiles dixit. Accedunt, quæ iam ſuprà diximus de latria, & quæ ex Patribus
7. Synod. referuntur ſeptima Synodo, actione quarta.

2. Quæ præcepta primæ tabulæ.

Hæc quidem extra controuerſiam ferè ſunt. Dubiũ tamen graue eſt, qualenam ſit præceptũ adorandi Deũ, & quot, qualiave præcepta primæ tabulæ, quæ nos ad Deum diſponũt? Circa quod
D. Thom. ex Diuo Thoma 1.2.q.100. art.4. non omnes Patres cõueniunt in aſſignando ordine præceptorum primæ tabulæ: nam Ezichius in cap.
Ezichius 26. Leuitici á Decalogo reijcit præceptum de obſeruatione ſabbati, tanquam quid cęremoniale, & non morale, & deinde quatuor ſtatuit præcepta ad Deum pertinẽtia. Primum dicit contineri
Exod. 20. in illis verbis Exodi 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, quod affirmatiuum dicit, & Dei cultum præcipiens: ſecundũ in illis verbis ſequentibus, *Non habebis Deos alienos coram me*. Tertium in illis, *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, &c.* Quartum denique in illis. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanũ.* Quę omnia colligit ex citato capite 20. Exodi.

3. D. Thom. Improbatur Ezich.

Vt tamẽ ipſe D. Thomas fatetur, cæteris Patribus improbatur communiter Ezichius: nam præceptũ de obſeruatione ſabbati expreſſe continetur Deuter. 5. *Septimus dies ſabbati eſt, id eſt requies Domini Dei tui, non facies in eo quicquam operis tu, & filius tuus, & filia, ſeruus, & ancilla, & bos, & aſinus, & omne iumẽtum tuum, & peregrinus, qui eſt intra portas tuas, vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu.* Deut. 5. Et ex communi Eccleſiæ vſu inter præcepta Decalogi reputatur. Vnde alij admittentes ſabbati obſeruationem cõtra Ezichium inter Decalogi præcepta, cum ipſo aſſerunt, primum præceptum affirmatiuum ſecũdum formam eſſe poſitiuũ in illis verbis Exodi: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, & ipſum diſtingunt à ſecundo præcepto negatiuo: *Non habebis Deos alienos coram me.* Quod dum prohibet adorationẽ, & cultum alijs dijs exhibendum, præcipit vnum ſolum verum Deum adorari, & in hoc adhuc cum Ezichio cõueniunt; diſcedunt verò ab eodem, quoniam ſub illo ſe-

Digitized by Google

cūndo præcepto ſecundùm formam negatiuo comprehendunt omnes illas alias prohibitiones: *Non facies tibi ſculptibile, nec omnem ſimilitudinem, nec adorabis ea, &c.* Quas Ezichius in duo præcepta diſtinguit. Vnde in hac ſententia ſecūdum præceptum diuini cultus integratur ex quatuor negationibus: *Non habebis Deos alienos mecum,* & proinde non alium Deū coles interius: non efficies aliquem Deum in idolo, aut ſimilitudine aliqua; nec dijs in idolo, vel imagine aliquā adorationem corporis externam exhibebis: denique, nec illos aliqua adoratione coles. Tertium autem præceptum aſſignant: *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanū,* quod Ezichius quartum dicebat. Quartum deniq; ſtatuunt, *Sabbatum ſanctifica,* quod Ezichius non enumerabat inter præcepta Decalogi.

Secundum præceptum cultus diuini integratur ex quatuor negationibus.

4. Potiſsimum fundamentū, quo hæc ſententia quatuor præcepta ſtatuit circa Dei cultum, eſt, quia primū præceptum dicit eſſe affirmatiuum contentum in verbis citatis, diſtinctumq; à ſecūdo negatiuo. Probaturq; hęc ſententia Caietan. in cap. 20. Exodi, illaq; quondam Rabbinis probata eſt, & poteſt etiam pro ea citari D. Hieronymus in cap. 10. Oſeę ad illa verba: *Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, &c.* Probat verò Caiet. prædictam ſententiā primò: quoniam hæc duo ſunt diſtincta, Deum cole, & ſolum Deum cole. Nam Romani Chriſtum quidem voluerunt colere, at quia Chriſtus ſe ſolum coli volebat, ideò eum reiecerunt: Samaritani etiam verum Deū colebant, ſicut & Iudæi, at non ſolum illum, ſed alios etiam Deos, ergo opus erat præcepto aliquo diſtincto præcipiente ſolius Dei veri cultum, & interdicente cultum aliorum deorum. Secūdò, quoniam Deuter. 5. enumerantur decem præcepta Decalogi; tot autem eſſe nequeunt niſi in illis verbis Exodi, *Ego ſum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos coram me, &c.* contineantur duo pręcepta diſtincta inter ſe, vnum affirmatiuum, alterum negatiuū; neque enim præcepta multiplicari debent per illas negationes ab Ezichio aſſignatas: ergo quatuor debent ſtatui præcepta

Caiet. Rabbini.

Hieron. Oſeas.

Deut. 5.

circa

circa cultum Dei. Et confirmatur, quia præceptum de non concupiſcenda aliena vxore includitur in vltimo de non concupiſcendis alienis rebus: ergo illa duo prima neceſſario debent diſtingui, vt conficiatur denarius numerus. Præterea ex citatis locis Deuter. & Exodi apertè conſtat, Deum cum populo Iſrael inijſſe fœdus, vt ſcilicet ipſe illis eſſet in Deũ, Iſrael verò ſibi in populum, & idcirco tabulas pręceptorum Moyſes tabulas pacti vocat Deuter. 9. ſed in cæteris nouem pręceptis non inuenitur hoc pactum initum inter Deum, & populum, niſi in illis citatis verbis, *Ego ſum Dominus Deus tuus*: ergo in illis continetur affirmatiuum præceptum à negatiuo diſtinctum: quod etiam Chriſtus Dominus Matt. 4. indicauit dicẽs, hoc eſſe primum pręceptum Legis, *Dominum Deum tuum adorabis.*

Deut. 9.

Matt. 4.

5. Origen.

Origenes homilia octaua ſuper Exodum ſtatim in pricipio relatus à gloſſa ordinaria ad 20. caput Exodi duo contra Rabbinos docet. Primum, illa verba, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, & illa alia, *Non habebis Deos alienos coram me*; vnũ tantum præceptum continere; imò magis propriè primum præceptum conſtituit in poſterioribus verbis; dicit enim primum mandatum conſiſtere in ijs verbis: *Non habebis Deos alienos coram me.* Secundum verò præceptum conſtituit in alijs verbis, *Non facies tibi ſculptile*. Tertium: *Non aſſumes nomen Dei in vanum*. Quartum: *Sabbatum ſanctifica*. Itaque illa diſiungit, quæ Rabbini cõiungunt, & quæ illi diſiungunt, coniungit: cum Ezichio autem partim conuenit, & partim differt, vt patet, cum ipſo autẽ Origene videtur ſentire Oleaſter in expoſitione 20. capitis Exodi.

Primum præceptũ.

Secundũ.

Tertium.

Quartum.

Oleaſter.

6. Tria tamen eſſe tantùm pręcepta primę tabulæ, quę circa Deum verſantur, eſt ſententia Parentis Auguſtini cõmuniter recepta, quã docuit quęſt. 7. in Exodum, communique vſu, & Eccleſiæ catheceſi comprobatur, eamque veriorem dicit D. Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. 4. in corpore ad finem. Fundamentum vnicum, ac firmum eſt illud, quod Pater Auguſtinus contra Ezichiũ, & Rabbinos citat. loco

Auguſt.

D. Thom.

Ezichius, & Rabbin.

Digitized by Google

docuit, videlicet illa verba, *Non habebis Deos alienos, Non facies tibi ſculptile; nec omnem ſimilitudinem*, vnicum tantũ continere præceptũ, illudq; ad primum Decalogi pertinere; cũ enim vnus ſit Deus, dictante etiam naturali ratione, ad vnũ & idem præceptum ſpectabit habere vnum Deum, ad quod etiam ſpectat nõ habere aliũ Deũ, præter Deum verum, totũ hoc enim continetur in adorando vnico Deo. Idola verò, & ſimilitudines ideò ꝓhibentur fieri, quia prohibentur alieni dij; illa verò verba, *Non facies tibi ſculptile*, ſunt explicatio præcedentium, *Non habebis Deos alenos*, quaſi dicat neque in idolis, neq; in ſimilitudinibus, neque extra illas alium Deum habebis præter me. Quam ſententiam, & fundamenta ſequitur Magiſter in 3. diſt. 37. poſt principiũ. D. Tho. loco ſupra citato, & 2. 2. q. 122. art. 2. Sot. 2. de Iuſt. & iure q. 3. ar. 1. concluſion. 3. & ſcholaſtici communiter Iſidor. relatus à gloſſa ordinaria in 20. Exodi. Abulenſ. q. 3. Cathecismus Romanus p. 3. cap. 2. §. 2. cum ſequentibus, Caniſius in ſuo Cathechiſmo cap. 7 §. 7. Neque maiori explicatione indigẽt fundamenta oppoſita.

PrimũDecalogi præceptum.

Magiſt. D. Thom. Sotus. Iſidor. Abulenſ. Catnecifm. Caniſius.

ARTICVLVS II.

Primum præceptum Decalogi mixtum ex affirmatiuo, & negatiuo explicatur.

1. Maior difficultas eſt, ſitne hoc præceptũ vnũ abſolutè & ſimpliciter negatiuũ, an potius ſit vnum integratũ ex affirmatiuo, & negatiuo, videlicet complectens hæc duo, Deũ coles, & non coles aliũ Deum pręter Deum verum? In qua quæſtione non conuenit Scot. cum D. Thoma, nam D. Thomas exiſtimat, inter præcepta primæ tabulæ ſolũ tertiũ præceptũ eſſe affirmatiuum poſitũ in illis verbis, *Sabbatũ ſanctifica*, primumq; præceptum eſſe negatiuũ prohibẽs idololatriã falſorũ Deorũ Ita docet 2. 2. q. 22. art. 2. in corpore, & ad 1. Et idẽ inſinuat in 3. d. 37. q. 1. art. 2. quæſtiuncula 3. Et non deſunt, qui pro eadem ſententia citent Scotum eadem diſt. quæſt. vnica, verſiculo *Ad quæſtionem*.

Scotus. D. Thom.

2. Cæterum oppoſitum docet

Scot. D. Bonau. Sotus. Abulen. Catheciſ. Caniſi. P. Aug. præceptũ Decalogi mixtum. Exod. 20.

cet Scot.diſt.9.art.2.docens, primũ pręceptũ Decalogi eſſe mixtum, & quodãmodo integratum ex poſitiuo, & negatiuo, quæ eſt communis, & vera ſententia; illam tenet Bonauent. cum cæteris ſcholaſticis cit. diſtin.37. Sot. de Iuſtitia, & iure q. 3. art. 4. ad finem. Eandem ſequitur Abulenſ. in cap. 27. Exod.q.3. Eam tradunt Catheciſmi in expoſitione primi præcepti, Caniſ. c 3. §.5. 6.& 7. Trident.p.3.c.2.§.2. Et hæc eſt ſententia Patris Auguſtini citata quæſtione 71. parum poſt initiũ. Probaturq; apertè ex illis verbis Deuter.cap.6. *Dominum Deũ tuum timebis, & illi ſoli ſeruies.* Quæ verba retulit Chriſtus Dominus apud Matth. diabolo adorationem ſuadenti. & cõtinent præceptum excluſiuum, quod iuxta Logicorum regulas in expoſitionem duas præiacentes requirit, vnam affirmatiuam, negatiuam alteram; idemq; etiam inſinuatur citato capite 20. Exodi, vbi non ſolùm dicitur, *Non habebis Deos alienos*, ſed additur, *mecum*, hoc eſt, me habebis & coles Deum, & non habebis, nec coles alium Deum.

Duo hîc pro complemẽto huius doctrinæ ſeſe offerunt expendenda. 3. Primum, an hoc præceptum de colẽdo Deo quatenus affirmatiuum eſt, contineatur in primo præcepto Decalogi? Secundum, & graue dubium eſt de tẽpore, quo tale præceptum obligat: & poſtremo loco tunc dicendum ſupereſt, per quid adimpleri debeat. Primum in hoc articulo, alterum in ſequẽtibus.

Abulenſ. in cap. 20. Exodi exiſtimat, 4. Abulen. præceptum affirmatiuum de colendo vero Deo non cõtineri in pręceptis Decalogi, ſed ad illa præſupponi, ſicut etiam in præceptis Decalogi non cõtinentur præcepta de theologicis virtutibus fide, ſpe, & charitate, ſed ad illa præſupponuntur, vt docet D. Thomas communiter receptus, de quo Sotus 2. de Iuſtitia, & iure q.3. art.3. ad primũ, & art.4. ad primum, Nauar. in Manuali cap. 11. numero 5. Probat verò ſuam ſententiam Abulenſis primò, quoniam de diuino cultu non datur vnum præceptum, ſed plura, nimirum tria præcepta primæ tabulæ, quæ omnia verſantur circa di-

D. Thom. Sotus. Nauarr.

Digitized by Google

Cõmuniſſima principia, & nota in præceptis Decalogi non numerantur.

uinum cultum. Secundò, quia in præceptis Decalogi non numerantur illa, quæ ſunt communiſſima principia, & nota abſque aliqua promulgatione, ſed illa quę ipſa natura duce ex communiſſimis principijs velut cõcluſiones deducũtur, vt docet D. Thomas 1.2. q. 100. artic. 3. ad primum: at verò Deum eſſe colendum eſt cõmuniſsimum principiũ omnibus notum, ex quo, ipſa natura duce, tria præcepta primæ tabulæ deducuntur: vnde exiſtimat illud pręceptum de colendo Deo, vt eſt affirmatiuum, non contineri in Decalogo, ſed ſolùm dũ ſtatuit modum, quo Deus debet coli, nimirum, nõ colendo alium Deum.

D. Thom.

5. Alij exiſtimant, primum Decalogi præceptum, prout eſt præceptum legis naturæ, præcipere, vt vnum tantùm Deum habeamus, & profiteamur, quem diuinis cultibus colamus, & hoc præceptũ dicunt primò terminari ad cognitionem, atque confeſsionem vnius ſolius Dei, ad cultum veró terminari ſecundario, & ex cõſequenti, non quidem in virtute primi præcepti Decalogi, ſed in virtute communiſſimi præcepti, ſicut de præcepto fidei, ſpei, & charitatis dictum eſt. Vnde ſicut iſta conſecutio valet, vnum tantùm habemus Deum; ergo vnus tantum Deus eſt diligendus, idque ratione pręcepti præſuppoſiti, quia ſcilicet Deus eſt diligendus, ita inquiunt, valet hæc, vnum Deũ debemus colere in virtute generaliſsimi principij, Deus eſt colendus. Itaque primum Decalogi præceptum in hac ſentẽtia eſt hoc, Vnum tantùm habe, atque recognoſcito Deum: continetq; hoc præceptum affirmatiuum vnum, recognoſce Deum, & negatiuum aliud, non recognoſcas alios Deos.

Deus eſt colendus cõmuniſsimum principium.

6. Dicit autem hæc ſententia primum pręceptum Decalogi, quatenus eſt præceptum legis naturæ, terminari primario ad recognitioné veri Dei: quoniam quatenus eſt præceptum legis veteris Iudæis à Deo promulgatum, ſub forma negatiua traditum eſt in illis verbis, *Non habebis Deos alienos coram me*: quæ verba hunc ſenſum efficiunt, me Deum habebis, & Deos alienos non recognoſces; quæ cõcluſio,

inquiunt,

Digitized by Google

inquiunt, ex primo, atque formali præcepto Decalogi lumine naturali noto infertur, ac ſi dicat, Vnus tantùm Deus eſt habendus, & recognoſcendus, & ego ſum Dominus Deus tuus, Exodi 20. Ergo me Deum habebis, & non recognoſces alios Deos.

Exod. 20.

7. Non eſt tamen recedendum ab ea ſententia, quæ aſſerit, in illo primo præcepto Decalogi præcipi cultũ veri Dei, ita vt ſit ſenſus, me Deũ verum cole; & nullum aliũ Deum cole, quæ eſt ſententia Scoti diſt. 9. ar. 2. nec eam improbat D. Thomas citata q. 100. ar. 4. Difficultas tamẽ eſt in aſſignando vbi ponatur illud affirmatiuum in hoc præcepto, nimirum, *Me Deum cole*, ita vt non ſolùm colligatur ex generaliſsimo principio, Deus eſt colẽdus, quod pręſupponitur ad pręcepta Decalogi, ſicut volunt duo ſupradicti dicendi modi, ſed ſit in ipſo primo præcepto Decalogi contentum.

Scotus. D. Thom.

8. Rabbini ergo quos ſupra retulimus, Ezichius, Hieronym. Caiet. Iſidor. relatus à gloſſa citato cap. 20. Exodi, Origen. & Oleaſter, quibus fauet Diuus Thomas citata quæſt. 100. art. 4. dicunt, illud affirmatiuum, quod in eo pręcepto reperitur, colligi ex citatis verbis Exodi, *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Alijs placet prædicta verba non continere præceptum aliquod de cultu vero Deo exhibendo, ſed tantùm admonitionem quãdam factã populo ad recipienda, ſeruandaq; mandata, nec vim, nec formam habere pręceptiuam; refertur pro hac ſententia Carthuſian. in citatum locum Exodi, Abulenſ. & gloſſ. ordin. & Caniſi. in ſua catecheſi cap. 3. §. 5.

Rabbini. Ezechius. D. Hier. Caiet. Iſidor. Origen. Oleaſt. D. Thom.

Diony. Carthuſian. Abulen. Gloſ. ord. Caniſi.

9. Verum, quidquid ſit de illis verbis Exodi, apertè traditur huiuſmodi præceptũ affirmatiuum ad illa verba Deuteron. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies.* Quo loco vertit Pagninus ex Hebræo, *Et ipſum coles.* Et Paraphraſtes Chaldæus, *Et in conſpectu eius ſeruies.* Quę Chriſtus Dominus retulit Matth. 4. vbi expreſſe traditur præceptum Decalogi affirmatiuum de cultu Deo exhibendo. Quod ſi velis probare ob inſignem authoritatem eorũ, qui dicunt idẽ præceptũ cõtineri

Deuter. 6.

Pagninus. Paraphra.

Matt. 4.

Exod. 20. in verbis citatis Exodi. 20. dic ex ſequentibus affirmatiuum ſenſum & præceptiuum elici in antecedentibus: dum enim dicitur, *Non habebis Deos alienos coram me*, ſenſus eſt æquiualẽs, Ego ſolus ſum verus Deus, cæteri alieni, ergo coram me veroDeo, quem coles vt verum, non habebis Deos alienos: nam negatio ſequens ſupponit affirmationem in præcedentibus, & illam ſatis oſtendit illa particula, *coram me*, quaſi dicat, coram Deo vero, qui non eſt alienus, & quem vt verum debes colere, & adorare.

9. Quod etiam primũ præceptum Decalogi non terminetur ad recognitionem Dei oſtenditur, quoniã ſicut Deum eſſe eſt per ſe notum, & nullo modo eſt concluſio in ſpeculabilibus; ita in agibilibus aliquem Deum eſſe recognoſcendum, eſt communiſsimum principium, & non concluſio.

10. Obiectio. Sed dicent fortè, primum præceptũ Decalogi non terminari ad hanc propoſitionem, *Deus eſt recognoſcendus*, ſed ad hanc, *Vnus tantum Deus eſt recognoſcendus*: quæ eſt cõcluſio lumine naturali deducta ex hoc principio generaliſsimo, *Deus verus eſt recognoſcendus*, *& Deus verus eſt vnus tantum*; *ergo vnus tantum Deus eſt recognoſcendus*. Adhuc dicendum eſt prædictũ præceptum terminari quidem ad cultum Dei ſub hac forma, *Vnus tantùm Deus eſt colẽdus*; quæ propoſitio cum ſit excluſiua, per duas explicari debet, quarum vna ſit affirmatiua; *Vnus Deus eſt colendus*, & altera negatiua, *Nõ eſt colendus alius Deus*. Nec mirum videri debet, ſi tradatur primum præceptum affirmatiuum in Decalogo circa cultum Dei, neque ſupponat illud ſolum in virtute cõmuniſsimi principij, *Deus eſt colendus*, ſicut alia præcepta Decalogi ſupponunt cõmuniſsima præcepta fidei, ſpei, & charitatis: nam hoc præceptum affirmatiuum, quod traditur in Decalogo, non traditur ſicut continetur in illo principio communiſsimo, *Deus eſt colendus*, ſed contractum, & limitatum ad formam negatiuam: vnde ſupra diximus cum communi ſentẽtia, hoc præceptũ non eſſe ſimplex, ſed conflatum ex affirmatiuo, & negatiuo: quod tamẽ Dilutio.

Digitized by Google

non cernitur in alijs cõmuniſſimis principijs, quę pręſupponuntur ad præcepta Decalogi: & quamuis daretur illud communiſsimum principium, *Deus eſt colendus*, oportuit iterum in Decalogo tradi ſub præcepto adiũcta forma negatiua, quoniã præcepta Decalogi ordinãt iam, ac dirigunt ad exercitiũ rerum præceptarum. Et ex dictis apertè conſtat, quid dicendum ſit ad duos præcedentes dicendi modos.

Præcepta Decalogi ordinãt ad exercitiũ.

ARTICVLVS III.

Quando obliget præceptum de colendo Deo.

1. CIRCA hanc præſentem dubitationẽ ſciendum eſt primò, ipſo naturę lumine dictante debere cultui diuino deputari certũ aliquod tempus, ſubtrahendo, & ſeparando illud ab omnibus alijs curis, & negotijs, ipſumq; ſanctificando: nam illud deputare, & conſecrare diuino cultui eſt ipſum ſanctificare, ex D. Thoma 2.2. q.122. art.2. ad tertium. Vnde nulli dubium eſſe debet, fuiſſe aliquod tẽpus etiam in lege naturæ diuino cultui dicatum, & ſanctificatum; hoc enim adimplere, quod ipſa ratio naturalis dictabat, pertinebat ad bonum reipublicæ regimẽ: imò verò & apud idolatras, & infideles certi etiam dies ſuorum Deorum cultui dicabantur: quinam autẽ dies eſſent in lege naturæ non conſtat; in lege autem veteri ſeptima dies in ſingulis hebdomadis, id eſt ſabbatũ, ſanctificata, & conſecrata Deo legitur Exod. 20. 4. Reg. 4. & ſæpè alibi, ſicque ſabbatum idem eſt atque requies, ſiue ceſſatio: in lege autem Euãgelica certum eſt fuiſſe diẽ Dominicã ſemper Deo conſecratam. Patet ex Innocent. relato in cap. *Sabbati*, ordin. 73. de conſecrat. d. 3. nomine autem diei Dominicæ intellige dies alios feſtos ab Eccleſia inſtitutos, vt Doctores cõmuniter tradunt, quẽadmodum etiã in lege ſcripta ſabbatũ extendes ad omnes alios dies feſtos à lege inſtitutos.

D. Thom.

Etiam in lege naturæ fuit tempus dicatũ diuino cultui.

Exod. 20. 4. Reg. 4.

Innocent.

Secundò ſciendum eſt, ſub triplici præcipuè ratione poſſe quemlibet ſupremo Principi obligari ad exhibendum illi cultum, proindeq; triplici modo illum 2.

Ratione fidelitatis 1. præceptũ. poſſe colere; primò ratione fidelitatis, vt ſcilicet illum ſolum tanquam ſupremum Dominum recognoſcat, & colat, ſicq; de hoc datur primum præceptum Decalogi ſupra explicatum: ſecundò Ratione reuerentię.2 ratione reuerẽtiæ debitæ ſupremo Domino, ac Principi, & circa hoc verſatur ſecũdum præceptum primæ tabulæ, quatenus præcipit, vt reuerẽter aſſumatur, & tractetur nomen Dei, ne ſcilicet in vanum aſſumatur: Ratione famulatus, & ſeruitij tertium. tertiò denique ratione famulatus, & ſeruitij, quod ſupremo Principi debet exhiberi. Et de hoc tertium præceptum, quo tenemur Deo ſeruire, & famulari propter præſtita nobis maxima beneficia. D. Thom. Vide de his D. Tho. citata q. 100. art. 5. & 6. ab omnibus communiter receptum.

3. Scotus. His poſitis ad primã difficultatem reſpondet Scotus loco ſupra citato, tẽpus, quo Deum debemus colere, determinari per tertium præceptum Decalogi, quo obligamur ad ſanctificandũ aliquod tempus, quod quidem tempus determinat non ex hypotheſi aliqua, ſicut alia præcepta obligãt, oblata ſcilicet circumſtantia, aut imminentis periculi, ratione cuius ad Deum per orationẽ recurrere tenemur, vel inſignis alicuius beneficij recepti ratione cuius Deo gratias agere tenemur; ſed quatenus ſimpliciter prolatum obligat nos ad exhibendum Deo famulatum, & ſeruitium, ſãctificando aliquod tempus in eius honorẽ, illud ab omnibus alijs rebus ſubtrahendo. Cum autẽ ratio ipſa naturalis non determinaret tẽpus certum, ac definitum, quod diuino cultui, & famulatui ſanctificaretur, determinatio talis temporis ſapienti legiſlatori relicta eſt, ad quem, vt docet Ariſtoteles Ariſt. in procemio Metaphyſ. pertinet de cauſis altiſsimis agibilia in particulari determinare; quod etiam eſt iuxta vulgatum Iuris proloquium quando Ius præcipit aliquid Proloquiũ iuris vulgatum. fieri, nec declarat, quo, vel quãto tempore fieri debeat, eius determinatio arbitrio Iudicis ordinarij cõmittitur. L. 1. ff. de iure deliberandi, C. de cauſis de officio delegati: vnde legiſlator poſitiuus ſubrogatur in iudicem ordinarium reſpectu corũ, quæ per legẽ naturalem nõ

Digitized by Google

ſunt declarata: vnde ad illũ ſolum ſpectat hæc authoritas poſitiuum legiſlatorem, ad quem ſpectat poſitiuas leges ſtatuere ex iure naturali deriuatas: vnde facta iã tali determinatione temporis, & cultus, cæteri omnes illo, & non alio modo tenẽtur Deum colere, non ſolùm ex lege poſitiua, ſed ex ipſa naturali, quod patet; & videri poteſt apud Abulenſ. q.2. in cap.2. Exod. *Abulen.*

4. Vnde colliges, huiuſmodi præceptum eſſe iam veluti mixtum, cum conſtet ex naturali, & poſitiuo morali, vt loquitur Ariſtotel. 1. Ethic. *Ariſt.* Vnde quatenus naturale eſt, eſt immobile, & indiſpenſabile per legiſlatorẽ Deo inferiorem; vt autem poſitiuũ eſt, & morale, etiam per humanam legem diſpenſabile eſt, & mutabile, vt patet apertè in ipſa mutatione, quę facta eſt de ſabbato, quod in lege veteri ſanctificabatur, ad diem Dominicam, quæ nũc in lege Euangelica ſanctificatur. Vnde vlterius colliges, quod quanuis Abulenſ. hoc præceptũ duplex præceptum dicat loco ſupra citato: non eſt tamen duplex, ſed vnum naturale determinatum per legem poſitiuã, vt cõmuniter Theologi cũ D. Thom. 1.2. q.100. art.7. ad 5. Vnde qui illud violat naturale ius violat, neque duplex, ſed vnum tantùm peccatum committit, quia præceptum vnicum eſt.

Abulen. Vnum præceptum naturale determinatũ per poſitiuum.

D. Thom. Vnum peccatum tantùm committit.

5. Dubium. Merito tamẽ quæres, qua de cauſa in lege veteri ſabbatum, id eſt dies ſeptima, fuiſſet ſanctificata potiùs quàm alia. Reſpõdetur imprimis, quod ſeptima dies in ſenſu literæ ſignificat requiem, & ceſſationem Dei ab operibus creationis, vt habetur ipſo c. 20. Exod. in ſenſu allegorico requiẽ Chriſti in ſepulchro: in ſenſu anagogico requiem quæ nos in patria expectat, vbi permanentem habemus ciuitatem, quam modò non poſſidemus, ſed futuram inquirimus: in tropologia autem ſignificat ſeptima dies ceſſationem á peccatis. Vide D. Thomã 2.2. q.122. artic. 4. in corpore, & ad 1. Sot. 2. de Iuſtitia, & iur. q.4. art.4. verſiculo circa tertiam concluſionem; Toſtatũ citato cap. Exodi q.15. Catheciſmum Tident. 3.p. cap.4. §.10. cum ſequentibus.

Reſponſio. *Ceſſatio ab opere quid ſignificet.* *Exod. 20.* *D. Thom.* *Sotus.* *Abulen.*

6. Illud vltimò quæres, qua authoritate in lege Euange-

Dies Dominica in lege Euãgelica loco ſabbati.

lica ſubrogata ſit dies Dominica, vt ſãctificetur loco ſabbati, quod ſanctum erat in lege veteri? Nonnulli hæreticorum, quos refert Senẽſ. lib. 10. Bibliot. ſanctæ hæreſi 10. de Apocal. Beati Ioan. Apoſtoli, aſſerunt diem Dominicam multo poſt Apoſtolorũ tempora fuiſſe ſanctificatam, & diuino cultui deputatam: ex oppoſito Panormit. in caput Licet de ferijs notab. 1. aſſerit, diuino iure ſabbati celebrationem translatam fuiſſe in diẽ Dominicam: illum ſequitur Syluest. verb. *Dominica*, q. 1. n. 3. Fundamentum eſt, quia Papa in dicto cap. Licet, dixit diem ſeptimã humanæ quieti ſacram paginam tam veteris, quàm noui Teſtamẽti deputaſſe.

Senenſ. *Panorm.* *Syluest.*

6\. Cæterum D. Thom. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad 4. D. Antonin. 2. p. tit. 9. cap. 7. Maior in 3. d. 27. q. 23. Sot. 2. de Iuſtitia & iure q. 4. art. 4. ad finem, Abulenſ. in cap. 20. Exodi, Franciſcus Turrianus lib. 5. pro epiſtolis Pontif. cap. 17. Turrecrem. in cap. 1. de cõſecrat. d. 3. Archidiachon. in cap. Ieiunia, de cõſecrat. d. 3. Cathecifmus Trident. 3. p. cap. 2. §. 4. 14. & 15. Syluest. verb. *Dominica*, in principio, Nauarr. in Manuali cap. 13. nu. 1. latè Vuald. à pag. 140. docent ab ipſis Apoſtolis authoritate Eccleſiaſtica fuiſſe translatam celebrationem ſabbati in diem Dominicam, quam ſententiam receptam eſſe ab vniuerſa Eccleſia docet Frater Anton. Senẽſ. loco ſupra citato ad 3. argumẽtum hęreticorũ. Probaturq; primò ex P. Auguſt. ſer. 251. de Tempore, vbi expreſſe docet Apoſtolos, & Eccleſiæ Doctores, viroſq; Apoſtolicos Dominicam diem feſtam ſanxiſſe, & D. Ambroſ in Pſal. 47. poſt principium dicit, diem Dominicã, in qua Dominus reſurrexit, cæpiſſe ſanctificari poſtquã finis legis Chriſtus aduenit, eamq; ſua reſurrectione ſãctificauit; imò Euſeb. Alexand. in hom. de die Dominica dicit, primam diem ſabbati poſtquam Chriſtus Dominus in ea reſurrexit appellatam eſſe Dominicam, à quo non abeſt Damaſc. in libr. Sent. cap. 9. & Remig. in cap. 16 1 ad Corint. Hieron. lib. de Offic. cap. 24. & Bed. libr. de quatuor temporib. cap. 8. & apud Clementem Rom. lib. 7. Cõſtit. Apoſtolicarum

D. Thom. D. Anton. Maior. Sot. Abulenſ. Turrian. Turrecr. Cathech. Trident.

Syluest. Naua. Vualdenſ. P. Aug. D. Ambr. Euſeb. Alexan. Damaſ. Remig. D. Hier. Beda. Clem. Roman.

Digitized by Google

licarum refertur traditio Apoſtolica de die Dominica. Probaturq́; inſuper, ex Cõcil. Pariſienſ. Prouinciali to. 3. lib. 1. cap. 50. & ex capite vlt. 1. ad Corinth. vbi Paulus dicit, vt collectę fiant in vna ſabbati; per vnam autem ſabbati communis Patrum cõſenſus docet intelligendã eſſe diem Dominicã. Ita Hieron. epiſt. 53. aduerſus Vigilantium cap. 5. D. Ambroſ. in citatum cap. vlt. vbi etiam Remig. D. Thom. Lyran. Gloſſ. ordin. Chryſoſt. hom. 43. in 2. ad Corinth. & cæteri communiter.

Con. Pariſienſe. Prouinc. D. Paul. D. Hieron. D. Ambr. Remig. D. Thom. Lyran. Gloſſa ord. Chryſoſt.

8. Rationes autem, propter quas dies prima poſt ſabbatum ſanctificata eſt Chriſtianis, vide apud authores citatos de laudibus diei Dominicæ: illa non eſt contemnéda, quod lex gratiæ legi veteri immediatè, & poſt illã adueniens ſequentem etiam & immediatũ diem ſibi ſanctificatum in Dei cultũ voluit.

9. Nec Panorm. citato textu in d. cap. *Licet*, de ferijs, oppoſitum probat, vt enim docet Nauar. in eo ſolum dicit Pontifex ſacram paginam, tam veteris, quàm noui Teſtaméti ſeptimam diem humanæ deputaſſe quieti. Ex quo nõ bene colligitur prę-çepiſſe illum diem obſeruari, neque enim tale præceptum vſquam in nouo Teſtaméto reperitur; ſed quia per myſteriũ in vtroque Teſtamento Deus declarauit ſeptimam diem in vnaquaque hebdomada eſſe deputandã, vt Deo ſanctificaretur, in veteri quidé ceſſando ab opere creationis, in nouo reſurgendo à mortuis. Vnde textus addit ſtatim, Eccleſiam tam ſeptimum diem, quàm alios, de quibus, agit decreuiſſe obſeruari ad modum ſupra explicatum.

Panormit. Nauarr.

ARTICVLVS IIII.

Ad quidnam obliget præceptum de colendo Deo.

CVM præceptũ hoc, vt diximus, partim ſit naturale, partim poſitiuum humanum, naturale quoad ſubſtantiam, poſitiuum quoad determinationé temporis, & quoad cætera, quæ ius poſitiuum determinauit circa obſeruationem ipſius, vtroque modo loqui poſſumus de eo; ſi ergo loquamur de tertio 1.

præcep-

præcepto Decalogi, vt legale eſt, & per illud dies Dominica iubetur ſanctificari, clarum eſt, quod nunc in lege Euangelica per Eccleſiam obligat ad actum externum audiendi, aut celebrandi miſſam; vnde per ſolam ceſſationē ab opere ſeruili non adimpletur: nomine autem diei Dominicę cōprehenduntur dies alij feſti ab Eccleſia inſtituti: in ijs enim omnibus obligat tertium Decalogi præceptum cum hoc diſcrimine, quod dies Dominica per traditionem Apoſtolorum ſanctificata eſt, vt ſupra diximus: alij verò dies ſunt feſtiui ex Eccleſiæ poſteá ſtatuto introducti; nam ad Eccleſiā pertinet tempus ad colendum Deū determinare, quo iam per Eccleſiam ſtatuto, & determinato, ex ipſo naturę iure obligamur ad obſeruationem eius. Tota ergo quæſtio eſt, vtrum hoc præceptum, quatenus pręciſè naturale eſt, obliget ad exhibendum Deo aliquem cultum, & famulatum poſitiuum, an potiùs impleri poſſit per ſolam ceſſationem ab omni opere ſeruili obſeruatam in diebus diuino cultui deputatis? Et quoniam Deus coli poteſt tum per actum internum, tum per externum, de vtroque dicemus.

Diſcrimen diei Dominicę ab alijs diebus feſtis.

2\. Eſt ergo in quæſtione ſic explicata prima ſentētia eorum, quos citat Abulenſ. in cap. 20. Exod. q. 13. qui exiſtimant, poſſe impleri dictū tertium præceptum quatenus eſt legis naturæ per ſolā ceſſationem ab omni opere ſeruili abſque aliquo actu neque interno, neque externo. Fundamentum eſt, quoniam præceptum hoc affirmatiuū ponitur in illis verbis, *Memento, vt ſabbatum ſanctifices*: forma autem ſanctificandi ſabbatum explicatur per verba immediatè ſequētia, *Non facies omne opus in eo*, in quo nullus actus poſitiuus præcipitur: quod verò hæc verba contineant formam ſanctificandi ſabbatū, probat Sot. 2. de Iuſtitia, & iure q. 4. art. 4. in ratione cōtra nonam concluſionem.

Abulen.

Sotus.

3\. Ex oppoſito Scot. in 3. d. 9. q. 1. art. 2. exiſtimat, præceptum de ſanctificādo ſabbato, quatenus abſolutè eſt de iure naturæ, nō adimpleri per ſolam ceſſationem ab omni opere ſeruili, ſed neceſſariū eſſe aliquem actū,

Scot.

quo

Digitized by Google

Nos obligari ad actũ amoris Dei

quo Deus poſitiuè colatur, & honoretur. Et d.27. q. 1. §. *Quantum ad ſecundum dico*, docet obligari nos per huiuſmodi præceptũ ad habẽdum aliquẽ actũ circa finẽ gratuitè diligendum, qui ſit actus præcepti dilectionis Dei. Quod Scotus colligit, & probat ex illis verbis Exod. 16. *Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum*: egerat autẽ antea de ſanctificatione ſabbati, vnde nõ aliam ob cauſam videbatur præcipi, vt maneret apud ſemetipſum, niſi vt ſeſe colligeret, & mẽtem ad Deum per dilectionem ipſius erigeret. Et confirmatur, quoniam de ſubſtantia illius præcepti, vt diximus, non ſolum eſt ceſſatio ab omni opere ſeruili, ſed etiam cultus aliquis, ſiue famulatus exhibendus, cui dies ſanctificata deputatur: nullus autem actus erit ad hoc magis proportionatus, quam actus dilectionis Dei: ergo per illum impleri debet præceptum ſanctificandi ſabbatum. Confirmatur ſecundò, quoniam ceſſatio ab omni opere ſeruili non fuit præcepta, niſi vt homines mente, ac ſpiritu Deo vacarent.

Exod. 16.

Confirmat Scot.

Secundò.

4. *Prima concluſio.*

Sit ergo in hac quæſtione dicendum primò, hoc tertiũ præceptum, quatenus naturale eſt, non adimpleri per ſolam puram ceſſationẽ ab omni opere ſeruili. Hæc eſt ad mentem Scoti, & directè contra primam ſententiam, cuius patronos meritò Abulenſ. in hoc aſſeruit manifeſtè errare. Et euidenter oſtẽditur ex ijs, quæ ſupra diximus, nimirum ceſſationem ab omni opere ſeruili non eſſe totam ſubſtantiã, & materiam huius præcepti, ſed etiam cultum, & famulatũ Dei, cui ſabbatũ deputatur: vnde ſola, nudaq; ceſſatio ab omni opere ſeruili præceptũ hoc nõ adæquatè adimplet: imò verò, vt docet P. Aug. epiſt. 119. ad Ianuar. c. 12. tom. 2. ſi ceſſatio ab opere ſeruili ſola ac nuda accipiatur abſq; ſpiritu, relationeq; ad aliud, hoc eſt ad Dei cultũ, & famulatũ, & ad requiẽ ſpiritualẽ, quam ſignificat, deridẽda eſſet tanquã opus Iudaicũ, nec nobis eſſet pręcepta, quia ſi in illo præcepto tanquã completa, & tota ſubſtantia ipſius nobis ſola ceſſatio ab opere ſeruili pręciperetur, iam Eccleſia catholica nõ fideliter naturale

Scot.

Abulen.

P. Aug.

Nuda ceſſatio ab opere ſeruili videretur opus Iudaicum.

præceptum interpretaretur præcipiẽdo vltra hoc externum alium actum poſitiuũ, videlicet miſſæ auditionem, ad quem tamen poſt Eccleſiæ ſtatutũ ipſo naturæ iure obligamur, vt ſupra diximꝰ.

4. 2. concluſ. Dicendũ eſt ſecundò, hoc præceptum non obligare ad aliquem actum poſitiuũ internum, & per conſequens non obligare ad impletionẽ præcepti de diligendo Deo. Hæc eſt contra Scotũ ſupra citatũ; probatur verò Diuo Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. Caiet. ibidem, Sot. 2. de Iuſt. & iure q. 4. ar. 4. Nauar. in Manuali cap. 13. n. 2. & Catheciſmo Trident. 3. p. c. 4. §. 1. Et ratio efficax ex fundamẽtis ſupra poſitis deſumpta illa eſt, quoniam lex naturalis diuinum famulatum, & cultum, ad quẽ obligat non determinauit: ergo illius determinationẽ cõmiſit ſapienti, id eſt legiſlatori poſitiuo: ſed neque diuinus legislator in lege veteri, aut noua, neque Eccleſia Chriſti declarando, & præcipiendo determinatam huius prçcepti obſeruãtiam vſquam meminit obligationis circa aliquem actũ interiorem in diuino cultu: ergo ad illum non obligat prædictum præceptum naturale; aliter enim iam poſitiui legislatores defectibiles eſſent in explicanda, & prçcipienda obſeruatione præcepti naturalis; quæ ratio tangitur à Soto loco ſupra citato. Addi poteſt, quoniã periculoſum eſſet feſta multiplicare in Eccleſia, ſi obligaremur ad impletionẽ prçcepti tam ardui, & difficilis, ſicut eſt actus contritionis, aut dilectionis Dei ſuper omnia.

Reijcitur Scotus. Prob. D Thom. Caiet. Sotus. Nauarr. Trident.

Sotus.

Inconueniens eſſet.

Hinc patet ad fundamentum primæ ſententiæ quid ſit dicendum, nam in ſubſtantia, & materia illius prçcepti naturalis includitur ſeruitium famulatus, & cultus, qui Deo debet exhiberi, vt ex locis ſupra citatis colligitur. 5.

Fundamẽtũ primæ ſent. diluitur.

Ad fundamentum verò quod Scotus colligit pro ſecunda ſententia ex cap. 16. Exodi dicẽdum eſt, feriationem à negotijs à Deo fuiſſe quidem præceptam, vt homines interius mente, & ſpiritu Deo vacarent, illiq; per amorem, & dilectionẽ inhærerent: imò verò hunc fuiſſe finem vltimum huius præcepti, eſt communis ſcholaſticorum ſententia cũ 6.

Ad Scot.

Patre

P. Aug. Patre Aug. epiſt. 119. ad Ianuar. ſerm. 251 de Tempore tom. 10. quod etiã docet Catheciſm. Trid. p. 3. c. 4. §. 2. Cæterũ, vt docet D. Thom. D. Thom. cõmuniter receptus 1. 2. q. 100 ar. 9. ad 2. iſte finis cũ ſit extrinſecus nõ cadit ſub prę cepto, vnde ſine hoc fine poteſt hoc præceptum quoad ſubſtãtiã obſeruari, quãquã quoad modũ præcepti obſeruari nõ poſsit ſine tali fine: vnde Doctores aduertũt, ſuadentq; Sancti Patres, & Cathecefes Eccleſiaſticæ, vt diebus feſtis tam exteriorẽ, quã interiorẽ cultũ Deo exhibeamus orationibus inſiſtẽdo, ac meditationi; hocq; poſtulare diem feſtũ, vt tam quoad ſubſtantiã præcepti, quã quoad modum in quo meritũ cõſiſtit, obſeruetur.

7. Illud tandẽ exigit decidẽdum præſẽs dubitatio, an ipſa ceſſatio ab omni opere ſeruili actualiter, vel ſaltem virtute, in Deũ vltimũ finẽ relata ſufficiẽs eſſet ad implẽdum tertiũ Decalogi præceptũ, vt naturale eſt, vtq; Deũ colendũ præcipit? Affirmat Ouand. Ouand. in 3. d. 37. propoſ. 22. vbi dicit per ipſã ceſſationẽ ab omni opere ſeruili nõ nudè ſumptã, ſed vt relatam in Deũ, & per quã repræſentatur ceſſatio Dei ab opere creationis, impleri totã ſubſtantiã illius præcepti; quæ etiã fuit ſẽtẽtia Caiet. 2. 2. q. 122. Caiet. ar. 2. in principio, imò verò Ouand. hanc cõtendit fuiſſe mentẽ Scoti, dum dixit, requiri actũ internũ dilectionis Dei, aut contritionis ad obſeruantiã talis præcepti. Verum neque hæc fuit mẽs Non bene Ouandus Scotum explicat. Scoti, neque illum hac ratione Ouand. rectè liberat ab incõmodo illius ſententiæ, vt patet ex dictis: nec adeò certum eſt non requiri actũ externum poſitiuum ad impletionem talis præcepti.

8. Actus externus requiritur. 1 ratio. Quin potius illum requiri ex ratione efficaciter probatur, quia ſi ille non eſſet neceſſarius ad obſeruationẽ talis præcepti, vt naturale eſt, non bene Eccleſia legis naturalis interpres externũ actum aſſignaret in Dei cultum pro feſto die, ſicut modo aſſignat; excederet enim rationẽ præcepti naturalis.

9. Secunda. Secundò, quoniam illa quies, & ceſſatio ab omni opere præcipitur ad vacandum diuino cultui, & famulatui, vt ſupra diximus; ergo ipſe cultus exhibendus aliquid eſſe debet diſtinctũ ab

Digitized by Google

ipſa ceſſatione ab omni opere; neque enim idem præcipitur obſeruari per ordinem ad ſe ipſũ, vnde aliquis actus externus neceſſarius eſt ad implendũ præceptũ, quod ſenſit Abulenſ. ſupracitatus.

Abulen.

10. Obiectio Exod. 16. ſoluitur. Neque obſtat, quod ſacra Scriptura in citato cap. 16. Exod. oſtendens quomodo populus ſabbatizaſſet die ſeptima, dicit, quia non eſt egreſſus in agrum ad colligẽdum manna: nam oſtendendo hanc quietem non negauit cultum, & famulatũ poſitiuum, ad quem etiam illa requies ab omni opere præcipiebatur.

11. Alia ſoluitur. Neque etiã obſtat, quod in lege naturæ non conſtet, qualisnam actus eſſet ille in cultũ Dei requiſitus in diebus diuino obſequio deputatis, ſicut etiã non conſtat qualesnam ij dies fuerint.

ARTICVLVS V.

Omnes tres perſonas vnica, & eadem adoratione, & quoad eſſentiam, & quoad proprietates perſonales, adorari.

1. VNVM ſupponit quæſtionis titulus, nimirum Deum eſſe adorandũ ſuprema adoratione, quæ eſt latriæ, quod ſatis ꝓbatum eſt in pręcedentibus: cum verò in Deo ſit vna eſſentia, & tres perſonæ inter ſe realiter, & ab eſſentia virtute diſtinctæ, illud merito dubitari poteſt, an vnaquæque diuina perſona ſuã peculiarẽ latriã exigat diſtinctã ab ea, qua aliæ perſonæ diuinæ adorantur, & ab ea, qua adoratur ipſe Deus, prout cõcipitur hic Deus, vt diſtinctus à perſonis: aut etiã vtrũ ratione diuerſarũ perfectionũ, quę in Deo conſiderãtur, aut ob diuerſos titulos, ſub quibus Deũ cõcipimus, diuerſũ illi debeamus, aut poſſimus exhibere adorationis cultũ? & hoc tam de actibus adorationis, quã de ipſo habitu inquiri poteſt: ſed prius ꝓbabimus id quod tactũ eſt in præcedentibus, & in quæſtionis titulo ſupponitur, quanlibet nimirum perſonam diuinam eſſe adorandam adoratione latriæ.

Quidam moderni hæretici tranſiluani, qui cum negẽt perſonarum diſtinctionem, negant etiam, teſte Bellarm. lib. 1 controuerſ. 2. c. 1. Filium Dei eſſe verum Deũ, & idem dicunt de Spiritu Sancto; inde conſequenter 2.

Bellarm.

inferunt, neque eſſe inuocãdos, neque adorandos. Præcipuum illorum fundamentum eſt, quoniam orationes Eccleſiæ olim ad ſolum Patrem dirigebãtur, nec Filiũ, aut Spiritum Sanctum deprecabatur Eccleſia: & orationes ad ſolum Patrem dirigi præcepit Conc. Carthagin. 3. cap. 23. tom. 1. Addit Eraſmus, antiquos, ſacroſq; Doctores ad ſolum Patrem & Filium orationes ſuas, & adorationes direxiſſe, ſicq; Hilar. libr. 12. de Trinit. ita habet: *Conſerua mihi hanc oro fidei meæ religionem, vt te Patrem, & Filium tuum vna tecum adorem, & Spiritum Sanctum, qui ex te per vnigenitum tuum eſt, promerear.* Videtur ergo Hilarius ſentire, Spiritum Sanctum promerendum eſſe, non adorandum, ſicut Patrem, & Filium.

Conc. Carthagin. 3.

D. Hilar.

3. Veritas catholica.

Catholica tamen propoſitio eſt, quamlibet diuinam perſonã in ſe, & per ſe adorandam eſſe ſuprema adoratione latriæ. Probatur verò, quoniam quælibet perſona diuina eſt verè, ac propriè Deus, nam quælibet per ſe verè, & propriè eſt formaliter ſubſiſtens in natura diuina, cui per ſe conuenit excellentia illa ſuprema creatoris, & gubernatoris omnium rerum; ergo quælibet perſona diuina eſt adoranda per ſe, & in ſe, adoratione latriæ.

4. Ioan. 4.

Deinde de Patre æterno conſtat hoc Ioan. 4. vbi dicitur: *Venit hora, & nunc eſt quãdo veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorent eum*; & Chriſtus Dominus eundem Patrem multoties adorauit. De Filio etiã Dei dicitur Matt. 2. *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum, &c.* & infra, *Et venimus adorare eum*, & infra, *Et procidentes adorauerunt eum.* In multis alijs locis legitur filius Dei adoratus, ſicut ad Hebr. 1. poſtquã dicitur, *Introduxit primogenitum in orbem terræ*, additur, *& adorent eum omnes Angeli Dei.* Iam verò Spiritum Sanctũ coadorandum, & conglorificandum eſſe cum Patre, & Filio habetur in Symbolo Conſtantinopolitano ab Eccleſia recepto, de quo nouiſſimè in Trident. ſeſſ. 3. *Et in Spiritum Sanctum Dominum & viuificantẽ, qui ex Patre, Filioq; procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur*, & D. Aug. 1. de Trin. c. 6. ex 1. Corint. 6. in fine, vbi

Matt. 2.

D. Paul.

Symbol. Cõſtantinop. Trident.

D. Aug. 1. Cori. 6.

Digitized by Google

Paulus inquit, *An neſcitis quia corpora veſtra templa ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis à Deo*, & infrà. *Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro*, colligit Spiritui Sancto veram latriã deberi.

5. Illud etiã facit quod Eccleſia in publicis precibus, non ſolùm exorat Trinitatem vnum Deum, ſed etiam ſingulas perſonas ſub ſuo particulari nomine: imò verò, & Eccleſiæ orationes etiam ſi plures dirigantur ad Patrem, alię tamen ad Filiũ, aliæ ad Spiritum Sanctum diriguntur, vt patet.

6. *Catholicus de hoc nõ dubitat.* Vnde inter Catholicos nemo eſt qui dubitet, omnes diuinas perſonas, & ſimul ſumptas, & vnamquamque per ſe, & in ſe, eſſe adorandas eadem adoratione, qua ipſe Deus, cum vnaquęq; ſit etiã vnus verus Deus eiuſdemq; naturæ, & ſubſtantiæ: in cõfeſſione fidei ad Ioan. 2. dicitur. *Ioan. 2.* *Confitemur credere in Patre, & Filio, & Spiritui Sancto Trinitatem conſubſtantialẽ, vnã Deitatem, ſiue naturam, & ſubſtantiam, & virtutem, & poteſtatem in tribus perſonis adorãtes*. Idemq; habetur in 5. Synodo generali collat. 8. can. 1. vbi diffinitur vnam naturã *5. Synod. general.* Patris, & Filij, & Spiritus Sancti eſſe in tribus perſonis adorandam, & Hormiſda Papa in ſua 1. epiſt. inquit: *2. tom. cõc. Hormiſda.* *Adoramus Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum indiſtinctam diſtinctè, incomprehenſibilem, & increabilem ſubſtantiam*, vbi dum dicit indiſtinctam Trinitatis ſubſtantiam, diſtinctè eſſe adorandam, dicit etiam ſingulas Trinitatis perſonas diſtinctè adorandas eſſe: ſicq; diuinas perſonas obſecrari docuit Sophronius in epiſtola probata à 6. Synodo act. 11. *Sophron. 6. Synod. Eodem 2. tom.*

Nec fundamentum hæreticorum huic veritati oppoſitum aliquid negotij faceſsit. 7. Ad primũ enim iam ex dictis reſponſum eſt, cum multa ſint in Eccleſia, & orationes, & verſus, & hymni, quæ non ſolùm ad Patrem, ſed etiam ad alias perſonas diuinas dirigũtur, quę facilè eſt inuenire. Verum cum ea, quæ ſunt eſſentiæ, conueniant alijs perſonis à Patre, qui eſt principiũ totius Deitatis, etiam ab alijs perſonis in Patrem quodãmodò reducuntur, vt docet D. Thomas in 4. d. 15. q. 4. art. 5. quæſtiunc. 3. ad 1. ex ſententia D. Hilarij, & ob *D. Thom. D. Hilar.*

hanc

Ioan. 16. hanc rationem Ioan. 16. docuit orationem ad Patrem eſſe dirigendam, quam etiã ob cauſam citatum in argumento Cõc. Carthagin. docuit, ſacerdotẽ in altari orationem ad Patrem ſemper dirigere. Et inſuper quia in Patre omnes tres perſonæ conuenientiſsimè inuocantur, vt optimè ex Tertulliano in lib. de orat. cap. 1. aduertit Bellarm. ſupracitatus c. 17. ad 3. Ratio etiam accedit primò, quoniam Eccleſia omnia, quæ à Deo petit, petit per Chriſtum iuxta illud Ioan. 16. *Quidquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis*. Ergo merito dum per Filium orat, ad Patrem dirigit orationes. Deinde quia orationes fiũt Deo, tanquã potenti nobis benefacere, & nobis donanti. Cũ ergo potentia Patri tribuatur, ſicut & ſapientia Filio, & amor Spiritui Sancto, merito orationes ad Patrem plerumq; diriguntur. Ne tamen quis crederet aliter fieri non poſſe, ſicut hæretici oppoſuere, alias etiam orationes, vt vidimus, dirigit ad Filium, & ad Spiritum Sanctum.

Carthagin. — *Omnes tres perſonæ inuocãtur in Patre.* — *Tertull.* — *Bellarm.* — *Ioan. 16.*

8. *Reſponſio D. Thom.* Ad cõfirmationem, quã Eraſmus ſumpſit ex Hilario reſpondet D. Thomas, loco ſupra citato ad ſecundũ, Hilarium, & ſi qui ſunt alij Patres, qui illo modo deprecãdi vtantur, attendiſſe ad cõgruentiam, quæ eſt in perſonali proprietate, nam cũ exiſtẽtia Spiritus Sancti habeat, quod ſit donum, vt Theologi docent, congruit, vt donum à largitore doni petatur adoratione orationis, non ab ipſo dono. Hinc eſt, vt illud donum petendo Patrem, & Filium adorauerint. Tamen, quanuis actu ipſo Patrem, & Filium adorauerint, non adorãdo actu eundem Spiritum Sãctum, habitu tamen illum adorabant, vt videbimus in ſequẽtibus; ſupra citatam tamen ſolutionem D. Thom. probauit Medin. C. de Orat. q. 4. Ledeſ. 2. quarti q. 16. ar. 7. vbi rectè aduertit, quod cũ opera Trinitatis ad extra indiuiſa ſint, & ipſe Spiritus Sanctus non ſolum donetur à Patre, & Filio, ſed etiã à ſe ipſo, hinc eſt, vt etiam verè, & propriè ipſe Spiritus Sanctus adorandus, & orandus ſit noſtris orationibus.

D. Thom. Medina. Ledeſma.

9. His poſitis, ratio dubitãdi circa præcipuam difficul-

tatem eſſe poteſt, quoniam tres perſonæ diuinæ, licet ſint idem in natura diuina, quæ vna & eadẽ eſt in omnibus tribus, tamen ipſæ inter ſe realiter ſunt diſtinctæ: ergo cum ſint tria obiecta adorabilia realiter diſtincta, adorationib' etiã realiter diſtinctis debẽt adorari. Et cõfirmari poteſt, quia adoratio debetur alicui propter excellentiam, & dignitatem, quam habet, ſed non ſolùm diuina natura importat excellentiam, & dignitatem, ſed etiam diuina perſonalitas, quæ, iuxta probatiſsimã ſententiam, ſuam habet perfectionem diſtinctam á perfectione eſſentiæ; ergo quælibet ob ſuam perſonalẽ excellentiam debet adorari, atque adeò diſtincta adoratione, cum & ipſæ dignitates perſonales inter ſe etiam diſtinctæ ſint. Idq; Gregorius Nazianz. ſenſiſſe videtur, dũ libro ſecundo de Theologia dixit, generationis diuinæ prærogatiuam eſſe rem eximiè, ſummeq; honorãdam.

An poſsint adorari diuinæ perſonæ ratione propriæ a tum perſonalium diſtincta adoratione ab eſſentia.

D. Gregor. Nazianz.

10. Dicendũ tamen eſt, omnes tres perſonas diuinas, & ſubindè totã Trinitatẽ vnica dumtaxat adoratione adorari debere. Hæc eſt communis ſentẽtia, quam tenet cõcors Theologorum, Scotus d. 9. q. 1. & D. Thom. 2. 2. q. 81. art. 3 ad 1. & q. 84. ar. 1. ad 3. & 3. p. q. 25. art. 1. ad 1. Et eſt catholica veritas ſatis inſinuata à ſupra citato Cõcilio Conſtantinopolitano, dum dicit de Spiritu ſancto, *Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur*, & ab Eccleſia ſatis recipitur, & indicatur in hymnis dũ ſæpè dicit, quod tribus perſonis ſit laus, & honor vnus. Oſtenditur inſuper ratione, nam latria debetur Deo, atq; diuinis perſonis ratione excellentiæ infinitæ, & increatę, rationeq; primi principij omnium rerum creationis, atq; gubernationis, quæ illis cõueniũt ratione diuinæ naturæ, quæ eſt vna, & eadem in omnibus, & proindè vnum ſunt rerum omnium principium & vnus Deus, qui nobis adorari præcipitur: ergo vnica dumtaxat adoratione. Confirmaturq; facto Abrahami Geneſ. 18. qui tres videns vnum adorans ait, *Domine ſi inueni gratiã in oculis tuis, &c.* Quia nimirum vbi vnũ eſt adorationis obiectum, vna eſt adoratio: quam etiam ob cauſã in 5. Synodo generali

Scotus. D. Thom.

Concluſio catholica eſt.

Gen. 18.

2.tom.Concil. ſeſſ. 8. can. 1. definitur, Trinitatem cõſubſtantialẽ vnã Deitatem in tribus perſonis adorari, quia inquit: *Vnus Deus Pater, ex quo omnia, & vnus Deus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & vnus Spiritus Sanctus in quo omnia*: vbi apertè ſignificatur, quod adorato Deo, adorantur tres perſonæ, & quod illis adoratis Deus adoratur. Neque eſt catholicus aliquis author qui poſſit aſſerere, vnã perſonam diuinã poſſe adorari diſtincta adoratione in ſpecie ab illa, qua Deus, ſiue eſſentia adoratur; imò nec ab ea, qua aliæ perſonæ adorãtur: ad minus enim temerarium & hæreſi proximum hoc dicerem, quia præter eſſentiã Dei videretur admittere aliàm rationem perſonalem, ſub qua latria perſonis tribueretur.

11. Habetur 2. tom. Concil. Nam expreſsè etiam Cõſtantinus Imperator in ſua confeſſione fidei ad Ioannẽ ſecũdum, vnitatem dicit in Trinitate, & Trinitatem in vnitate adorari, *Quia vna, & eadem adoratione, & vnum Deũ ratione vnitatis eſſentiæ, & tres perſonas, quæ sũt vnus ipſe Deus, adoramus*. Vnde merito Sophronius in 6. Synodo act. 11. Trinitatem cohonorandam dixit, quia vna & eadẽ adoratione perſonarũ Trinitas adoratur, & colitur. Accedit idem modus deprecandi in Litanijs tam in Latinis, quam Græcis lythurgijs dum dicimus, *Sãcta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis*. Ergo vnum Deum exiſtentem in perſonarum Trinitate, & Trinitatem in vna diuinitate vna adoratione colimus.

Sophron. 6. Synod.

12. Dicendũ eſt ſecũdò, quod licet, quando perſonæ diuinæ adorantur, in illis & natura diuina adoratur, & perſonalis cuiuſque proprietas; tamen adorandi ratio eſt natura diuina. Prima pars oſtẽditur, quoniam quando totum ſubſiſtẽs adoratur, adorantur ſimul ea, quæ in ipſo ſunt: ſed perſona diuina, quę eſt ſubſiſtens in natura diuina, adoratur; ergo non ſolũ in ea adoratur natura diuina, vt natura eſt, ſed etiã perſonalis cuiuſque proprietas, & inde eſt, vt in præfatione Trinitatis, & in perſonis proprietas, & in maieſtate adoretur æqualitas: quod ſẽtit etiã D. Thom. 1. p. q. 28. art. 2. in argumento, *Sed contra*, vbi dicit perſonali pro- D. Thom.

prietati

prietati deberi latriam, quia ſcilicet non eſt creatura, ſed idem cũ natura diuina, quæ eſt creatrix eſſentia; & hoc ipſum docet in 3. diſt. 9. q. 1. art. 3. quæſtiuncula 2. ad 3. vbi docet eundem honorem deberi naturę diuinę, & perſonæ, neque enim ſub alia ratione perſona diuina adoratur, nec adorari poteſt, quam ratione ſupremi dominij, & infinitæ abſolutè excellentiæ, quam habet in ſe ratione eſſentię, in qua cũ alijs pſonis eſt omnino idẽ.

13. Scot. Colliges inde cum Scoto in 1. d. 1. q. 2. non poſſe vnã perſonam pro ſtatu viæ actu adorari, quin habitualiter adorentur alię; nam cũ quęlibet diuina perſona adoretur ratione diuinæ naturæ, & quatenus habet diuinam, & increatam excellentiam, quæ ratio vna, & eadem eſt in omnibus tribus diuinis perſonis, & in ea tres perſonæ idem ſint, inde fit, vt nullus poſſit ſe ſubijcere per actum adorationis vni, quin etiam ſe habitualiter ſubijciat alijs duabus diuinis perſonis, eaſq; habitualiter adoret, cum ratio excellentiæ, quam reſpicit in ea, cui ſe ſubijcit, reperiatur etiam in alijs. Iam verò vnam perſonã velle adorare, ita vt actu poſitiuè excludat alias perſonas, impium erit, & repugnans.

Vtrum tamen pro ſtatu vię poſsit vna perſona actualiter adorari, quin ſimul alię actu adorentur, etiamſi ob rationem ſuprapoſitam non poſsint nõ habitualiter adorari? Affirmat Scotus loco ſupra citato, quia nimirum in via poſſumus vnam perſonam intelligere, & concipere vt habentem diuinam excellentiam, interim actu non cõcipiendo aliam perſonam; ergo actualis adoratio vnius poterit non eſſe actualis adoratio aliarũ perſonarum, reſpectu quarum ſemper virtualis erit cũ reſpiciat excellentiam, quæ tribus diuinis perſonis æque communis eſt. 14. Scotus.

Ad primum in oppoſitũ admiſſo eo, quod in argumento tangitur in antecedẽte, ad conſequens dicendum eſt, tres perſonas diuinas eſſe tria obiecta adorabilia pſonaliter, non formaliter: neq; enim ſunt obiecta adorabilia, niſi quatenus ſunt Deus; iam verò illæ tres perſonę ſunt vnus Deus, & proinde 15.

inde formaliter vnum obiectum adorabile. Ad confirmationem facilè ſe expediat, qui cum D. Thoma, & Scoto negaret, perſonalitates diuinas relatiuas perfectionē aliquam in ſuo conceptu dicere diſtinctam à perfectione eſſentiæ, quæ eſt ſatis cōmunis ſententia; quia tamen oppoſita apud recentiores probabilitate non caret, ad maiorem dices, cultū latriæ deberi Deo propter excellētiam primi rerum omnium principij, quæ ratio non cōuenit relationibus perſonalibus, niſi mediante natura diuina, quæ perſonis eſt principium formale agendi ad extra, neque enim effectus ad extra reſpiciūt Deū, vt trinum, vt vult Mendoça in quodlibetis quæſtione 3. ſcholaſtica dubio vltimo, ſed vt vnum; neque enim negāda eſt abſoluta ſubſiſtentia, qua hic Deus ſubſiſtens intelligitur principium operationum ad extra, vt ſuo loco latiùs oſtēdimus. Et proindè quanuis perſonæ diuinæ in ſe ipſis ſint perfectiſſimæ, & in genere relatiuo habeant ſummam entis perfectionem, tamen non habent rationē adorabilis, niſi quatenus mediante natura diuina habent rationem primi principij omnium rerū in eſſendo, & gubernando; imò natura diuina primò, & per ſe eſt adorationis ratio, perſonalitates autem quaſi ſecūdario ratione naturæ diuinæ, & idcirco eadem vnica adoratione cum ea adorantur, ſicut & adorationis ratio eſt vna & eadem, quæ doctrina ſit ante oculos, ne in errorem labaris.

D. Thom. Scotus.

ARTICVLVS VI.

Deo neque ob diuerſos titulos, aut beneficia, neque ob diuerſa attributa, diuerſam tribui adorationem, ſed ſemper eſſe colendū eadem omnino inuariabili latria.

HÆC duo ſigillatim diſcutiemus, & primo, quod diuerſi tituli, ſub quibus Deum concipimus, & adoramus, diuerſam adorationem requirāt, videtur probari primò ex gloſſa in Pſal. 7. quæ eſt Patris Auguſtini, nam vbi dicitur, *Domine Deus meus in te ſperaui*, habet: *Dominus omniū per potentiam, cui debetur dulia, Deus omnium per creationem, cui debetur latria*. Vnde videtur 1.

Gloſſa in Pſal. 7.

tur concludi Deum duplici genere cultus, & valdè diſtincto,ſub duplici titulo aſſignato eſſe adorãdum. Cõfirmariq; poteſt ex ratione, quam adducit Cordubenſis lib. 1. q. 5. dubitat. 2. Si eſsẽt enim tres dij, quorum vnus nos redemiſſet, alter creaſſet, ſanè intra eãdem latriæ ſpeciem, diſtincta adoratione deberet adorari vnus, atque alius; ergo ſimiliter idẽ Deus ſub duplici hoc beneficio diſtincta adoratione, intra eãdem tamen latriæ ſpeciem, debet adorari.

Cordub.

2. Deinde præcipuum huius ſententiæ fundamentum ſumitur ex Damaſc. orat. 3. de imaginib. vbi inquit: Quinque ſũt tituli, propter quos Deus poteſt coli cultu latriæ. Primus eſt ſupremum dominium: ſecundus ſuprema gloria, & ſanctitas: tertius maxima beneficẽtia erga homines: quartus, quia ab illo ſperamus omne bonum: quintus, quia illum offendimus. Et poſſet quis eodem modo diſcurrere, & ſimiles alias cõplures inuenire, & aſſignare rationes. Ergo cũ omnes hi tituli ſint diſtincti inter ſe, diſtinctum cultum in Deo exigent.

D. Damaſ. Latria ob quinque titulos.

Et confirmatur efficaciter, quia ſi quid obſtaret, eſſet, quia huiuſmodi rationes, & attributa non diſtinguuntur in Deo realiter, nec formaliter actualiter, vt Scotiſtę volunt: ſed hoc non obſtare apertè oſtenditur, quoniam ſola diſtinctio rationis ratiocinatę, quę virtualis dicitur, ſufficit in attributis diuinis ad diſtinguẽdas ſpecificè virtutes, quæ Deum reſpiciunt, ſicq; fides, & charitas, quarum illa diuina veritate, hęc diuina bonitate nititur, ſpecie diſtinguũtur, cum tamẽ veritas, & bonitas diuina ſola ratione ratiocinata diſtinguantur, & virtualiter: & idẽ dices de charitate, & ſpe: nã charitas tendit in Deũ prout bonus eſt in ſe; ſpes verò, prout eſt bonum noſtrum. Et hoc eſt vnicum, ac pręcipuum fundamentum dictæ ſententiæ, quod non ſolùm videtur probare diuerſã adorationem latriæ intra eandẽ ſpeciem Deo ob diuerſos titulos, & diuerſa attributa, eſſe deferendam, ſed etiam aliam adorationem ſpecie diſtinctam. 3.

Virtualis diſtinctio ſufficit ad diſtinguẽdas virtutes ſpecie.

Communis tamen ſentẽtia, á qua nullus alicuius nominis author diſcedit, aſ- 4.

Cõmunis ſenteatia.

ſerit Deo neque ob diuerſos titulos, diuerſavè beneficia aut ob diuerſa attributa, diuerſam adorationẽ eſſe exhibẽdam non modo in ſpecie, ſed nec diuerſã intra eãdem rationem latriæ. Ratio verò fundamentalis adducitur à D. Thom. 2. 2. q. 81. ar. 3. ad 1. & q. 84. art. 1. ad 2. D. Thom. Quoniã omnes diuinę perfectiones, ex quibus plures titulos, & diuerſa attributa concipimus in Deo, concurrunt ad conſtituendũ vnum primum principium rerum omniũ, quod in ſe continet omnem perfectionẽ, & eſt (ſicut dicitur) fõtale principium totius eſſe: ſed hęc ratio primi principij tum in eſſendo, tum in gubernando, eſt illa excellentia infinita, quã virtus latrię reſpicit; ergo illa vnica eſt, ſicut & vnica talis excellẽtia. Confirm. Et cõfirmatur, quoniã nullum diuinũ attributũ per ſe ſolum, ſi in apprehenſione noſtra obiectũ repręſentetur intellectui, eſt ſufficiẽs fundamẽtum latriæ, niſi prout eſt idẽ cum hac ratione primi principij, & prout illam includit: ergo ad plurificationem attributorum non rectè diſtinguetur adoratio.

Nec fundamenta oppoſita obſtabũt, nam ad illud gloſſę, quę eſt P. Auguſtini, reſpõdet D. Tho. in 3. d. 9. q. 2. art. 1. ad 1. duliã, prout re vera Deo, vt ſupremo Dño accõmodatur, latriã eſſe; dici verò duliã, prout in ſe dulia generaliter cõprehendit omnẽ adorationẽ, vt iam ſupra diximus: duas autẽ ob cauſas hîc vocari potuit dulia ille cultus, qui Deo, vt ſupremo Dño tribuitur: primò, vt oſtendatur omnẽ rationẽ veræ adorationis cõtineri eminẽter in cultu Deo debito; ſecũdò vt, ſicut nomẽ *Dominus*, aliquo modo, ſaltẽ analogicè, cõmune eſt Deo, & creaturis, ita, & nomen, *dulia*, quod dominiũ reſpicit, ſaltẽ etiam analogicè oſtendatur commune, quanquam dum reſpicit increatum dominiũ vera latria ſit. 5. Reſponſio D. Thom

Ad confirmationem, quã affert Cordubẽſis; maior dubitatio eſt, an actus ipſi ſpecie diſtinguantur, cum vna ſpecie virtus poſſit inclinare, & elicere actus ſpecie diſtinctos, ſicut vna, & eadem potentia diuerſorum actuũ, & habituũ eſt capax, vt eſt probabilis ſententia? Verum oppoſitum dicendum eſt, vt 6. Ad Cordubẽn.

probabilius: & quod attinet ad actus adorationis Dĕo exhibĕdos, oſtenditur, quoniã omnes reſpiciunt vnam & eandem excellentiam infinitam primi principij omniũ rerũ modo ſupra dicto, vnde non habent à quo ſpecificam aliquam diſtinctionẽ deſumant, imò nec indiuidualem, vt patet.

7. Soluitur præcipuũ fundamentum optima ratione philoſophica.

Ad præcipuũ fundamentum eiuſdem ſententiæ cõmunis ſolutio eſt, diſtinctionem rationis inter attributa diuina non ſemper ſufficere ad diſtinguẽdas virtutes ſpecie, aut illarũ actus, niſi aut diuerſus modus operãdi potentiarũ concurrat ad talem diſtinctionẽ efficiendam, vt cernitur in amore, & cognitione, aut in diuerſa habitudine, quã talia attributa habent, honeſtas aliqua genere aut ſpecie diuerſa reperiatur; qua de cauſa charitas, & ſpes quæ verſãtur circa bonitatẽ diuinã, diſtinguuntur ex diuerſa habitudine, ſecundùm quã talẽ bonitatẽ reſpiciũt: nam charitas reſpicit Deum prout eſt bonus in ſe, quæ ratio eſt amoris amicitiæ; ſpes verò prout eſt bon⁹ nobis, quæ eſt ratio amoris cõcupiſcẽtiæ ex D. Tho. ſupra citato: quod tamẽ non reperitur in actibus adorationis, etiamſi ob diuerſos titulos, diuerſa beneficia exhibeantur.

D. Thom.

8. Obijcitur D. Thom.

Quod ſi obijcias ex D. Tho. ſacrificiũ, quod cũ ſit propriè actus adorationis latriæ, vt ſupra diximus, eſt tamẽ in triplici genere, vt docet 1. 2. q.102. artic. 3. ad 3. Vnde vnũ eſt holocauſtum, quod offertur Deo, vt in ſe eſt ſupremæ maieſtatis, & excellentiæ: aliud eſt hoſtia pacifica, quæ offertur Deo, vt ſupremo benefactori: tertiò, hoſtia pro peccato, quæ illi offertur vt ſaluatori. Reſpondetur illa tria genera ſacrificiorũ poſſe in actu exteriori diſtingui, nõ tamen in actu interno, & proinde nõ in genere adorationis: vt enĩ ſupra cõtra recentiores oſtẽdimus prima parte quæſtionis ar. 3. eſſentialiter reſpicit diuina adoratio ſolum actũ internum, vnde ſi prædicti actus ſacrificiorũ ad adorationem referãtur, Deoq; in ſignũ adorationis offerãtur, cum vnam & eandẽ ſemper reſpiciãt diuinã excellentiã, nõ diſtinguuntur: ſi autem vnus referatur in adorationẽ Dei, alius in ſatisfactionem

Holocauſtum hoſtia pacifica, hoſtia pro peccato.

Diluitur.

pro

Digitized by Google

pro peccato, alius in gratiarum actioné, tunc ſic diſtinguuntur, non tamé propriè in ratione adorationis, quãquam etiam ſint actus cultus religioſi. Quod etiam in cæteris actibus adorationis ſuo modo inuenies.

ARTICVLVS VII.

Chriſtus in quantum Deus eadẽ adoratione latriæ adoratur, qua ipſe Deus.

1. Tranſiluani. HÆretici tranſiluani, quos ſupra retulimus, & quorũ Princeps fuit quidã Michael Seruetus, & poſteà quidé Fráciſcus Dauid, quos refert Bellarm. controu. 2. lib. 1. de Chriſto c. 1. & eodem libro c. 8. negantes perſonarũ Trinitatem, aſſerẽteſq; ſolũ Patrem eſſe verum Deũ, Chriſtumq; ideò appellari Deũ, quia caro eius formata fuerat in vtero Virginis ex ſubſtantia Dei Patris, diuinitaté verò nõ fuiſſe illi cõmunicatã per æternã generationé, ſicut docet fides, ſed ſicut impiè Neſtoriani cenſebant per inhabitationé, atque vnctioné gratiæ, vnde Chriſtũ non dicebant Deũ æternũ, ſed Deum factũ, & temporalem, ex ea impietate fundamẽtũ ſumebãt, vt dicerẽt Chriſtũ D. nõ eſſe adorãdũ latria, neque inuocandum.

Mich. Seruetus. Franc. Dauid. Bellarm. *Neſtoriani.*

2. In eodem errore fuit quidam Petrus Richerus, quem refert Ouand. in 3. d. 9. q. 1. propoſit. 5. qui admittens in Chriſto Domino duas naturas in vna perſona, docuit tamen Chriſtum in Patre, & in ſpiritu adorandũ eſſe, nõ tamen in carne, proindeque ſimpliciter aſſeruit Chriſtũ non eſſe adorandum, nec inuocãdum, ne aliquod terrenum elementum adoretur, nimirum caro Chriſti.

Petrus Richerus. Ouand.

3. Neſtoriani verò aſſerẽtes in Chriſto Domino non ſolùm duas naturas, ſed etiam duas perſonas, dicebãt Chriſtũ (qué eſſe hominé vnitũ Deo per gratiã aſſerebant) nõ eſſe adorandũ per ſe, ſed coadorandũ cũ Verbo Dei, cui vnitus erat, ita vt vna, & eadé adoratione latriæ, qua Verbum adoratur coadoretur Chriſtus, per ſe autem non adorari, ſed cum Verbo: ſic eorum ſententia colligitur ex Cyrillo in libr. Apologet. Anathematiſ. 8. & in lib. aduerſus Theodoret. in deféſione eiuſdé anathem. 8.

Neſtoriani. *D. Cyrill. 1. tom. Concil.*

4. Alij tranſiluani.

Alij verò ex Trāſiluanis dicebant, Chriſtū D. adorādū eſſe, nō quaſi ei debita ſit adoratio, ſed vel quia Pater æternus pręcepit illū adorari, Pſal. 96. vel quia in ſe habet diuinitatē adorandā, nō per vnionē hypoſtaticā, ſed per inhabitationē ad modū ſupradictū; quē errorē hoc modo explicatū ſequut⁹ eſt quidam Fauſtus: eos refert Bellar. locis ſupra citatis, & hi, vt ipſe Bellarm. aduertit, adhuc nō ſibi cōſtāt, hoc enim geniū eſt hęreticorū, ac ingeniū: nam quidam dicūt Chriſtum D. poſſe adorari, imperfectionē tamē eſſe illū adorare, aut inuocare; alij, & poſſe dicūt, & deberi adorari ratione ſupraposita: vtriq; tamē negant ei adorationē ſibi debitam propter aliquam excellentiā intrinſecè ſibi debitam.

Pſal. 96. *Fauſtus quidam. Bellarm.* Inconſtātes hæretici.

5. Concluſio de fide Chriſtum D. eſſe adorandum adoratione latriæ.

Hi ſūt præcipui errores in hac materia, cōtra quos primò dicendū eſt, Chriſtū D. ſimpliciter, & abſolutè adorandū eſſe adoratione latrię: quæ eſt cōcluſio de fide recepta ab Eccleſia, quæ quotidie dicit, adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi; & quotidie Chriſtū in precib⁹ inuocat. Vt autē cōtra hęreticos eadē veritas oſtēdatur apertè, ſupponim⁹, illud ſimpliciter adorari, quod in adoratione habet ſe vt terminus qui, & inſuper continet in ſe rationē adorādi, ꝓindeq; ſēper debet eſſe totū ſubſiſtens. Nam dum Petrus rex v.g. adoratur, excellētia ipſius, eſt terminus, *quo*, ſeu ratio adorādi, vt ſupradixim⁹; ipſe verò Petrus eſt termin⁹, *qui*, nimirum res adorata, dicitur autē ſimpliciter adorari, quia cōtinet in ſe rationē adorādi; at verò veſtis ipſius regis, etſi deoſculetur, non adoratur ſimpliciter, ſed coadoratur cū rege, ſeu adoratur in rege, quia nimirū eſt in illa ꝑſona, quæ habet excellentiā in ſe, vt adoretur: Chriſtus ergo eſt quoddam totū ſubſiſtēs cōtinens in ſe rationē adorationis, diuinitatē nimirū, & ideò ſimpliciter adoratur latria: ſicque Magi Matt. 2. *Procidētes adorauerūt eū, & obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrham.* Matth. 2 Ex qua oblatione, vt interpretes aduertunt, apertè cōſtat, adorationē illā fuiſſe latriæ, tanquā Deo exhibitam in recognitionē diuinæ excellentiæ. Et Pater æternus introducens vnigenitum in *Pſal. 96.*

orbem

orbem terræ, dum nimirum Verbũ incarnatum eſt, pręcipit, vt adorent eum omnes Angeli, quod Paulus ſic de Chriſto interpretatur ad He
Hebr. 1. br. 1. cum autem verſu præcedente execraretur adorationem falſorum Deorũ, in hoc de latriæ adoratione intelligendus eſt Propheta Et vt alia multa omittamus,
Matt. 28. Matt. 28. In Galilæa diſcipuli videntes Chriſtum Dominũ poſt reſurrectionẽ adorauerunt, & poſt aſcenſionẽ adorantes regreſsi ſunt in
Luc. 24. Hieruſalem Luc. 24. Vnde
Trident. Trident. ſeſſ. 13. cap. 5. colligit Chriſti adorationem,
D. Cyrill. & Cyrill. de Incarnat. Verbi cap. 26. & expreſsè Chriſtũ Dominum adorandum eſſe adoratione latriæ definiuit
Trident. Trident. ſeſſ. 13. canon. 6. &
Conc. Eph. Concilium Epheſin. cap. 8.

6. Quod verò Chriſtus Dominus etiam ſit inuocandus non minus eſt certum Ioan.
Ioan. 14. 14. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam*, & A-
Act. 9. ctorum 9. dixit Ananias ad Chriſtum, *Hic habet poteſtatẽ alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum*, & Actor. 17. Ste-
Act. 17. phanus plenus Spiritu Sancto, videns Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei inuocãs dixit, *Domine* IESV *accipe ſpiritum meum*. Ex quibus verbis cõtra aduerſarios apertè oſtenditur Chriſtum Dominũ etiam eſſe inuocandum.

Dicendũ eſt ſecundò cõtra Richerum, & Neſtorianos; Chriſtum Dominũ nõ 7. Contra Richerum, & Neſtorianos.
eſſe adorandum cum Verbo diuino, ſed potiùs adorandũ vt Verbum factum homo, ſubſiſtensq; in carne, & proindè prout eſt quoddã totũ ex natura diuina, & humana modo ineffabili perſonaliter compoſitum, & prout eſt vnum quid ſecũdum hypoſtaticam compoſitionem exiſtens Deus & homo ſimpliciter eſt adorãdus adoratione latriæ, quam ſibi vendicat iure proprio. Aſſertio ſic explicata cõtra ſingulos ſuprapoſitos errores tres habet partes. Prima eſt, Chriſtum Dominum nõ eſſe coadorandum cum Verbo, ſed potiùs adorãdum vt Verbũ factum homo, ſeu, vt Deus homo. Secunda, quæ non multũ diſtat ab iſta, aſſerit, Chriſtum, vt eſt vnum quid ſecũdum hypoſtaticã vnionẽ exiſtens Deus & homo, eſſe adorandum adoratione latriæ. Tertia aſſerit hoc ſibi iure ꝓprio vendicare. Quo-

D. Cyrill.
Habetur 1. tom. Concil.
Conc. Eph.
Conc. Conſtantinop. 5. general.

ad primam probatur D. Cyrillo in lib. de Incarnat. Verbi cap. 26. contra Neſtorianos, & in lib. Apologet. Anathemat. 8. definitaq; eſt in in Concil. Epheſino c. 8. & in Concil. Conſtantinop. 2. quod eſt quintum generale ſeſſ. 8. can. 9. Et oſtenditur apertè, quoniam illud, quod cum alio coadoratur, & cōglorificatur, ſemper eſt ab illo perſonaliter diſtinctum; totum hoc enim ſignificatur per vocem, *coadorari*, quę idē eſt, atque adorari ſimul cum alio, ſicq; Spiritus Sanctus dicitur conglorificari cū Patre, & Filio, quia ab illis perſonaliter diſtinctus eſt; ergo ſi Chriſtus coadoraretur cū Verbo, eſſet perſonaliter diſtinctus à Verbo Filio Dei, ſicut admittūt hæretici Neſtoriani, reijcit tamen veritas, quæ eundem Filium Dei vnam perſonam agnoſcit in diuina natura, & humana ſubſiſtentem. Deinde ſi coadoratur cū Verbo Filio Dei, poterit Chriſtus adorari ſine Filio Dei, & illo adorato non adorari, quæ abſurda ſunt.

8. Secunda pars non minus eſt certa, quám prima, & eodem Concilio Epheſino definita, vbi dicitur, quod vna adoratione debemus adorare Emmanuelē: Emmanuel autem dicit totum id, quod eſt Deus, & homo, quod declarat Concilij Epheſini definitio, dum addit nos vnam glorificationē Chriſto reddere, quod Verbum caro factum eſt: at verò Verbum caro factum eſt vnum quid perſonaliter compoſitū ex natura diuina, & humana. Et ſupracitatum Concilium quintum generale anathematizat, qui vna adoratione Verbum incarnatū cū propria ipſius carne nō adorat, ſicut ab initio traditum eſt Eccleſiæ Dei. Oſtenditur prætereà ratione theologica, quoniam latriæ adoratio per ſe terminatur ad id, qđ eſt vnum ſubſiſtens, cui per ſe cōuenit ratio adorationis: ſed Chriſtus Dominus, quatenus eſt vnum quid perſonaliter ex natura diuina, & humana compoſitū, & quatenus eſt Verbum hypoſtaticè carni vnitum, eſt vnum quid per ſe ſubſiſtēs, cui per ſe cōuenit ratio adorationis: ergo ipſe in illa ſua compoſita vnitate perſonali eſt per ſe terminus adorationis latriæ. Minor oſtenditur, quo-

Conc. Eph.
Conc. 5. generale.
Latria reſpicit ſubſiſtens.

niam natura diuina, quæ eſt ratio adorationis latriæ, eſt de intrinſeca ratione illius compoſiti; vnde per ſe tale compoſitum habet rationē adorationis latriæ. Videatur
D.Cyrill. Cyrill. de Incarnatione Verbi c.26. & in lib. Apologet. Anathemat. 8. & aduerſus
D.Ambr. Theodoret. codē loco, Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto
D.Damaſc. cap.2. Damaſc. lib.3. de Fide
D.Aug. cap.8. Auguſt. de Verbis Domini ſerm.58. Et communiter id ipſum ſæpè apud Patres reperitur.

9. Tertia pars aſſertionis aſſerens, latriam Chriſto Domino proprio iure deberi, oſtenditur, quoniam Chriſtus eſt naturalis Dei Filius habens à Patre per æternam generationem diuinitatem, quæ eſt ratio adorationis latriæ, eſtq; proprijſſimè perſona diuina. Deinde contra errorem oppoſitum oſtenditur, quoniam in eo conceditur, Chriſtum Dominum poſſe adorari adoratione latriæ: ſed hoc fieri non poſſet niſi eſſet verus Deus, neque Pater id præciperet, iuxta
Iſai.42. Iſai. 42. *Gloriam meam alteri*
Deuter.6. *non dabo*. Et Deuter.6. vbi ſolus Deus præcipitur adorādus; ergo ex eo, quod Pater iuſſit illum adorari tanquā Deum, rectè etiam colligitur illum eſſe verum Deum, & in ſe ipſo habere omnem rationem adorationis latriæ; vnde verba illa Pſalmi 96. Pſal.96.
Adorate eum omnes Angeli eius: ex quibus hæretici ſiniſtrè interpretatis colligunt præceptum de adorando Chriſto, vt dicant ipſum ex Patris præcepto adorari, & nō quia in ſe ipſo contineat rationē adorationis latriæ, potiùs in ipſos retorquentur; ideò enim Pater præcipit Chriſtum adorari, quia eſt naturalis filius Dei, & Dominus Angelorum, quod oſtendit illa particula, *eius*, per quam Angeli dicuntur ipſius Chriſti, quod Paulus expoſuit, *Dei*, id eſt Angeli ipſius, qui eſt idem Deus. Et ex his tribus impugnati, & expugnati manent tres ſupradicti hæreticorum errores.

ARTICVLVS VIII.

Idem dicendum de humanitate, prout vnita perſonæ Verbi.

De adoratione humanitatis loqui poſſum⁹ dupliciter, quod 1.
ad præſens attinet. Primo

quo pacto illa adoretur vnita perſonæ Verbi, & quatenus perſona Verbi in ea ſubſiſtit. Secundò, quo pacto ipſa deberet adorari, vel in re ipſa, vel per cogitationem à Verbo ſeparata, de quibus ſuo ordine in ſequentibus.

2. *Magiſt.* Nonnulli ergo, quos refert Magiſter in 3. d. 9. aſſeruerunt, humanitatem, neq; etiam vt vnitam Verbo, & in Chriſto exiſtentem poſſe adorari adoratione latriæ, quæ fuit ſententia Alenſ. 3. p. q. 30. memb. 2. & poſt eũ Gabrielis citata d. 9. q. vnica art. 2. concl. 3. & 4. & in Canone Miſſæ lect. 30. propoſit. 3 circa quod videri etiam poteſt Cordubenſ. lib. 1. q. 5. Dicunt ergo prędicti authores naturam humanam, etiã prout in ea ſubſiſtit perſona Verbi, nõ poſſe adorari adoratione latriæ propriè dictę, quia nimirũ humanitas nõ poteſt eſſe terminus talis adorationis, qualis eſt totum ſubſiſtens cõtinens in ſe totam rationẽ adorationis latriæ: dicunt tamen humanitatem eſſe adorandam ſumma dulia, ſiue hyperdulia.

Alex. Alenſ. *Gabr.* *Cordub.*

3. Reijcitur ſuperior ſententia. Contra quem tamen dicendi modum ſit vnica concluſio. Humanitas Chriſti Domini, vt eſt in Chriſto, & prout eſt diuinitati vnita in perſona Verbi, poteſt, & debet primò & immediatè ſimpliciter adorari adoratione latriæ, non tamen ſecundùm ſe, ſed ſecundùm aliud in ipſa, id eſt, non quaſi ipſa ſecundum ſe primò immediatè adoretur, ſed quia Chriſtus primò, & immediatè adoratur. Prima pars aſſertionis ſtatuens humanitatẽ vnitam Verbo eſſe adorandam adoratione latriæ, videtur probata ijſdem teſtimonijs, quibus oſtẽdimus Chriſtum Dominũ cum ſua carne adorãdum eſſe adoratione latriæ. Et propter hanc rationẽ Vaſquius exiſtimat illam definitam fuiſſe ab Eccleſia, præſertim in Concilio Alexandrino in epiſtola ad Neſtoriũ probata à Concilio Epheſino. Quidquid tamẽ ſit de hac cenſura, quę ſub eo ſenſu, in quo à prædictis authoribus catholicis defenditur, non videtur definita; eam tamen defendunt omnes illi, qui dicunt humanitatem Chriſti ſimul cũ Verbo eadem adoratione eſſe adorandam. Ita D. Thomas, Caiet. Bonauent. Richard. Henric. Albert. Al-

Vaſq. *Conc. Alexand.* *D. Thom.* *Caiet.* *D. Bonau.* *Richard.* *Henric.* *Albert.*

main.

Almain. Capreol. Durand. Maior. Marſil. Magiſt. Scotus. Suar. Vaſq.

main. Capr. Durand. Maior, & Marſil. in 3.d.9.cum Magiſtro, vbi etiam Scot. eadé diſt. q.1. §. *De tertio articulo*, Thom. Vuald. tom.3. de Sacramétalibus cap.119. Suar. 3.p.q.25.diſp.53.ſect.2. Vaſquius eodem loco diſp. 95. cap.2. Et eſt communis Patrum cõſenſus, vt videri poteſt apud Epiphaniũ, Athanaſ. & Damaſc. aliosq; quos videre poteris apud eundem Vaſquium loco citato. Pro quibus ſatis ſit Pater Aug. ſerm.58. de Verbis Domini, vbi condemnat eum, qui in Chriſto Domino humanitatem, non ſolum aut nudè ſumptam, ſed diuinitati vnitam, vnum Dei filium Deum verum, & hominem verum adorare contempſerit. Vbi duo tradit; primum, humanitatem eſſe adorandam diuinitati vnitam: ſecundum, dum dicit vnum Dei Filium verum Deum, & verum hominem, oſtendit ſecundam partem aſſertionis nimirum humanitatem non adorari ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud in ipſa, quia videlicet Chriſtus in ea adoratur: quod etiam citato loco declarauit dicens: *Ego Dominicã carnem, imò perfectam in Chriſto humanitatem propterea adoro, quod diuinitati vnita eſt, non quod alium, & alium, ſed vnum, & eundem Deum, & hominem confitear*. Idem etiam docuit Pſal. 98. cũ diceret, ſcabellũ pedum Domini, id eſt, carnem Chriſti, adorãdum eſſe adoratione latriæ. Confirmari tandem poteſt, quoniã in Concilio Trident. ſeſſ.13. c.5. & 6. decernitur Euchariſtiæ ſacramentum adorandum eſſe adoratione latriæ, ob prǽſentiam nimirum diuinitatis, quæ per concomitantiam eſt in eodem Sacramento: ſi ergo Sacramentũ, quia re vera diuinitaté continet, latria eſt adorandum, qui fieri poterit, vt humanitas ipſi diuinitati in vna, & eadem perſona Verbi vnita non adoretur latria?

Epiphan. Athanaſ. Damaſc. P. Aug. Pſal 98. Cõc. Trid. Sacramentum Euchariſtiæ latria adorãdum.

4. Secunda pars aſſertionis oſtenditur, quoniam vt D. Bonauét. in 3.d.9.q.1.ar.6. dicit, humanitas eſt adoranda latria, quia in illa adoratur Chriſtus: nam adoratio, vel honor non reſpicit hanc partem, vel illam, ſed totum, vnde dum parti exhibetur honor, exhibetur perſonæ, quæ in ea ſubſiſtit. Deinde adoratio, vt optimè D. Tho. docet 3.p.q.25.art.1. & 2. nõ

D. Bonau. D. Thom.

terminatur, niſi ad ſubſiſtẽs: ſed humanitas Chriſti Domini, vt eſt natura, & forma dans Chriſto eſſe humanũ, etiam vnita Verbo non eſt ſubſiſtẽs, cum ſit quid creatum, & nõ perſona, imò verò in illa ſubſiſtit perſona Verbi; ergo non poteſt primò, & immediatè terminare adorationem ſecũdum ſe, ſed illam terminabit ſecundum aliud, hoc eſt, quatenus Chriſtus adoratur, & Verbum cum ſua carne; vnde, vt alij loquuntur, tunc coadoratur humanitas adoratione Verbi. Et confirmatur, quoniam ſecundum ſe primò, & immediatè non poteſt terminare adorationem latriæ, niſi Deus: ſed natura humana Chriſti, etiam vnita Verbo, & vt eſt forma quædam dans eſſe humanum, non eſt Deus, ſicut etiam non dicitur, quod humanitas in eo ſenſu ſit Chriſtus, aut Verbum, aut perſona Verbi: ergo ſecundum ſe humanitas non poteſt terminare latriã, quam tamen terminabit ſecundum aliud, hoc eſt, quatenus totus Chriſtus adoratur. Cum verò dicimus humanitatem vnitam adorari ſecundum aliud, non intelligimus ipſam vnitionem eſſe rationem formalem adorationis, ſed eſt ratio, quare totum in ipſa humanitate adorari poſſit ad eum modum, quo purpura regis nõ adoraretur, niſi eſſet in rege; ſic etiam niſi humanitas Chriſti eſſet vnita diuinæ perſonæ, in ea immediatè adorata non diceremur immediatè adorare Chriſtum perſonaliter. Dico, *perſonaliter*, propter honorem, qui alicui exhibetur in imagine, aut legato, de quo infrà.

humanitas non terminat latriam ſecundum ſe, ſed ſecũdum aliud in ipſa.

Colliges ergo ex dictis 5.
humanitatẽ ſecundum ſe ipſam, & in ſe ipſa adorari adoratione latriæ eadem, qua Chriſtus adoratur, adorari tamen ſecundariò, & ex cõſequenti: quod oſtenditur, quoniam actio, quæ per ſe primò, & immediatè terminatur ad totum, ſecundariò, & ex conſequenti terminatur ad partes in ipſo toto, ad eum modum, quo generatio, qua generatur totum ſiue ſubſtantialiter, ſiue accidentaliter, primò, & immediatè terminatur ad totum, ſecundariò veró ad partes: ſed adoratio, ex dictis, per ſe primò, & immediatè terminatur ad totum Chriſtum;

Actio quæ per ſe eſt ad totum ſecundario eſt ad partes.

ergo

ergo ad humanitaté, in qua Verbum ſubſiſtit ſecúdario, & ex conſequenti; & hoc modo loquuntur Patres, & ſcholaſtici, nam Epiphanius docet, Chriſtum adorari cũ corpore, ita vt corpus coadoretur cũ Chriſto, vbi hæreticis objiciétibus; *Ergo creaturam adoras*, reſpõdet: *Et rex purpura indutus adoratur, num ergo purpura, an rex adoratur? Clarum eſt, quod rex, coadoratur autem cum eo & purpura, quam geſtat*: & addit, *Sanè nemo dixerit vnigenito, dimitte humanitatem, vt te adorem, ſed adorat cum corpore vnigenitum increatum cum ſancto, quod accepit, tẽplo*: idem ex Patre Auguſtin. ſerm. 58. de Tempore: *Periculum mortis incurrit, qui purpuram cum rege ſimul adorare contempſerit*. Damaſc. lib. 4. de Fide cap. 2. & 3. Chryſoſt. in lib. de Trinitate, ſi illius eſt, & eleganti ſimilitudine animæ & corporis docet Cyrill. in libr. Apologet. anathemat. 8. Chriſtum vnum exiſtentem, non abſque ſua carne, ſed cum ſua carne adorandum eſſe, eo prorſus modo, quo dum adoratur homo, adoratur cũ ſua anima, & corpore, ita vt adorato homine anima & corpus in ſe ipſis coadorentur. Et meritò ſic ſancti Patres loquuntur, aliter enim quomodo verum eſſet illud à Patribus receptum, quod Athanaſi. dixit orat. 5. cõtrà Arrianos, nimirum carnem nullam attuliſſe ignominiam verbo Dei, ſed potiùs ipſam per verbum Dei glorificatã fuiſſe? Eodem modo loquuntur cõmuniter ſcholaſtici, Scot. citata d. 9. Richard. ibidem q. 1. Durand. q. 2. art. 1. n. 7. Maior q. 1. concluſione 4. Marſil. q. 8. art. 2. Palat. diſp. 1. Medin. 3. p. q. 25. ar. 2. concluſione 2. Ex quibus patet reſponſio ad rationem Aléſis, Gabrielis, & Cordub. quorum ſententia an aliqua digna ſit cenſura, mox ſubijcimus.

Epiphan. *P. Aug.* *Damaſc.* *Chryſoſt.* *Cyrill.* *Athanaſ.* *Scotus.* *Richard.* *Durand.* *Maior.* *Marſil.* *Palat.* *Medina.*

ARTICVLVS IX.

Oppoſitum aſſerere ad minus erroneum eſſe, & hæreſi valdè proximum.

Nonnulli ex recentioribus Theologis ꝓpter definitionem 5. Synodi generalis ſeſſ. 8. c. 9. vbi definitur, Chriſtum cũ ſua carne eſſe adorandũ, exiſtimant prædictam propo- 1. Cenſura recentiorum

ſitionem eſſe de fide, & oppoſitam hæreticam, proindeq; Alexandri, & aliorum ſentétiam ſupra relatam nõ poſſe ſuſtineri, cum aduerſetur citatæ diffinitioni, præcipuũq; adducunt fundamẽtum ex ipſa diffinitione Cõcilij. Ita Vaſquius citata diſp. 95. c. 2. Pro quo etiam adducit Concilium Alexandrin. in epiſtola ad Neſtorium, quæ approbata fuit in Concilio Epheſino, & eſt decima inter epiſtolas Cyrilli, vbi dicitur, Chriſtũ vna adoratione propria cũ ſua carne adorari: adducit etiam Trident. ſeſſ. 13. c. 5. & canon. 6. vbi decernitur Sacramentũ Euchariſtię latriæ adorationẽ venerãdum eſſe ob præſentiã ipſius diuinitatis: vnde valebit conſecutio, humanitatem latria eſſe adorandam, ſiquidem in ea tota diuinitatis plenitudo corporaliter habitat. *Vaſq.* *Conc. Alexand.* *Cõc. Trid.*

2. Alij verò inter quos ſunt Medin. & Palac. dicunt non eſſe afficiendam illam ſentẽtiam tam graui cẽſura, quoniam Concilium non diffinuit, niſi Chriſtum D. vna adoratione, idest, non diſtinctis adorationibus ad diſtinctas perſonas terminatis, eſſe adorandum, cum hæreſis ſit in Chriſto duas dicere, aut venerari perſonas. Quæ ſolutio cõformis eſt Gabrielis menti, qui ad idem ferè obiectum ex Damaſcen. reſpondet, vna adoratione humanitatem cum Verbo eſſe adorandam, non quod ipſa quoque humanitas adoretur, & cum Verbo ſit terminus adorationis, ſed quia vna, & eadem perſona ſubſiſtens in natura diuina, & humana adoratur vna adoratione: vnde nunquam cõcedit naturam humanã adorari adoratione Verbi, tanquam terminum ipſius. *Medina. Palac.* *Gabr.* *Damaſc.*

3. Obiectio. Et pro hac ſententia poteſt ampliùs obijci, quoniã etſi humanitas Chriſti conſideretur vt vnita perſonæ Verbi, & diuinitati in Verbi perſona, tamen ſemper eſt quid creatum: ſed nulli creaturæ poteſt exhiberi cultus latriæ; ergo neque humanitati quomodocunq; acceptæ. Et confirmatur, quoniã eadem eſt ratio de ſumma adoratione, quæ eſt latriæ, & de ſumma dilectione: ſed totus Chriſtus non eſt diligibilis ſumma dilectione, ſiquidem natura humana nõ eſt ſummè diligibilis, cum *Confirmatur primo exemplo ſummæ dilectionis.*

ſit quid creatũ, quemadmodũ & ipſa vnio humanitatis ad perſonã Verbi; ergo non eſt etiam ſummè adorabilis propter humanitatẽ, quę cũ ſit quid creatũ, non poterit ſummè adorari. Cõfirmatur

Secundo ex gloſſ. in Pſal. 98.

ſecundò ex gloſſ. in Pſal. 98. ad illa verba. *Adorate ſcabellũ pedum eius*, vbi docet carnem Chriſti non eſſe adorandam adoratione ſoli Deo debita, quæ eſt latria. Confirmatur

Tertiò, ex adoratione quam Chriſtus præſtitit Patri.

tertiò, quoniam Chriſtus Dominus ſecundum humanitatẽ adorauit Patrem; ergo nõ poteſt ſecundum humanitatem adorari latria: nam, qui Deum adorat non poteſt adorari, vt Deus, ſecundum eandem naturam, in qua illum adorat.

4. Concluſ.

In hac ergo dubitatione ſic poſita non erit ita planum iudicare: ſtatuitur ergo primò ſimpliciter, & abſolutè dicendum eſſe humanitatẽ Chriſti Domini, & eius carnem vnitam Verbo adorandam eſſe latria, & oppoſitum non eſſe admittendum, ſed omnino relegandum. Prima pars ſatis ex antecedentibus patet, & ſecunda manifeſtè oſtenditur, dum prima communiter à ſanctis Patribus inculcatur, imò & expreſsè traditur, contra quos in re tam graui communiter ſentientes nefas eſſet ſentire: præter quos ſupra citatos videri poteſt Origen. hom. 5. in Iſai, vbi ideò adoramus, inquit, ſcabellum pedum eius, id eſt carnem, & Hilar. 2. de Trinit. á Magis dicit non ſolùm adoratum eſſe Chriſtum in cunis, ſed addit ab illis carnis humilitatem eſſe adoratam. Et Theophylact. in capite 28. Matth. ſimpliciter docet humanam naturam in cœlo vnitam Dei Verbo ab Angelis adorari. Et Ambroſ. in libr. de Spiritu Sancto cap. 12. Myſteria incarnationis Dominicæ eſſe adoranda: expreſsiùs Athanaſi. de Incarnatione Verbi, & Chriſti hæreticis dicentibus ipſos non adorare rem creatam. Reſpondet, *O ſtulti, cur non cogitatis creatum Domini corpus non auferre adorationem eius, qui increatus eſt*: & infra de corpore Chriſti, inquit, *Eaque de cauſa legitimè adoratur, & diuina colitur adoratione: Deus enim Verbum eſt, cuius proprius eſt corpus*, & idem docuit oratione quinta in Arrianos, & paſſim alij Patres.

Origen. Hilar. Theophyl. D. Ambr. Athanaſ.

Digitized by Google

5. 2. cõcluſio erronea oppoſita ſententia, & hæreſi valdè proxima.

Dicendũ eſt ſecundò, erroneũ ad minus eſſe, & hæreſi valdè proximum aſſerere, carnem Chriſti, eiusque humanitatem, vt vnitã perſonę Verbi nullo modo poſſe adorari adoratione latrię, eãq; terminare. Efficax huius aſſerti ratio ſumitur ex controuerſia, quam conſtat cum hæreticis habuiſſe antiquos Patres, qui vel ante, vel ipſo tempore 5. Synodi generalis citatæ extiterunt, cõtra quos hæreticos Athanaſ. ſupra citatus, dum aſſerebãt Verbum Dei aſſumpta carne manſiſſe inadorabile latria, quia ſcilicet ipſum ſine carne ſua adorari non poſſet; at verò ipſa caro inadorabilis eſſet, quia erat creatura, quod videbis etiã apud Epiphan. Cyrill. Damaſc. & Aug. ſupra citatos, qui omnes vnanimiter cõtra hæreticos docuerũt, carnẽ Chriſti ſimul cum Chriſto latria adorari, ita vt cũ Chriſto ſimul coadoraretur. Qui modus loquendi, vt patet ex ijs, quæ ſupra diximus ſatis inſinuat etiã ipſã humanitatẽ adorari, quãuis ſecundariò: aliter enim quomodo eſſet verũ carnem coadorari, aut Chriſtũ adorari cũ ſua carne, potiùs enĩ diceretur Verbũ ſubſiſtẽs in carne eſſe id, quod adoratur, quæ tñ citatæ locutiones ſunt vſitatæ à ſanctis Patribus, vt vidimus: adde ſupra poſitam rationẽ philoſophicã, quoniã actio, quæ terminatur ad totũ totaliter partialiter terminatur ad partes, & ſicut totum totaliter illam terminat, ita partes partialiter; ergo ſicut totus Chriſtus adoratur totaliter, ita etiam humanitas partialiter.

Athanaſ. *Scotus.* *Epiphan. Cyrill. Damaſc. P. Aug.*

Ex quibus ea mihi videtur fuiſſe mens Cõcilij, quæ in concluſione cõtinetur; nam Conciliũ in definitione citata nõ ſolũ damnauit Neſtor. qui dixerũt, Chriſtũ duab' adorationibus eſſe adorãdũ, & nõ vna tantũ, vt qui duas in Chriſto perſonas ſtatuebant, ſed etiã eos, cõtra quos Athanaſ. ſupra loquutus eſt, qui aſſerebant Verbum per carnis aſſumptionẽ mãſiſſe inadorabile, quia ſcilicet ſine carne adorari non poterat, carnem autẽ abſurdũ putabant adorandã eſſe latria, cũ creatura eſſet: vnde Cõciliũ definiuit nõ eſſe Chriſtum duabus adorationibus diſtinctis, & ad diſtictas perſonas terminatis adorãdũ, ſed etiã defini- 6. Concilij mens quæ fuerit.

definiuit Chriſtũ vnica adoratione cũ ſua carne adorandũ eſſe, vnde videtur planè ſenſiſſe adorationẽ Chriſti etiã terminari ad carnẽ ipſius, vnde oppoſitum aſſerere ad minus erroneũ, & hæreſi valdè ꝓximũ dixerim. Dixi in concluſione nullo modo poſſe adorari latria, illamq; terminare, quoniã nonnulli autores catholici in hoc explicãdo aliquãtulũ diſſidẽt, quidã enim dicunt illã non eſſe verã, ac ꝓpriã adorationis terminationẽ, alij nõ eſſe hanc tam propriè latriã, & propter hæc ſubterfugia opinio nõ erit hæretica formaliter, ſicut alij aſſerebant.

7. Ad fundamenta oppoſita. Fũdamenta oppoſita facilè diluũtur, nã primi nihil nobis aduerſãtur, ſed potiùs cẽſurã oppoſitę ſẽtẽtię augẽt, quibus nõ omnino aſſentimur, vt iã diximus, quoniã citata definitio Cõcilij nõ ita expreſsè eã ſententiã dãnat, vt formalẽ hæreſim dicam⁹ eo modo, quo Medina, & Palac. illã explicant. *Medina. Palac.* Explicatio verò illorũ, quã adducũt ad citatam definitionem Concilij ex ijs, quæ diximus in ſecunda concluſione apertè manet impugnata, nec alia indiget reſponſione.

8. Ad obiectionem. Ad argum. quod primò pro eadẽ ſententia obijcitur, cõceſſa maiori, diſtinguẽda eſt minor. Etſi velit creaturã non poſſe ſecundũ ſe immediatè, & ratione ſui terminare adorationẽ latriæ concedẽda: ſi verò velit nõ poſſe adorari latria ſecũdum ſe, ſed in alio tantũ, & ſecũdariò, ita vt ratio illius adorationis nõ ei ꝓueniat à ſe ipſa, ſed ab alio, in quo eſt, negãda eſt minor, & eadẽ diſtinctione diluitur cõſequẽs argumenti, & hoc etiã confirmat primã, & ſecundã partẽ noſtræ concluſionis, quã tradidimus ſuprà. Ad primã confirm. Prima cõfirmatio, quæ fundatur in ſumma dilectione, qua humanitas nõ eſt diligenda cũ ſit creatura, ſimili ferè ſolutione explicatur, pro qua Scot. in 3. d. 9. q. 1. § *Sed dubiũ eſt*. *Scotus.* Et in hoc duo certa ſunt. Primum, Chriſtum Dominum, *quatenus Deus eſt*, eſſe diligẽdum ſumma dilectione; eſt enim quatenus Deus diligendus eadem dilectione, qua Pater, & Spiritus Sanctus, quæ eſt ſumma, & ſuper omnia. Secundum certum etiam eſt, Chriſtum, quatenus homo eſt, & ſecundùm naturam huma-

Digitized by Google

nã præciſè, non eſſe ſummè diligibilem, cum ſecundum illam nõ habeat ſummã, & infinitã perfectionẽ,ſed participatã, vt tamen docet D. Thom.opuſc.61.c.9. cũ ſequẽtib' etiã vt ſic eſt diligibilis ſuper omnes creaturas: vnde colliges alia duo: primũ humanitatẽ ipſã exiſtẽtem in Chriſto, ſi ſecundum ſe accipiatur nõ eſſe diligibilẽ ſumma dilectione, cũ ſit bonitas quædã participata, &creata perfectio,ſũma autẽ, & infinita perfectio ſoli Deo debeatur. Alterum eſt, Chriſtum D. ſimpliciter, & abſolutè loquẽdo eſſe diligibilẽ ſumma dilectione, quia ſimpliciter & abſolutè loquẽdo Chriſtus D.eſtDeus, Deus autem eſt ſummè, & ſuper omnia diligendus.

D. Thom.

9. Tota ergo dubitatio eſt, vtrũChriſtus D.vt dicit vnũ quid ex diuina natura,& humanaperſonaliter cõpoſitũ, ſit ſũma dilectione diligẽd', ſicut & ſumma adoratione colẽdus? In qua dubitatione ex mente Scoti ſupra citati dupliciter reſpõderi poteſt, primò aſſignãdo rationem diſcriminis inter ſummã dilectionẽ, & ſummã adorationẽ,nam adoratio cõfuſè reſpicit totũ adorabile, & ex cõſequenti ſecũdario terminatur ad partes: at dilectio, nõ ſic terminatur ad totum cõfuſè,ſed diſtinctè,itavt totũ diſtinctè diligat ratione ſuarũ partiũ, vnde ſi in aliqua parte nõ reperiatur ratio talis dilectionis, non illã habebit ſecũdariò à toto, & cõſequenter nec ſecundariò diligetur ea ſũma dilectione, qua totũ diligitur; quod tamen ſecus reperitur in adoratione, vnde ſecundũ hunc dicendi modũ negatur ſimilitudo, quæ in argumento tãgitur à dilectione ad adorationẽ.Verũ iſtã ſolutionẽ tangit Scotus,ſed nõ approbat,niſi ex ſuppoſitione, qđ dilectio nõ terminetur confusè ad totũ, ſicut adoratio, & ſecũdariò ad partes, vnde tutũ eſſe dicit, totũ Chriſtũ ſũma dilectione diligere, ſicut & illũ sũma adoratione adorare. Vnde ad argum.in forma negãda eſt minor, nã licet vnio hypoſtatica nõ ſit Chriſto formalis ratio ſummæ dilectionis,neq;ipſa natura diuina ſatis eſt,quod natura humana ſit naturaChri in ea ſubſiſtẽtis ad hoc vt in ipſoChriſto,&cũ ipſo ſũmè diligatur,ſicut etiã adoratur huma-

Scotus.

Diſcrimen inter ſummam dilectionem,& ſummam adorationẽ

Non probatur.

Soluitur ſiter arg.

humanitas latria, etiāſi ipſa in ſe non habeat rationem latriæ, ex eo ſolùm, quia in ea ſubſiſtit Verbum: idemq; oſtendi poteſt in ſumma dilectione, quæ terminatur ad Patrem, & ex conſequēti ad perſonalem proprietatem ipſius, cum tamen ipſa perſonalis proprietas ratione ſui non ſit ſumma dilectione diligibilis, neque ſūmam perfectionem in ſe habeat præciſè ratione ſui, ob quam ſumma dilectio ei debetur, ſed ſolum ratione eſſentiæ, cum qua actu ex natura rei eſt idem, & quam in ſe includit. Et ſimile ſupra diximus de ratione adorationis latrię, reſpectu proprietatis perſonalis.

10. Ad 2. confirmationē. Secunda confirmatio ex gloſſa agit de carne Chriſti ſecundum ſe, & ratione ſui accepta, quo pacto ei non debetur latria, vt patebit ex ſequentibus: aduerte gloſsā illam, quæ citatur, non reperiri apud Auguſtinum. D. Aug.

11. Eadem perſona adorat, & adoratur in duplici natura. Ad tertiam difficultatem reſpondetur, eandem perſonam ſecundum vnam & aliam naturam poſſe adorare, & adorari, adorare quidem ſecundùm naturam humanam, adorari verò ſecūdùm diuinam, quæ eſt doctrina D. Cyrilli loco ſupra citato anathemat. 8. nam natura diuina eſt ratio formalis, ob quam Chriſtus latria adoretur, & natura humana eſt ratio, quare ipſe Deum adoret; & ſe ipſū, prout Deus eſt. Cyrill.

12. Inſtantia. Verum adhuc eſt inſtantia, & vrgens, ſequitur enim naturam humanā eſſe adoratam, & adorantem: adorantem quidem, vt patet, ſiquidem perſona Verbi in eadem natura humana adorat, imò, & illa eſt formale principium talis actionis, ſicut & cæterarum omnium actionum creatarum, quas Verbū ſubſiſtens in ea operabatur: rem verò adoratā, quoniam humanitas vnita Verbo, vt dixim⁹ ſupra, etiā adoratur eadem adoratione latriæ, qua Verbū adoratur, ſeu potiùs coadoratur cum Verbo; nam Verbū cum ſua carne adoratur.

Dilutio. Verum adhuc in hoc ſenſu aſſumptū negandū eſt, nam quod humanitas ſit ratio actiuę adorationis, tollit quidem, quod ſit etiam ratio paſſiuæ adorationis: hæc enim opponuntur, non tamen tollit quominus ipſa ſit res paſſiuę adorata, quādo nō ratione ſui

Digitized by Google

ne ſui in ſe, & primario,ſed ſecundùm aliud, & ſecundariò adoratur, ſicq; humanitas,quæ eſt ratio, quare Chriſtus adoret Deum, non habet in ſe rationem, quare ipſa cum Verbo adoretur; eſt tamen res adorata, ſeu coadorata cum Verbo ratione ipſius Verbi, cui vnita eſt, quę cum nō ſit perſona,poteſt coadorari cum perſona, quæ in ea ſubſiſtit, & quæ in ſe habet rationem adorationis.

13. *D. Bonau.* Non me latet Diuum Bonauent. citata diſt.9. artic.1. q.1.n.12. ad vltimum difficultatem ſoluere, dicendo, Chriſtum nō adorare Deū, quoniam adoratio ſupponit ſubiectionem, & ſeruitutē: Chriſtus autem non eſt ſeruus Dei; cuius tamen oppoſitum docet D. Thomas 3. p.q.20.ar.1.& 2. cum Patre Auguſtino, cum ſecundùm humanitatē Chriſtus ſit Patri ſubiectus, & ſit minor illo,ſed his in ſuum locum reſeruatis optima eſt ſolutio ſupra aſſignata. *D. Thom. P. Aug.*

14. Duo tamen adhuc inquiri poſſunt. Primum, vtrum hæc propoſitio ſimpliciter ſit concedenda, *Chriſtus quatenus homo,eſt adorandus latria?* ad quam Palacius in 3. d. 9. diſput.1.& Medin.3.p. q.2. art.2.ad 2.argumentum,negatiuè reſpondent, & ratio eſt, quoniam illa particula, *quatenus*,accipitur reduplicatiuè, ac proindè denotat cauſam, & rationem formalem, propter quā Chriſtus adoratur,eſſe humanitatē,quod eſt apertè falſum. *Palac. Medina.* Alij etiam negandā dicunt,ex eo, quia terminus, *homo,* in reduplicatione ponitur à parte prędicati, tunc enim accipitur formaliter, ita vt ſupponat pro ſuppoſito, non ſimpliciter, ſed affecto eſſe humano, iuxta ſententiā D.Thomæ 3.p.q.16.art.10. in corpore, & ad ſecūdum: ſic autem ſupponens videtur denotare eſſe humanum eſſe cauſam, quare Chriſtus latria adoretur. *Ex manuſcribentibus doctiſsimi. D. Thom.* Suar. 3.p.diſp. 53. ſect.2. §.*Vt reſpondeamus*, & §.*Secundò oportet*,dicit illā particulam, *quatenus*, ſeu, *in quantum*, vel poſſe ſumi reduplicatiuè, vel ſpecificatiuè,priori modo indicat cauſam adorationis latriæ eſſe humanitatem, ſicq; falſam reddit propoſitionē, neque enim humanitas, vt patet, eſt cauſa, quare Chriſtus latria adoretur : ſpecificatiuè *Suar.*

autem

autem conceditur á Theologis, quia nimirum, vt ſic, non denotat cauſam, & rationem adorationis; quam ſolutioné ante eum tradiderat inſignis præceptor Frãciſcus á Chriſto Auguſtinéſis in hanc Academiam methodi inuector, & emeritus in 3.d.9.q.1.ad primum, dicens dictam propoſitionem diſtinguendam eſſe,etſi particula, *in quantum*, denotet cauſam, & rationem adorationis, eſſe falſam, ſi ſolum denotet rem adoratam,quaſi ſenſus ſit,Chriſtus, quatenus homo, hoc eſt,etiam cũ ſua humanitate eſt adorandus latria,eſſe veram, & patet ex ijs, quæ ſupra dixim[9], quæ etiam fuit ſentẽtia Scoti d. 9. q.vnica, §. *De tertio.* Nec rationes oppoſitæ obſtant, nam etiamſi particula, *quatenus*, ſupponat pro ſuppoſito,vt habẽte eſſe humanum, tamen ſi ſpecificatiuè ſumatur,non indicat eſſe humanum eſſe rationem adorationis,ſed ad ſummum indicat eſſe humanum rem etiam eſſe adoratam latria, non quidem ratione ſui, ſed perſonæ in ea ſubſiſtentis.

F. Franc. à Chriſto.

Scotus.

15. E conuerſo autem, ſi inquiras,an iſta propoſitio vera ſit: *Chriſtus ſolum ſecundum naturam diuinam eſt adorandus latria?* Reſpondet Scotus in 3.diſt.9. art.3. in principio. Si particula, *ſolum*, cathegorematicè accipiatur, eſſe veram: cathegorematicè autẽ intelligit Scotus, excluſiuè, ita vt faciat hunc ſenſum. Chriſtus conſideratus cum ſola natura diuina, ſeparando ab illo aut re, aut cogitatione humanitatem, adhuc eſt adorandus adoratione latriæ, quod patet, quoniam adhuc eſt verus Deus: ſi verò ſumatur, vt Scotus loquitur, ſyncathegorematicè, id eſt,includendo humanitatẽ, diſtinguit Scotus ex oppoſito,atque in præcedenti reſolutione; ſi enim particula, *ſolum*,denotet rationem formalem adorationis, vera eſt propoſitio, facit enim hunc ſenſum. Chriſtus ratione ſolius diuinæ naturæ eſt adorandus latria, quod eſt veriſſimum: ſi verò denotet rem adoratam, falſa eſt propoſitio; facit enim hunc ſenſum: Chriſtus cum ſola natura diuina eſt adorandus latria,& conſequenter non eſt cum eo humanitas coadorãda latria, qui ſenſus falſus eſt, vt patet ex dictis.

Scotus.

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

Humanitatem Chriſti, ſi à Verbo dimitteretur, adorandam fore hyperdulia.

1. De natura humana, quæ eſt vniti, ſi à Verbo dimitteretur.

NON loquimur in præſenti de natura humana Chriſti Domini Verbo vnita, & ſola noſtra cogitatione ſine Verbo apprehenſa, de ea enim vt ſic ſpectata in ſequẽtibus dicendum ſupereſt; neq; etiã loquimur de illa in eo ſtatu, in quo poſſet concipi antequã Verbo hypoſtaticè vniretur, vt ſic enim non aliter adoranda eſſet, quam quælibet alia natura humana creata æqualis cum illa conditionis, & dignitatis; loquimur ergo de natura humana, quæ perſonæ Verbi eſt vnita, ſi nunc à Verbo rè ipſa dimitteretur, & in hoc ſenſu inquirimus qua nam adoratione illam oporteret venerari. In quo ſenſu Vuicleph. teſte Vualdenſi 1. doctrin fid Antiquit. art. 3. c. 44. ſenſit humanitatẽ Chriſti, ſi re ipſa à Verbo ſepararetur, adorandam eſſe adoratione latriæ. Probarique poteſt primo, quoniam latria debetur Deo nõ ſolùm propter beneficium creationis, ſed etiam propter beneficiũ redẽptionis, ergo ſicut Chriſtus propter naturam diuinam, ratione cuius nos creauit, eſt adorandus latria; ita etiam latria ei debetur propter naturam humanam, ratione cuius nos redemit, & in qua paſſus eſt, & redemptor extitit. Confirmaturq; primo ex D. Paulo ad Galat. 4. Quoniam nos per opus redemptionis empti ſumus pretio ſanguinis Chriſti, & facti ſerui ipſius; ergo ſicut Chriſto debemus latriã ob ſupremum dominiũ, quod habet in nos ratione creationis, ita ipſi eandem latriam debemus ratione dominij, quod in nos per redemptionis opus acquiſiuit. Inde merito Bernard. exclamat, *ſi* totum, me debeo pro me facto, quid addam pro me refecto, & refecto hoc modo, id eſt, per ſanguinem effuſum? Confirmatur ſecundo. Quoniam non minus eſt beneficium redemptionis, quàm creationis, ſicut enim Eccleſia canit in benedictione cerei Paſchalis, nihil naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. Cõfirmatur tãdem quoniam bonum gra-

Thom. Vualdenſ.

D. Paul.

D. Bernar.

tiæ,

tiæ, & gloriæ præfertur bono naturæ, ſed per creationē bonum naturæ accepimus, per redemptionem pignus gratiæ, & gloriæ; ergo non minus Chriſtus latria ſub iſta ratione, quā ſub illa adorari debet.

2. Vera ſententia. Vera tamen, & communis reſolutio eſt, humanitatē Chriſti Domini, ſi Verbo dimittatur, & in proprio ſuppoſito ſubſiſtat cum donis gratiæ, & gloriæ, quæ habet, non eſſe adorandam latria, ſed maxima dulia, ſeu hyperdulia. Hanc latè probat Vualdenſ. loco ſupra citato, & Medin. 3. p. q. 25. art. 2. concluſione 3. Palac. citata d. 9. diſp. 1. Suar. 3. p. diſput. 53. ſect. 3 in fine, & Vaſquius cum D. Thom. 3. p. q. 25. art. 2. ab Scholaſticis cōmuniter recepto. Probatur verò apertè, ſi humanitas Chriſti dimiſſa, & realiter ſeparata à perſona Verbi adorāda eſſet latria, proculdubio ipſa in ſe, ſecluſa vnione ad Verbum, contineret rationem talis adorationis, quæ eſt excellentia illa infinita primi principij omniū rerum in eſſendo, & gubernando, quod tamen eſt apertè falſum, vt ſuprà oſtendimus; imò hęc ratio, neque in ipſis perſonalitatibus diuinis præciſis à natura diuina reperitur, proindeq; non eſt adoranda latria.

(Margin: Thom. Vualdenſ. Medina. Palac. Suar. Vaſques. D. Thom.)

3. Vuicleph. Deinde etiam ſi Vuiclepho cōcedamus ratione ſolius beneficij redemptionis Chriſto deberi latriā de quo infrà, adhuc non ſequeretur humanitatem ſeparatam á Verbo eſſe adorādam latria, ſiquidem ille homo, qui reſultaret in ea humanitate nō eſſet redēptor, neque enim in ſe contineret rationem, & valorem redemptionis noſtræ, qui non procedebat ab humanitate, ſed à perſona diuina operāte in ea, etiā ſi humanitas principiū formale eſſet talium actionū, & operū redemptionis noſtrę, pretium tamen, & valorem perſona diuina communicabat operibus, mediāte natura humana, quæ ſicut immediatè deificabat ipſam humanitatem, ita ea mediante deificabat actiones illas quarum humanitas principium formale erat. Et hęc eſt ſententia P. Auguſt. citato ſerm. 58. de Verbis Domini, vbi *perfectam* (inquit) *humanitatem propterea adoro, quia à diuinitate ſuſcepta, & di-*

(Margin: Valor operum Chriſti à perſona diuina. — Auguſt.)

diuinitati vnita eſt. Vbi intellige non eſſe vnitam ipſi diuinitati immediatê, ne detur naturarum cōfuſio, ſed eſſe illi vnitam in tertio, id eſt in vnitate perſonæ Verbi, quæ vnio, ſiue vnitas perſonalis dicitur, & addit, infrà, *Si hominem ſeparaueris à Deo, vt Plotinus, vel Paulus Samoſatēcis, illi ego nunquam credo, nec ſeruio, vt ſiquis noſtrum purpuram, aut regale diadema iacens inueniat, nunquid conabitur ea adorare: ita in Chriſto humanitatem non ſolam, aut nudam, ſed diuinitati vnitā*: Et Damaſc. lib. 3. de Fide cap. 8. *Non nudam, carnem, ſed diuinitati vnitam, & vt in vna perſona, & in vna hypoſtaſi Dei Verbi, adoro in Chriſto ſimul vtrumque*. Expreſsius lib. 4. cap. 3. idē docet eodem P. Auguſtini exēplo de veſte, ac purpura à rege ſeparata. Quę concluſio ita eſt certa, vt nonnulli ex citatis Authores oppoſitam hæreticam dicant; alij falſam, & erroneam, inter quos eſt Suar. ſupra citatus, quam cenſuram ſine dubio ad minus incurrit, imò, & hæreſi eſt in tantum proxima, in quantum diuinum honorem videtur creaturæ attribuere.

Vnio humanitatis cum natura diuina eſt in tertio, ſiue perſonalis.

D. Damaſ.

Suar.

4. Ad fundamēta ergo, quæ contra noſtram concluſionem adducta ſūt, dupliciter reſponderi poteſt ex Scot. in 3. d. 9. q. 1. art. 3. § *Reſpondeo, & dico*. Nam, qui dixerit rationem formalem adorationis latriæ eſſe ipſam diuinā bonitatem, & excellentiam præſciſè, & ſecundū ſe ſumptam, non verò ex eo, quod ſe creaturis communicauerit, illiſque beneficia contulerit, facilè difficultatem expediet, negans latriam eſſe Deo debitam ob præſciſum beneficium creationis, quo man ſit noſter Dominus, & nos illius ſerui: qui veró dixerit rationem formalē adorationis eſſe bonitatem, & excellentiam diuinam non in ſe ſumptam, ſed prout bonam nobis, atque adeò prout nobis eſſe contulit, ratione cuius habet in nos ſupremum dominium: Reſpondebit ad argumentum verū quidem eſſe latriam deberi Chriſto, non ſolum ob beneficium creationis, ſed etiā ob beneficium redemptionis. Verū latria debetur principali redemptori non verò ei, qui tantum fuerit inſtrumentum redemptionis, vnde cū humanitas fuerit tantum

Scot.

Duplex modus reſpondendi.

Digitized by Google

Humanitas inſtrumentũ redemptionis.

tum inſtrumentum noſtræ redemptionis, fit, vt Chriſtus ſecundum humanitatẽ præſciſè fuerit tantũ inſtrumentalis redemptor, principalis autem, in quãtum cõſideratur, vt Deus habens perſonam diuinam, à qua proueniebat valor, & dignitas operum, vnde nunquã humanitas re ipſa ſeparata à Verbo, ſeu ille homo, qui reſultaret, dici poſſet principalis redemptor, & proinde nullo modo ipſi humanitati ſic ſeparatæ latriæ tribueretur.

5. Confirmariq; poteſt hęc doctrina apertè, quoniam ſi Deus ſtatueret nos creare per Angelum communicãdo illi potentiam creãdi, tãquam cauſæ inſtrumentali (quod plures, & præſtãtiſſimi Philoſophi non reputant impoſsibile) non proinde nos Angelo adorationem latriæ deberemus, & tamen inſtrumentaliter nobis cauſaret beneficium creationis, ſicut, & beneficium redemptionis cauſauit humanitas. Vnde Scotus cum dixit, nos debere Chriſto latriam ex duplici titulo creationis nimirũ, & redemptionis, loquitur ratione principalis redemptionis, & quia in principali redẽptore reperitur etiam ratio adorationis latriæ, quæ eſt diuinitas. Ex quibus mihi perſuadeo aut Palac. & Medin. Scotum nõ vidiſſe, aut illũ non benè percepiſſe, dum dicunt, Scotum ſenſiſſe adorationẽ latriæ debitam eſſe Chriſto ſecundũ naturam humanam ob beneficium redemptionis: & ex dictis corruunt tres eiuſdem argumenti cõfirmationes, quę eò tendũt, vt aſſerant, beneficium redẽptionis æquiparandum eſſe beneficio creationis.

Scotus. *Palac. Medin.*

ARTICVLVS XI.

Quo pacto humanitas per cogitationem à Verbo præciſa adorari poſſit.

1. DVpliciter humanitas poteſt à Verbo cõcipi abſtracta abſtractione vera, & pręciſiua. Primo abſtrahẽdo illam, nõ ſolùm à Verbo, cui eſt vnita, ſed etiam ab ipſa vnione, & alijs, quę illam cõmitantur, & concipiendo illam cum ſolis donis gratiæ, & gloriæ creatis, nihilque interim cogitando de vnione ad Ver-

Humanitas cum vnione, & tamẽ à Verbo præſciſa.

bum. Secundò concipiendo illam abſtractam à Verbo, ceterum concipiendo adhuc in ipſa humanitate ſingularem ſanctificationẽ, & ſanctitatem, quam habet ex vnione ad Verbum, nam poſſe etiam ſic concipi, & præſcindi à Verbo, includendo tamen vnionem, ac dona ipſius, ſentiunt nonnulli, inter quos eſt Suar. citata d. 53. ſect. 3. *§. Supereſt enim.*

Suar.

2. Quo poſito prima ſententia aſſerit, humanitatem, etiam conceptam ſine Verbo poſſe adorari adoratione, quæ non ſit veræ latriæ, cũ hoc diſcrimine, quod, ſi cõcipiatur cũ ſolis donis gratiæ ſanctificantis, & gloriæ, tunc adorabitur vera adoratione hyperduliȩ, quæ apertè eſt diſtincta à latria: ſi verò concipiatur cũ ipſa vnione adorabitur latria impropriè dicta, quæ licet á propria latria ſit diſtincta, tamẽ aliquid etiam habebit ſupra cõmunem hyperduliã propter dictam vnionem conceptam non cum reſpectu ad Verbũ, ſed tanquam donum ipſius humanitatis ſingulare: hæc quantum potui colligere eſt ſententia Suar. citata diſput. pro qua mul-

Suar.

tos alios citat. Duo ergo cõtinet prȩdicta ſententia, primum humanitatem conſideratam ſecundum præſciſa dona gratiæ, & gloriæ abſtrahendo non ſolùm à natura diuina, & perſona Verbi, cui vnitur, ſed etiam ab vnione ipſa eſſe adorandam adoratione hyperduliæ: ſecundum, ſi conſideretur ſine Verbo includendo tamen ipſam vnionem, quo pacto conſiderari, & adorari poſſe dicunt authores huius ſententiæ, tunc adorandam eſſe adoratione latriȩ impropriè dictæ, quàm diſtinguunt à vera, & propriiſſima latria. Primum probant, quoniam humanitas ſub ea conſideratione ſpectata nullam concipitur in ſe continere rationem latriæ; ergo non eſt illi exhibẽda. Antecedens oſtẽditur, quoniam tota ratio adorationis latriæ prouenit humanitati ex coniunctione cũ natura diuina in perſona Verbi, ſed tunc concipitur abſtracta ab omni iſta ratione; ergo non adorabitur latria, cum verò, vt ſic concipiatur cum donis gratiæ, & gloriæ creatis digna erit aliqua adoratione, quæ erit hyperdulia, hæc enim

Humanitas abſtracta à Verbo & ab vnione cum eo adorabitur hyperdulia.

Cum vnione tamen, & ſine reſpectu ad Verbum latria impropria.

Digitized by Google

reſpicit inter creatas excellentias, illas, quæ ſunt præſtantiſſimæ, inter omnes autem ſuprema eſt illa, quæ humanitati Chriſti debetur.

3. Secundum, quod ſcilicet humanitas abſtracta à Verbo, includendo tamen vnionem, vt donum ſanctificans ſpecialiter ipſam humanitatem ſit adoranda latria impropria probat primò, quia non adoratur latria propriiſsima; quanuis enim per vnionem affecta ſit natura verbi Dei, non tamen eſt natura diuina, vnde non illi debet tribui illa adoratio, quæ tribuitur naturæ diuinæ, & quæ reſpicit increatæ maieſtatis excellentiam: quod tamen illi tribuatur latria impropriè, & quam ille vocat ſecundariam. §. *Sed hinc inſurgit*, & §. *Atque ex reſponſione*, videtur ea ratione probare, quoniam vnio eſt, quæ immediatè ſanctificat ipſam humanitatem intrinſecè, Verbum autem ſanctificat illam, quaſi forma extrinſeca; & mediante ipſa vnione, proindeque etiamſi non ſit vera latria hujuſmodi adoratio, erit tamen impropria, & veluti

Vnio eſt, quę immediatè ſanctificat humanitatē intrinſecè.

ſecundaria quaſi procedens ab eodem habitu virtutis religionis; & deinceps id duobus exemplis cōfirmat, primò de amore, qui enim humanitatem ſic conceptam diligeret, non eam diligeret amore illo ſupremo Dei ſuper omnia, qui reſpondet proprijſsimæ latriæ, eſſet tamen amor ſuper omnem alium amorem alterius creaturæ, & idem etiam oſtendit in laude.

In amore & laude idē oſtendit.

4. Fundamentum verò dictæ aſſertionis, quod ſcilicet humanitas ſic poſſet cōcipi intelligendo in ipſa vnione, abſtrahendoq; illam á Verbo, cui eſt vnita probat, quoniam in hoc nullum eſt mendacium, aut inconueniens, nam ipſam naturam diuinam à Verbo, & ab alijs perſonis præſciſam, & abſtractam poſſumus conſiderare: ergo multò magis humanitatem à Verbo, imò, & vnionem ipſius cum Verbo poſſumus ſine Verbo apprehendere abſtractione præſciſiua; eſt enim ipſa vnio quid à Verbo diſtinctum, quanuis ad illud dicat habitudinem actualem, propter quam licet in re ipſa non poſsit à

Vnio non reſpicit Verbum directè.

Verbo ſine falſitate ſeparari, per intellectum tamen poterit, quia nimirum Verbũ non eſt terminus, quem in recto, & directè reſpicit ipſa vnio, ſed quaſi in obliquo, & tanquam additum: iam verò forma poteſt concipi, etiam vt vnita, quin directè, & in recto concipiatur terminus, cui eſt vnita. Hæc eſt ſententia Suarij cum ſuis fũdamentis, & pro illa citat Scotum in 3. diſtin. 9. q. 1. §. *Quantum ad iſtum articulũ*, Diuum Thomam, & Paludanum q. 2. qui tamen Palud. quanquam dicat talem adorationem eſſe latriæ in latiori ſignificatione, tamen eam ſtatim vocat hyperduliam, citat etiam Durandum quæſt. 3. Almain. q. 1. concluſione 4. Cordubenſ. libr. 1. quæſt. 5. dub. 3. Mirandul. in Apolog. q. 3. Caniſi. de Beat. Virgin. libr. 5. cap. 15. Quanquam, quod attinet ad ſecũdam partem concluſionis nullus ex his authoribus in illius ſenſu expreſſe loquatur, præſertim Scot. qui nec verbum facit loco citato, vnde colligi poſſit vnionem poſſe concipi ſine Verbo. Cordub. verò, & Caniſi. cum Caietan. aduertunt meritò abſtinendum eſſe ab omni adoratione exhibenda humanitati à Verbo præſciſæ, ne cũ Neſtorianis Chriſtum videatur diuidere, qui humanitatem ſic adorauerit, ſi tamẽ adoratio ſit purè interna ceſſabit omne ſcandalum, ac periculum.

Suar. cit. a Scot. Diuũ Thom. & Paludt.

Durand. Almain. Cordub. Mirandul. Caniſius.

Scotus.

5. Secunda ſentẽtia, & omnino oppoſita aſſerit, humanitatem Verbo deificatã, & ſanctificatam ſub nulla cõſideratione poſſe adorari ſine Verbo, etiamſi conſideretur ab eo præciſa, & cũ ſolis donis creatis gratiæ, & gloriæ: nunquam enim, vt ſic, decenter adorabitur, quę ſententia videtur eſſe Thomæ Vualdenſ. tom. 3. de Sacramentalibus c. 119. quem ſequitur Vaſquius 3. parte quæſt. 25. diſput. 96. cap. 4. Pro qua etiam citat Catharinum opuſc. de adoratione imag. Claud. Sainct. de reb. Euchariſt. repetit. 9. cap. 3. Clichtouæum lib. 2. de Euchariſt. c. 10. & D. Bonauẽt. in 3. d. 9. artic. 1. quæſt. 1. & alios. Idque Vaſquius conatur oſtendere ex Concilijs, & Patribus, qui duas adorationes omnino à Chriſto repellũt, nam in illa epiſt. 10. Cyrilli, quæ eſt in Concilio

Thom. Vualdenſ.

Vaſquez.

Catharin.

Clau. de S[...] inct.

Clichtou[...]

D. Bon[...]

Cyrill.

Alexan-

Digitized by Google

Conc. Alexand. Conc. Eph. Alexandr. & approbata à Concilio Epheſino, ſic dicitur. *Recuſamus autem, & hoc, vt de Chriſto quiſquam dicat propter eum, qui hominem induit adoro eum, qui indutus eſt propter inuiſibilem adoro viſibilem*, & eadem epiſtola Anathemat. 8. *Si quis audet dicere aſſumptum hominem vnà cum Deo Verbo adorandum, & conglorificandum, & Deum tanquam alterum cum altero appellandum eſſe, & non magis vna adoratione Emmanuelem honorat, & illi vnam glorificationem, ſicuti Verbum caro factum ſit, adaptat, anathema ſit.* Et

Conc. Conſtãtinop. 5. idem habet etiam Conciliũ Conſtantinopolit. quintum collat. 8. can. 9. & alijs in locis, ex quibus videntur damnari in Concilio illi, qui duas adorationes introducunt.

6. Vaſq. Quod ſi Vaſquio reſpondeamus, Conciliũ non damnare dictum loquendi modum, *Adoro viſibilem propter inuiſibilem, & Deum, qui aſſumptus eſt propter eum, qui aſſumpſit*, niſi in ſenſu Neſtorij, qui in Chriſto duo ſuppoſita ſtatuebat, non admittit ſolutionem; ſi enim (inquit) ita eſſet, non deberet Concilium loquutionem illam abſolutè damnare, ſed tanquã ſuſpectũ declararet id, quod in malum ſenſum retorqueri poterat, quod deindè multis conatur oſtendere.

Ex Patribus inſuper idem oſtendit cap. 6. præſertim ex Cyrillo in lib. Apolog. vbi dicit, Chriſtum cum carne ſua vna conſidétia eſſe adorandum non duabus, vnde Vualden. colligit vnam eſſe adorationem humanitatis, & Verbi, quia vna eſt ſedes Dei, & Agni. Apocal. 5. Iam verò, ſi Chriſto duæ adorationes ſeorſim tribui poſsẽt, vna ratione gratiæ habitualis, & gloriæ, altera ratione diuinitatis, iam duas haberet confidentias, aliter enim ſederet coram Patre ratione humanitatis, & aliter ratione diuinitatis: ergo nullo modo huiuſmodi diſtinctæ adorationes poſſunt tribui Chriſto, & proindè nunquã humanitas poterit adorari, niſi ratione diuinitatis, cui vnita eſt. 7. Ex Cyrill. Apoc. 5.

8. Humanitatem immediatè per diuinitatem Verbi, ſanctificari.

Rationes, quas latè proſequitur pro eadem ſententia, deſumuntur præcipuè tum ex ſanctificatione humanitatis, quàm credit immediatè ſanctificari per ipſam diuinitatem Verbi, &

 proin-

Digitized by Google

proindè nũquam poſſe ſpectari ita à Verbo præſciſam, vt non apprehendatur ſemper á diuinitate deificata, tũ ex natura adorationis, quæ debet terminari ad ſuppoſitum ſubſiſtens, & non ad partem; deinde, quia natura adorationis ea eſt, vt debeat reddere naturæ, quam honorat maiorem honoré debitum ſuppoſito, in quo eſt, vnde ſi humanitatem ratione ſolorum donorum gratiæ habitualis, & gloriæ, quis honoret indecẽter clarè adorabit, & hęc ſunt pręcipua fundamenta, quæ pro vtraq; parte quæſtionis adducuntur.

Maior excellentia, quæ eſt in ſuppoſito attenditur ab adoratione.

9. 1. concluſ. Dicendum ergo eſt primò, humanitatem Chriſti, ſi conſideretur cum ſolis donis gratiæ habitualis, & gloriæ præſciſſam à Verbo, & ab vnione cum eo habito ſolo reſpectu ad prædicta dona poſſe adorari hyperdulia. Hæc eſt contra Vaſq. probatur ratione prioris ſententiæ, & inſuper, quoniam abſtractio, quæ ſufficit ad conſtituendas diuerſas virtutes, & diſtinguẽdo illorum obiecta inter ſe ſufficiet ad conſtituendas diuerſas ſpecies adorationis: ergo ſi mente pręſcindamus humanitatem á Verbo cum ſolis donis creatis gratiæ habitualis, iam conſtituitur aliud obiectum adorationis diſtinctum ab eo, quod conſtituebat ſpectata, vt vnita cum Verbo, & Deitate in perſona Verbi; iam enim repræſentatur in eo conceptu cum ſolis donis creatis gratiæ, & non repræſentatur cum ſanctificatione, quam habet à diuinitate; ergo poterit adorari alia ſpecie adorationis diſtincta ab ea, quę reſpicit increatam excellentiam diuinitatis.

Reijcitur Vaſquius.

Dicendum eſt ſecundò, huiuſmodi adorationem nõ eſſe perfectam & completam, ſed partialem, & incõpletam, ſicut enim ea, quæ terminatur ad totum completa eſt, ita partialis, & incompleta, quæ terminatur ad partem, non dicimus autem eſſe incomplectam, & partialem, quaſi in ea non adoretur totum id, quod in eo conceptu repræſentatur, & apprehenditur, ſed quia id, quod concipitur eſt pars alicuius totius, & eſt per aliud ſubſiſtens, humanitas nimirum, quæ ſubſiſtit ſubſiſtentia Verbi, à quo præſcinditur 10. 2. concluſ.

Digitized by Google

cinditur, & proindè talis actus nõ terminatur ad ſubſiſtens in ſe.

11. Anthoris ſententia. Dicendum eſt tertiò, per huiuſmodi adorationem humanitatis Verbum non adorari, neque ſecundariò, vt obiectum talis actus. Hæc eſt contra omnes recentiores, qui exiſtimant humanitatẽ præſciſam á Verbo poſſe adorari hyperdulia, credunt enim talem adorationem ſecũdariò attingere ipſum Verbum, ſicut etiam latria, quæ immediatè attingit Verbum, ſecundariò terminatur ad humanitatem. Non loquimur autem híc de adoratione, quæ eſt per communicationem idiomatum, per quam Verbo poteſt tribui talis adoratio, ſicut, & multa alia prædicata humanitatis tribuũtur Deo, nam ſicut per communicationem idiomatum, Deus dicitur paſſus, & mortuus, ita etiam adorata humanitate in eo conceptu Verbum dici poterit adoratum hyperdulia, quia nimirum talis adoratio terminatur ad humanitatem, quæ à parte rei cõiuncta eſt Verbo, ſicut etiã Deus dicitur mortuus, quia re vera anima Chriſti vnita Verbo, & caro ipſa etiam Verbo vnita ſeparatæ ſunt inter ſe, in qua ſeparatione naturalis mors conſiſtit: idcirco dixi in concluſione, *Vt obiectum talis adorationis*, circa quod, nimirum, adoratio ſaltem ſecundariò verſetur ad eum modum, quo adorato Verbo adoratione latriæ humanitas ſecundariò, vt iam ſuprà diximus, eadem latria adoratur, etiam ſi ratio talis adorationis ſit diuinitas ex parte Verbi, & non aliqua excellentia humanitatis; ad hunc ergo ſenſum, quando humanitas in eo conceptu à Verbo præciſa, & ab vnione cum eo adoretur, hyperdulia, dico huiuſmodi adorationem nõ terminari ſecũdario ad Verbum tãquam ad obiectum, ſeu ad rem adoratam. Ratio efficax, quæ me mouet, eſt, quoniam in obiecto adorabili, circa quod affectus adorationis debet verſari duo debent præſupponi in adorante. Primum ex parte intellectus bona exiſtimatio de excellentia rei adoratæ. Secundum affectus quidam ex parte voluntatis exhibẽdi honorem, & cultum illi rei, quam adorat, qui affectus

Hyperdulia quæ primo terminaretur ad humanitatem nõ terminaretur ſecundario ad Verbũ.

Digitized by Google

in actuali exercitio communitèr eſt ipſamet actualis adoratio, quod vtrumque requiſitum patet ex ijs, quæ tradidimus latiùs 1.p.diſputationis. Iam verò primum apertè deeſt in caſu poſito, nam quæ bona exiſtimatio poteſt præcedere in intellectu de excellentia Verbi, eo quod humanitatem aſſumpſerit, quæ capax eſt adorationis hyperduliæ: ſecundũ etiam non reperitur aptum, vt adoratio hyperduliæ,quę immediatè attribuitur humanitati, ſecundariò attingat Verbum: nam, qui affectus poteſt eſſe in voluntate tribuendi honorem Verbo, & cultum debitum excellẽtiæ creatæ, & finitæ, qui perfectiori modo, & eminẽter non contineatur in illa excellentia, quam Verbum habet à diuinitate:imò verò, etiam ſi quis habeat ſecundariò talem affectum tribuendi, videlicet,honorem hyperduliæ Verbo Dei propter humanitatem,cui primo talem honorem exhibet imprudens erit talis affectus, iam verò affectus adorationis neceſſariò debet verſari circa obiectum adoratum eo modo,quo adoratur,primariò, ſi primarium ſit in adoratione, ſecundariò, ſi vt ſecundarium adoretur, nam quando,adorato Verbo, humanitas illi vnita ſecundario adoratur, affectus voluntatis, qui primo verſatur circa excellentiam diuinam Verbi, ſecundario verſatur circa humanitatem, quatenus nimirum tendit in Verbum, tanquam in aliquam excellentiam ipſius humanitatis: propter quod fundamentũ libenter diſcedimus á recentioribus,qui admittunt Verbum poſſe ſecundario adorari hyperdulia propter ſibi vnitam humanitatem.

Imprudenter aget qui Verbum propter humanitaté adorauerit

Dicendum eſt quarto loco, humanitatem non poſſe præſcindi à Verbo,ita vt adorari poſſit latria impropriè dicta, ſi in eo conceptu etiã cum humanitate repræſentetur vnio ad Verbum. Hæc etiam eſt contra Suarium, & alios, quos citat; eam tamen puto veriſſimam, non ſolùm, ſi cum Vaſquio, & alijs dicamus, humanitatem immediaté ſãctificari per diuinitatem, & Verbum, ſed etiam aſſerendo cum ijſdem humanitaté immediatè per vnionem, ſeu media vnione ſanctificari à Verbo. Quod 12. Quarta cõcluſio.

probo

Prima. probo primò, quia exiſtimo impoſsibile humanitatẽ cõcipi cum vnione, quin cõcipiatur vnita; iam verò humanitas vnita Verbo proprijſsima latria, & eadẽ, qua Verbũ ſecũdariò adoratur, ſeu coadorat. Secunda. Deinde ipſa vnio actualis neceſſariò habebit aliquem formalem effectum in illa humanitate, in qua concipitur, inexcogitabilis autem eſt aliquis alius effectus, quem in ea ponat, niſi ſit illam actu vnitam reddere; neque video, quo pacto alijs authoribus dici poſsit vnionem reſpicere Verbum indirectè, & in obliquo, niſi propter modum diuerſum, quo ſe habet ad Verbum, ab eo, quo ſe habet ad humanitatem, nam Verbum reſpicit vniendo illi humanitatem abſque aliqua Verbi mutatione, quia ſcilicet, ex parte Verbi concipimus ſolam actiuã terminationem humanitatis in ratione ſubſiſtendi: at verò humanitatem cõcipimus per vnionẽ immutatam, & aliter, ſe habentem poſt vnionem, atque antea: ſed hoc diſcrimẽ nullo modo tollit, quod ſemper dũ concipimus in humanitate actualem vnionem, neceſſariò etiam in ea ſemper cõcipiamus actualem reſpectũ ad Verbum, à quo media ipſa vnione ſupremam ſanctificationem accipit.

Aliter vnio ſe habet a Verbũ aliter ad humanitatẽ,

Deinde idem etiam oſtẽdo ex ipſamet ratione oppoſitæ ſententiæ, nam illa ſtatuit diſcrimẽ inter adorationem, quæ debetur humanitati conſideratæ cum præciſis donis gratiæ habitualis, & gloriæ, & eam, quę debetur illi cõſideratę cum vnione, ita, vt dum præſcindit ab vnione debeatur illi ſola hyperdulia, cum vnione autem debeatur illi latria impropria, quæ in eadẽ ſentẽtia, aliquid ſuperius eſt ad hyperduliã; ergo vnio aliquid addit excellẽtiæ ipſi humanitati, ratione cuius illa maior adoratio debeat tribui ipſi humanitati: ſiquid verò addit, non eſt plane propter modalem ſuam phyſicam entitatem, ſed propter dignitatem illam, quam habet, ex eo, quod ſit vnio ad Verbũ, aliter enim, nec propriam, nec impropriam rationem latriæ diceretur tribuere: Si autem ſub hoc reſpectu cõcipitur, tribuet humanitati non impropriam, ſed proprijſsimã latriam, li-

13. Retorquetur fundamentũ oppoſitæ ſententiæ.

cèt ſecundariò, modo ſępius ex plicato.

14. Neq; obſtat, quod in eo caſu dicatur reprę́ſentari humanitas cum gratia vnionis, quæ cum ſit quid creatum, non poterit conferre humanitati perfectam, & ſummã latriam, vnde, cùm ſit longè excellentior cæteris omnibus gratijs creatis, non ſolã hyperdulię excellentiam conferet humanitati, ſed latrię, minus tamen perfectę, & quaſi ſecundariæ, quod videtur ſenſiſſe Suar. loco ſupra citato, quem ſequitur Cabrera 3.p.q.25.artic. 2.diſp.1.§.3. in principio.

Suar. Cabrera. Reſpond. Non (inquam) obſtat, quoniam id ſolum colligit latriam non deberi humanitati ratione ſui, quod nos iam ſupra diximus, colligit etiã obiectio non deberi latriam humanitati ratione præſciſæ vnionis; non tamen tollit, quominùs illi debeatur mediãte ipſa vnione ratione diuinitatis, cum qua eſt vnita in vna, & eadem perſona Verbi: quod veró latria ſecundariò, & ratione diuinitatis ipſi humanitati debeatur, non probat illam non eſſe ſummam, & perfectiſsimam latriam, fuit tamen nõ deberi humanitati primariò, & ratione ſui: quod aduertendum eſt, propter æquiuocationem, qua aliqui Recentiores laborant, dum dicunt hanc eſſe ſecundariam, & impropriam latriam, cũ tamen, illud ad verbũ, *ſecũdariò*, debeat modificare rationem conuenientiæ, & nõ prædicatũ, latria, vnde malè inferunt ex eo, quod humanitati debeatur latria, ratione diuinitatis, & per aliud, ſiue ſecundariò, ipſam latriã eſſe ſecundariam, & impropriam: nam etiam perſonalitatibus diuinis, vt ſupra diximus, quaſi ſecundariò debetur latria, nimirum, ratione etiam diuinitatis, quæ eſt primum principium, & ratio omnium rerum in eſſendo, & gubernãdo, & tamen talem latriam nullus rectè dicet ſecundariam, & impropriam.

Tollitur æquiuocatio in terminis.

Perſonalitates diuinæ ratione diuinitatis adorantur.

ARTICVLVS XII.

Explicantur argumẽta pro oppoſitis ſententijs adducta.

1. Ad primũ.

PRimum fundamentum, quo vtitur prima ſentẽtia probatur in noſtra prima, & ſecũ-

da cōcluſione, vbi ſtatuitur humanitatem conſideratam cum ſolis donis gratiæ habitualis, & gloriæ eſſe adorandam hyperdulia. Secundū quatenus impugnat noſtram quartam aſſertionem, dum dicit humanitatem per vnionem non effici naturam diuinam, effici tamen naturam Verbi Dei, verum continet, falsò tamen infert impropriam latriam illi tribuendam eſſe, ſi cum vnione ad Verbū conſideretur, nam quādo adoratur totus Chriſtus non eſt dubium, quod humanitas eadem latria, qua Verbum ſecundariò adoretur, & tamē humanitas etiā ibi per vnionem non eſt affecta natura diuina, ſed tantùm natura Verbi Dei.

2. Diſcrimen inter amorem, & adorationem.

Ad exemplum de amore, quo propoſita ſententia cōfirmatur, ſunt, qui reſpondeant aſſignando differentiam inter amorem, & adorationem, vt dicant humanitatem poſſe in eo conceptu amari amore, qui non ſit ſuper omnia, nō tamen adorari adoratione aliqua debita excellentiæ creatæ. Nos tamen cōformiter ad ea, quę iam ſupra diximus reſpondemus, humanitatē ſpectatam cum ſolis donis creatis gratiæ habitualis, & gloriæ, præſciſamq; á Verbo, & ab vnione cum eo eſſe diligibilem dilectione, quæ non ſit ſuper omnia, quæ ſoli Deo debetur; quæ tamen ſit excellentior quacūque alia dilectione creaturæ: ſi verò humanitas ſpectetur cum vnione ad Verbum, tunc ſaltem ſecundariò erit diligibilis dilectione ſuper omnia ratione Verbi, quod idem pariter iam diximus de adoratione, & ita exemplum allatum facilè retorqueri poteſt in authores, ſimiliterq; aliud exemplū de laude explicari poteſt, ſi enim humanitas ſub priori conſideratione laudetur de excellētia nimirum gratiæ, & gloriæ, vel de alijs creatis donis, quę habet, tunc laus non eſt actus proprijſſimè religionis, & latriæ, ſed reſpondens duliæ duntaxat, cum verſetur circa creatam, & finitam excellentiam: ſi verò ſub ratione vnionis ad Verbū laudetur humanitas, quod non fiet niſi conſiderādo ſupremam ſanctitatem, quam humanitas mediāte vnione habet à Verbo, tunc laus erit actus proprijſsimè religio-

Retorquetur exemplū in authores.

nis, & latriæ; ſecundariò tamen, & ratione diuinitatis humanitati competẽs; ſicq; faciliùs credimus expediri ſimilia obiecta, & exempla, quæ contra noſtras concluſiones adducuntur. Ad id verò, quod pro eadem ſententia obijcitur nimirùm humanitatem poſſe concipi, & adorari cum vnione, abſque aliquo reſpectu ad Verbum, quod tantum dicit reſpicere indirectè, & in obliquo ſatis reſponſum eſt in noſtra quarta aſſertione, vbi oppoſitum oſtendimus.

3. Ad fundamenta alterius ſententiæ benè in recitanda eadem occurritur, & ex tertia aſſertione noſtra facilè eruitur ſolutio, nam Concilia, & Patres, quos Vaſq. citat ad excludendas à Chriſto duas adorationes, plané, ſi rectè attendantur verba Cõciliorum, & Patrum exponi debent de duabus adorationibus completis, & totalibus; hæc enim, ſi darentur, inducerent diuiſionem in Chriſto, quam Patres cõtra Neſtor. acriter reiecerũt, idque colligo ex ijſdem verbis à Vaſq. citatis ex epiſtola 10. Cyrill. quæ eſt in Concilio Alexand. & approbata à Concil. Epheſ. colligit enim inde Cyrill. duas fore in Chriſto conſidentias, ſi duabus poſſet diſtinctis adorationibus adorari, quæ tamẽ conſecutio non habet vim, ſi Chriſtus vna totali adoratione latriæ adoretur, quæ primò terminetur ad diuinitatem, & ſecũdariò ad humanitatẽ, & inſuper ſi humanitas à Verbo, & ab vnione cum eo præſciſa propter gratiam creatam habitualẽ, & gloriã, alia inferiori adoratione adoretur, quæ cum partialis ſit, & incompleta, vt diximus in ſecunda concluſione, vtpotè, quę ad partem, vt à ſuppoſito præſciſam terminatur, non conſtituet aliam conſidentiam, & hæc planè eſt perſpicua intelligentia ad omnia, quę ex Concilijs, & Patribus contra primam, & quartam aſſertionem citantur.

Vaſq.

Cyrillus. Conc. Alexand.

4. Rationes etiam facilè diſſoluũtur, fatemur enim adorationem completam, & totalem neceſſariò terminari primò ad totum, & ad ſuppoſitum ſubſiſtens, ſecus autem de partiali adoratione, quæ ad partem terminatur, vt à toto præſciſam. Dicimus ſimiliter de ratione cõ

Adoratio completa & totalis qur.

pletæ,

pletæ, & perfectæ adorationis eſſe, vt ſemper reſpiciat maiorem excellentiam, quæ reperitur in toto ſubſiſtente, quod tamen non requiritur in adoratione partiali, & incompleta, cui ſatis eſt reſpicere illam maiorem excellētiam, quę fuerit in ea parte, ad quā adoratio, vt à toto præſciſa terminatur, vnde cū maior excellētia, quę reperitur in humanitate Chriſti in eo conceptu, in quo præſcinditur à Verbo, & ab vnione ſit gratiæ ſanctificātis, & gloriæ, rectè ſub hoc reſpectu adorabitur hyperdulia, quæ reſpicit præſtantiores inter creatas excellentias. Cætera, quæ in eadem ſententia adducuntur ex dictis ſatis ſunt explicata.

ARTICVLVS XIII.

Chriſtum Dominum in Euchariſtia adorandum eſſe latria.

1. Cōc. Trid. POſt deciſionem Cōcilij Trident. nullus ſupereſt apud Catholicos dubitādi locus circa reſolutionem huius quęſtionis, circa modum autem adorationis aliqua eſſe poteſt difficultas. Primò ergo dicendū eſt, Chriſtū exiſtētē in Sacramento Euchariſtię eodē cultu, ac veneratione colendum eſſe, ac ſi ſub propria ſpecie viſibilis exiſteret. Hęc eſt definita in Trident. ſeſſ. 15. Canon. 5. & 6. in cuius probationē adducit Cōcil. Chriſtum eſſe in terris adoratum, & ab Angelis ad Hebr. 1. & ab hominibus Matth. 2. & 28. atque etiam in cęlis Apocalypſ. 5. Ratio, quam inſinuat idem Concilium eſt, quoniam modus exiſtendi naturaliter, an ſacramentaliter, ſenſibiliter, an inſenſibiliter, non tollit, nec variat rationem adorationis: aliter enim, quo pacto Deus nobis inuiſibilis eſſet adorandus, qui tamen, vt diximus diſputatione prima, ſectione ſecūda in principio, non ſolùm interno mentis affectu, ſed etiam externis actibus eſt adorādus, eſt etiam apud Patres communis concluſio. (1. Concluſ.) (Ad Hebr. 1. Matth. 2. & 28. Apoc 5.)

Dicendum eſt ſecundò, Sacramentum Euchariſtiæ, vt cōſtat ex Chriſto, & ſpeciebus conſecratis, vno, & eodem latriæ actu eſſe adorandum. Concluſio, quæ certiſsima eſt, colligitur ex Cōcil. Viēnenſ. in Clemēt. (2. 2. Cōcluſio) (Conc. Viēnenſe.)

vnica

vnicâ de reliquijs, & veneratione ſanctorũ, vbi dicit, hoc Sacramentum excellentiſsimum adorandum, & reuerendum eſſe, quo pacto etiã loquitur Tridentinum, & Patres communiter, ita Cyprian. ſerm. de Cæna Domini, Euſeb. Emiſen. homil. 5. de Paſchate, Auguſt. epiſtola 118. & ſerm. 28. de verbis Apoſtoli. Ratione autem ſic declaratur cõcluſio, quoniam, vt docuimus ſuprà, quando adoratur rex, coadoratur purpura, aut veſtis regia, ita, vt intentio adorãtis prius tendat in regem, deindè in purpuram, quanuis ſignum externum prius verſetur circa veſtem, quàm deoſculãdo quis veneratur. Cum ergo multò maior cõiunctio ſit inter Chriſtum, & ſpecies ſacramẽtales, quã inter veſtes, & regem ſequitur, quod vno, & eodem actu adoretur Chriſtus ſub ſpeciebus, & ſpecies ipſæ Chriſtum continentes, imò verò exterius ſignum reuerentiæ, & ſubmiſsionis immediatiùs verſatur circa ſpecies ipſas viſibiles, quas cernimus, quã circa Chriſtũ cõtẽtũ, cętera latius ad materiã de Euchariſtia tradidimus.

Trident.
Cyprian.
Euſeb. Emiſ.
D. Auguſt.

3. Quale autẽ nam ſit præceptũ, quo tenemur huic Sacramento reuerentiã exhibere dupliciter explicari poteſt, primò ratione præcepti negatiui, quo prohibemur, ne aliquã irreuerentiã Sacramentis exhibeamus, quod, vt ſic, proculdubio diuinum eſt, & naturale, vt patet ex ijs, quæ ſupra tradidimus. Aliud præceptũ, quod nos obligat ad venerandũ Sacramentũ Euchariſtiæ, eſt pręptũ affirmatiuũ, de quo nõ poſſumus etiã dubitare eſſe nobis impoſitũ, cõſequitur enim ſtatim ex eo, quod nobis conceſsũ intelligimus tã Sacroſanctum Sacramentũ, ſed cũ hoc præceptũ ſit purè affirmatiuũ obligat quidẽ ſemper, ſed nõ pro ſẽper, vt de alijs pręceptis diuinis purè affirmatiuis dici ſolet, regula generalis eſt, quod quãdocũq; occaſio concurrit talis, vt eã omittere ſaltẽ virtualiter videatur contẽptus, tũc tenemur actu adorare Sacramentũ hoc, videlicet cũ in Miſſa eleuatur, & adorandũ proponitur á fidelibus, vel cũ ad ſacram cõmunionem accedimus, aut in via nobis occurrit, vel in ſimili aliqua occaſione, de quo videri poſ-

Præceptũ de adoratione huius Sacramenti.

ſunt

Digitized by Google

ſunt Extrauag. de celebrat. miſſarum, & de cuſtod. Euchar. & de conſecr. diſt. 1. & 2. præſertim cap. Si per negligentiam, & cap. Si per inebrietatem, & cap. Qui non bene, & cap. Sanè, de celebrat. miſſ. cætera videantur latiùs ad materiam de Euchariſtia.

TERTIA PARS QVÆSTIONIS

** De Adoratione Sanctis exhibenda. **

IN hac parte quæſtionis de dulia prout á latria diſtinguitur, nobis agendum eſt, perſtringemus tamen breuiter, quæ dicenda ſunt, ne prolixior, quam par eſt, euadat diſputatio. Quę verò in hac parte diſputationis continẽtur, ſequens ſumma ſubijcit. Primò ergo de adoratione Beatiſsimæ Virginis. Secundo, de adoratione Sanctorũ. Tertiò, de adoratione imaginum diſſeremus.

.*.

Beatiſsimam Virginem adorandam eſſe hyperdulia. Art. 1.
Sanctos eſſe adorandos adoratione pluſquam ciuili. Art. 2.
Expediuntur alia dubia circa adorationem Sanctorum. Art. 3.
Præmittuntur nonnulla circa adorationem imaginum. Art. 4.
Imaginum vſus hæreticis inuiſus Eccleſiæ, quam ſit conueniens, & pius. Art. 5.
Hæreticorum fundamenta diſſoluuntur. Art. 6.
Imagines etiam ſine annotatione hiſtoriæ depingendas eſſe, & in templis merito collocandas. Art. 7.
Dei, ſanctiſsimæ Triadis, Chriſti, & Angelorum imagines quo pacto depingendæ, & colendæ ſint. Art. 8.
Imagines ita eſſe adorandas propter prototypa, vt etiam in ſe ipſis adorationem terminent. Art. 9.

ARTICVLVS I.

Beatiſsimam Virginem adorandam eſſe hyperdulia.

1 POST humanitatem Chriſti Domini, & ſanctitatis, & maternitatis iure accedit Beatiſsima Virgo, vt de adoratione illi debita dicamus in primo limine huius diſputationis, in qua de adoratione Sanctorum diſſerendum eſt.

2. Hæretici contra B Virginis cultum inſurgentes.

Hæretici contra Beatiſsimæ Virginis adorationem, ſicut etiam circa multa alia Eccleſiæ dogmata delyrantes, catholicos appellãt idolatras, eo quod multos ex titulis, qui Deo tribui ſolent, Beatiſsimæ etiã Virgini accommodent, cum nimirum eam dicunt multi ex ſanctis Patribus humani generis regeneratricem, reſtauratricẽ, aduocatam hominum, & Angelorum Reginam, mediatricem inter homines, & Deum Deitatis ſacrarium, & cum ſimilibus nominibus eam honorant; dicunt enim huiuſmodi titulos, honoremque illis debitum ſoli Deo eſſe exhibendum. Ex alia parte Melanthon. in reſponſione cõtra clerum Colonien. obijcit Epiphan. qui hæreſi 78. & 79. circa finem refert ab eodem Epiphanio reprehenſas eſſe mulieres, quæ in Syria ſtatuam Beatæ Virginis circunferebant, & ei in venerationem liba, & alia dona offerebant. Epiphan.

Relictis tamen hæreticis, nulla eſt apud Catholicos controuerſia circa Virginis adorationem, cum omnes vnanimi conſenſu Beatam Virginem venerandam, & adorandam prædicent veneratione quidem, & adoratione pluſquam ciuili, & politica, circa modum tamen ipſius adorationis, difficultas aliqua eſt, an adoratio B. Virgini debita debeat procedere, & elici ab eodem habitu latriæ, quo Deum adoramus, & præter commune fundamentum, quod ſumitur pro qualibet adoratione duliæ, quæ Sanctis debetur, excogitatur vna, & altera peculiaris ratio in Beata Virgine, vt dicamus illam adorandam eſſe latria. 3.

Quomodo Virgo ſanctiſsima adoranda ſit?

Generalis ergo ratio deſumitur ex amore, nam ſicut Deum, & proximum eodẽ 4.

ſpecie

ſpecie charitatis habitu diligimus, cur etiam codẽ ſpecie habitu virtutis non adorabimus etiam Deũ, & proximum, quod ſi fieri poteſt, iam adoratio, quæ terminatur ad Sanctos erit elicita ab eodem habitu latriæ, quo Deum colimus. Neque obſtat, ſi dicas bonitatem diuinam, quæ eſt charitatis obiectum participari ab vnitate creata creaturarum, non ſic verò excellentiã diuinã, quæ eſt obiectum adorationis, & proindè non eſſe mirum, quod vnus ſpecie habitus charitatis tendat in bonitatem increatam, & creatam. Non, inquam, obſtat reſponſio, quæ communiter refellitur, eo quod, ſicut bonitas creata participatio eſt bonitatis increatæ, ita, & creata excellentia participatio quædam eſt excellentiæ increatæ.

5. Ex contactu. Et inſuper peculiaris ratio dubitandi in B. Virgine, ſumitur, tum ex ratione cõtactus, tum ex ordine vnionis hypoſtaticæ, contactus quidem, quoniã, ſicut crux, & reliquiæ aliæ, imò, & ſacramentales ſpecies, vt diximus, ob coniunctionem cũ Chriſti carne eadem latria, qua ipſe Chriſtus adorãtur, ita etiam videtur eadẽ latria adorandam eſſe B. Virginẽ, quæ Chriſtum in carne geſtauit in vtero. Ratione verò vnionis hypoſtaticæ propter cõſanguinitatem maternitatis, quam habet cũ Chriſto, quæ eſt omnium coniunctiſsima. Ex ordine vnionis hypoſtaticæ.

6. Prima concluſio. Dicendum tamen eſt primò, Beatam Virginem adorandam eſſe excellentiſsima dulia, quæ iam ab ſcholaſticis cõmuni vſurpatione vocatur hyperdulia. Quæ cõcluſio clarior eſt, & communior, quam, vt probatione indigeat, nam duo poſſunt ſpectari in Beata Virgine, excellentia nimirum, ſanctitatis; aut dignitas officij, & coniunctionis cum Chriſto, ſi ſanctitatem ſpectemus, vtique, quæ cæteris Sanctis data eſt per partes, conceſſa eſt *Mariæ cum plenitudine*, ita, vt iam ex communi ſcholaſticorum aſſenſu piè conſentientium gratia Beatæ Virginis ſuperabundet omnibus gratijs Angelorũ omnium, atq; hominum etiam ſimul ſumptis, dignitas verò officij, & coniunctionis cum Chriſto apertè planè lõgiſſimo inter-

uallo excedit cæteras omnes dignitates creatas, vnde ex hoc vtroque titulo, & ratione adoratio, quæ debetur Beatæ Virgini ſuprema erit inter omnes adorationes, quæ ſub quocumque titulo, & reſpectu poſſunt tribui propter excellentiam creatam puræ creaturæ, vnde ſicut in ciuili adoratione, quæ tribuitur Regi, & Reginę præferenda eſt cęteris, quę reſpiciũt inferiores excellentias, ita etiam in adoratione Sãctorum, quę iam accedit ad religioſam, illa, quę tribuitur prẽſtãtiſsimę ſanctitati, & dignitati cęteris etiam pręferẽda eſt, cũq; Virgo ob ſupereminentem ſanctitatem, & dignitatem
Athanaſ. Bernard. Gregor. Anſelm. Caniſi. ab Athanaſ. Bernard. Gregor. Anſelm. atque alijs Patribus, & ſcholaſticis, quos videre poteris apud Caniſi. citato libr. de Beata Virgine cap. 11. cum ſequentibus: ex quibus aliqui etiam citantur à
Vaſq. Vaſquio diſputat. 99. cap. 1. hominum, & Angelorum Regina dicatur, fit conſequens, vt ea adoratio Virgini ſit exhibenda, quę dicitur hyperdulia, reſpicitque ſupremam inter creatas excellentias.

Dicendum eſt ſecundò, Beatam Virginẽ nullo modo eſſe adorãdam adoratione latriæ. Quę concluſio etiam certa eſt, quidquid Caietanus in ea mentem Diui Thomę explicet, vt eam intelligat ſemoto ſcandalo, quaſi ob ſolum ſcandalũ nõ debeat adorari latria; pro explicatione tamen concluſionis ſciendum eſt, quamlibet creaturam poſſe adorari latria, ſi ſpectetur tantùm in ea increata Dei excellentia, quę in creaturis, tãquam in effectibus relucet, quod tamen potius eſt Deum adorari in ſua creatura, quàm creaturã adorari latria, quam tamen adorationem communiter à creaturis rationalibus, quę aliás capaces ſunt ſuę particularis adorationis createę reijcciendam eſſe communiter admonent Doctores, vt latiùs videbimus in ſequentibus de adoratione imaginũ: & quidẽ ſub hac ratione nõ ſolũ non eſt dubitandum B. Virginẽ poſſe adorari latria, ſicut quamlibet aliam creaturam Dei, ſed potiùs fatendum eſt reperiri in ea multo præſtantius fundamentum, vt Deum in ipſa adoremus adoratione latriæ, quam in

7.
Caiet. D. Thom.

Digitized by Google

Nulla gratia creata eſt latriæ fundamentum, & ratio.

qualibet alia re creata; cum ergo dicimus in concluſione, Beatam Virginem non eſſe adorandam adoratione latriæ, intelligendum eſt, ſi ipſa ſpectetur ſecundùm ſuã particularẽ excellentiã gratiæ ſanctificãtis, imò, & dignitatis, quam habet ratione maternitatis Chriſti. Primũ oſtenditur, quoniam quantumlibet gratia, & ſanctitas Beatæ Virginis excedat gratias omnes, atque alias ſanctitates creatas ſimul ſumptas, ſemper tamen manet intra limites finitæ cuiuſdam perfectionis, creatæq; excellentiæ, ad quam non poteſt terminari adoratio, quę verſatur circa cultum debitum excellentiæ increatæ. Circa ſecundum ſimiliter probatur, quoniam ea dignitas maternitatis Dei etiam in ſe eſt finitæ, & limitatæ excellentiæ, vnde ad illam non poterit terminari latria, quæ ſolùm reſpicit increatam excellentiam, illiq; cultum exhibet, ita D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 3. ad 2. D. Thom.

8. Maior dubitatio eſſe poteſt, an adoratio, quæ Virgini debetur ob excellentiam maternitatis, etiamſi non ſit latriæ, ſit tamen anteponenda adorationi, quæ exhibetur eidem Virgini ob excellentiam ſuæ ſanctitatis, & gratię, quod in vtramq; partem probabile indicat Suar. tom. 2. de Incarnat. diſp. 22. ſect. 3. & quod præferenda ſit adoratio, quæ tribuitur ob excellentiam maternitatis, & affinitatis cum Deo, conſanguinitatisq; cũ Chriſto, vt loquitur Caiet. loco citato 2. 2. probatur D. Thomę, qui citata quæſtione articulo quarto ad ſecundum dicit hyperduliam, quæ debetur Virgini propter affinitatem cum Deo eſſe maximam duliam; & ratio eſſe poteſt, quia excellentia, quã reſpicit, eſt ſuperioris ordinis, importatque maiorem coniunctionem cum Deo, & in perſona, ſaltem ex congruentia ſupponit præſtantiorem gratiam, & ſanctitatem. Dixi, ex congruentia, quoniam abſolutè loquendo poſſet dignitas maternitatis præſcindi á ſanctitate, & gratia.

Suar.

Caiet. D. Thom.

Condignitas maternitatis ſit anteponenda dignitati gratiæ ſãctificantis quoad adorationem.

9. Ex alia parte Vaſq. diſp. 100. cap. 2. digniorem adorationem dicit tribuendam eſſe ob excellentiam ſanctitatis, & gratiæ, quam ob excellẽtiam maternitatis: nam Vaſq.

Digitized by Google

ſanctitas, & gratia eſt excellentia magis intrinſecè afficiens perſonam, & aliundè ſicut affinitas cõtrahitur cũ Deo per maternitatem Chriſti, ita etiam per gratiam, per quam homo fit conſors per participationem diuinæ naturæ, imò verò exiſtimat D. Thomam de hac affinitate intelligendum eſſe, quando dixit hyperduliam, quæ debetur propter affinitatem cũ Deo eſſe maximam duliam, ad quod etiam adducit illud
Luc. 11. Lucæ 11. Quo proponens quædã mulier Chriſto Domino beatitudinem vteri, in quo portatus fuit, Chriſtus Dominus reſpondens prætulit beatitudinem audientium verbum Dei, & cuſtodientium, per quæ duo ſanctitas, & gratia deſignatur.

10. Iudicatur inter prędictos dicendi modos.

Vterque dicendi modus probabilis eſt; ſic tamen cõponi poſſunt, vt dicamus, abſolutè loquendo, & ſpectando adorationem, prout attendit præcipuè excellentiam, quæ magis intrinſecè afficit perſonã, illamq; dignificat, tunc præcipuum titulum, ſub quo adoratio hyperduliæ tribuitur Virgini eſſe ſanctitatem, & gratiam; ſpectando autem adorationem ſecundùm ea, quæ magis pertinent ad ſtatum, & ad dignitates non adeò intrinſecas, & ſpectando etiã ea, quæ huiuſmodi dignitates ex decentia, & congruitate in radice ſupponũt, tũc digniorem hyperduliam, ſeu ſub digniori titulo tribui adorationem Virgini ob excellentiam maternitatis Chriſti, quam ob ſanctitatẽ; quæ concluſio quoad vtramquę partem ex dictis colligitur, & magis patebit ex ſolutionibus argumentorũ ſequentibus.

11. Confutantur hęreticorum argumenta

Ad argumenta hæreticorum, qui adorationem Beatæ Virginis impugnabãt facilis eſt reſponſio, neque enim Ecclesia tribuens Beatę Virgini multos ex titulis, qui Deo ſolent accõmodari, idcirco Virgini latriam tribuit, quod oſtẽdebant, dum illi tortam panis offerebant, quaſi offerendo in recognitionem alicuius diuinæ excellentiæ, & idcirco reprehendebantur ab Epiphanio, vt videri poteſt in citata hæreſi 79. non tamen ſunt digni reprehenſione, qui Beatæ Virginis, & ſanctorum, altaribus donaria deferunt, ſimiles vè oblationes pro

Sanctorum honore, aut Deo offerūt, aut in altaribus ſuſpendunt. Ad aliud fundamētum hæreticorum dicendum eſt cum Caniſio citat. lib. 15. capit. 12. titulos,

Diuini titu[l]i ſunt in duplici differētia

qui Deo accōmodantur eſſe in duplici differentia, quidā enim ita ſunt proprij Dei, vt nullo modo poſsint accommodari creaturæ, huiuſmodi ſunt Omnipotens, creator, æternus, & ſimiles, alij verò poſſunt etiam ſuo modo accōmodari creaturæ, ſicq́; Beata Virgo dicitur inſtauratrix humani generis, ſpes

B. Virgo in bono ſen[ſu] instauratrix hum[a]ni generis, & ſpes no[ſ]tra dicitur

noſtra, & ſimilibus titulis afficitur, quatenùs illa inſtaurationis noſtræ mediatrix fuit, & inſtrumentum illius operis, & quatenùs intercedendo pro nobis ad filium ſpei noſtræ fauet, & huiuſmodi titulis oſtendimus ſingularem affectum, quo Virginem veneramur.

Ad argumentum præcipuum, quod ſumitur ex pa-
12. ritate rationis inter amorē, & adorationem, reſpondet D. Thomas 2. 2. q. 25. art. 1 dicens eadē charitate, qua

D. Thom.

diligimus Deum volendo ei bonum, vt bonum ipſius eſt, & ex complacētia ipſius diligi etiam primum volendo ei bonum, vt bonum ipſius eſt, adhuc tamē aſsignat diſcrimen inter amorē, & adorationem, vt eodem habitu charitatis poſsimus prædicto modo diligere Deum, & proximum: non verò eodē habitu adorationis poſsimus adorare Deum, & proximū: quoniam bonum proximi, quod ei volumus ad cōmune bonum refertur, quod eſt Deus, & ſub hoc reſpectu attingitur à charitate, honor autem non diſtinguitur niſi ex diuerſis bonis particularibus eorum, quos honoramus; honor enim ſemper tendit in bonum particulare, vt particulare eſt, vnde cum latria reſpiciat bonum Dei, adoratio verò, quæ terminatur in Sāctos reſpiciat creatum bonum particulare illorum, qui adorantur, fit, vt nequeat dari vnus habitus ſpecie, qui tendat in adorationem Dei, & creaturæ. Alia ſolutio eſt eiuſdem D. Thomæ 2. 2. q. 81. art. 4. vbi diſcrimen conſtituit in hoc, quia amor tendit in bonitatē, adoratio verò in honorem, & excellentiam, iam verò bonitas diuinæ cōmunicatur creaturæ, non verò excellentia bonitatis, vnde

Bonū obiectū intellectus ad cōmune bonum refertur, honor vero ſpecificatur ex bonis particularibus

D. Thom.

Bonitas diuina communicatur creaturæ, non excellentia.

nihil mirum, ſi charitas, quę tendit in bonitatem, vna, & eadem ſpecie tendat in Deũ, & creaturam, adoratio autem, quæ reſpicit excellentiam bonitatis, non ſit vna ſpecie, quæ tendat in excellentiam Dei, & creaturæ.

13. Neutra harum ſolutionũ placet aliquibus recentioribus, inter quos eſt Vaſq. 3. p. diſp. 98. cap. 2. & diſp. 110. qui aſſerunt illum amorem, quo diligimus proximum propter bonitatem ipſius, & volendo ei bonum, vt bonũ ipſius eſt, non eſſe elicitum á charitate theologica, qua diligimus Deum, ſed ab alia virtute, nimirum à beneficentia, & ita ad argumentũ paritatem rationis concedũt inter habitum charitatis, & habitum adorationis; cæterum præterquamquòd non ita certum ſit charitaté prout ad proximum extenditur conſtituere aliquam virtutem, quæ dicatur beneficentia, de quo latiùs diſputare non eſt huius loci, adhuc tamẽ in hoc manet qualiſcumque obiectio, nam licet eadem charitate diligamus parentes, maiores, & proximos, non tamen hos omnes eadem ſpecie adoratione colimus, nam ad paréntes pietas eſt, ad maiores obſeruantia, & ad alios cõmunis adoratio politica, & ciuilis, quæ adorationes, vt iã ſuprà diximus, diſtinctæ ſũt ſpecie, vnde inueſtigari debet aliquod diſcrimen, quod reperiatur in ipſamet ratione charitatis, & adorationis: ſumi verò poteſt ratio ex eodem D. Thoma 2. 2. q. 102. art. 2. ad 3. nam adoratio, vt iam diximus 1. p. diſputationis eſt pars poteſtatiua iuſtitię generalis, ex quo duo includit, primum, vt tendat ad alterum, ſecundum, vt conſideret rationem debiti, quã iuſtitia per ſe conſiderat, & indè fit, vt ſuppoſita bona exiſtimatione de excellentia alicuius, habitus adorationis tendat ad reddendum debitum cultum tali excellentię, cumq; ex parte adorantis affectus voluntatis debeat eſſe coniunctus cum animi ſubmiſſione erga perſonã, quã adorat, vt hoc præſtet virtus adorationis recto modo debet cõſiderare rationem exceſſus excellentiæ rei adoratæ, & perſonam adorantem, vnde, cum exceſſus, qui reperitur in excellentia diuina reſpectu perſonæ adorantis ſit

Vaſq.

Beneficentiam habitum à quo eliciatur amor proximi volendo ei bonũ, vt bonum ipſius eſt, diſtinctũ ab habitu charitatis, quo Deum diligimus.

Neque ita certũ, nec ſine obiectione.

D. Thom. Aſsignatur verum diſcrimen ex doctrina D. Thom.

ſit infinitus, nullamq; proportionem habere poſsit cū exceſſu, qui poteſt reperiri in quacumque excellentia creata reſpectu alicuius alterius creati adorantis, fit cōſequēs, vt nequeat dari vna ſpecie virtus adorationis, quę tendat in excellentiam Dei, & creaturæ, quod ſecùs accidit in charitate, quę non eſt ad alterum, cū ſit virtus theologica, nec conſideret rationem debiti, cum nō ſit pars poteſtatiua iuſtitiæ, exercerique poſsit in ordine ad ſe, quod non habet adoratio, & hinc eſt, quod Deus poſsit ſe diligere, non tamen ſe adorare, quia nimirū non poteſt conſiderare in ſe ipſo excellentiam aliquam, ratione cuius concipiat exeſſum ex parte obiecti adorati, & animi ſubmiſsionem ex parte adorantis, & hanc intendunt nonnulli fuiſſe mentē Diui Thom. cum dixit citato articulo primo quæſtione 25. Charitatē verſari circa bonum in commune, quod eſt Deus, ſeu bonum proximi eſſe referibile in Deum, adorationem autem diſtingui ex bonis particularibus, quę, vt talia, non ſic ſunt referibilia in Deū, neque enim

Adoratio eſt ad alterum, & cōfert exceſſum excellentiæ rei adoratæ. Charitas verò eſt ad ſe.

Deus poteſt ſed diligere, non poteſt ſe adorare.

negauit, vt par eſt, credere quemlibet creatum honorē ſic eſſe referēdum in honorem diuinum, cuius eſt participatio quędam, ſicut etiā quælibet bonitas creaturæ refertur in ſummā bonitatem Dei, cuius participatio eſt, ſed diſcrimen in eo ſtatuendum eſt, quia in bonitate, in quam tendit charitas de per ſe non conſideratur ille exceſſus, qui conſideratur in honore, in quem tendit adoratio, & ſub quo, vt diſtinctus eſt, in particulari á diuina excellentia, à qua infinitè exceditur, adorans terminat adorationis actum, ſicque ſimiliter exponitur idem D. Thom. citat. q. 81. artic. 4. dum conſtituit diſcrimen in hoc, quod charitas tēdit in bonitatem, & bonitas diuina communicatur creaturæ, adoratio verò tendit in honorem, & excellentiam, iam verò diuina excellentia incommunicabilis eſt creaturæ, aliter enim non cōſtabit hæc D. Thom. ſolutio, nam ſicut bonitas creata eſt participatio quædā diuinæ bonitatis, ita etiā creata excellentia participatio quædam eſt diuinæ excellentiæ; vnde ſi propter

Etiam excellētia creata eſt participatio diuinæ.

D. Thom. Secūdo loco exponitur.

Digitized by Google

illam rationem idem ſpecie charitatis habitus poſſet tẽdere in Deum, & proximũ, idem foret dicendum de eodem ſpecie habitu adorationis.

14. D. Thom. Ad rationem contactus reſpondet D. Thomas 3. p. q. 25. in tertio argumento, Chriſti reliquias ratione cõtactus cum Deo venerandas eſſe latria, non tamen Beatã Virginem, & diſcrimen eſt in hoc, quoniam Beata Virgo habet dignitatem, & excellentiam ſibi propriã diſtinctam ab excellentia filij ſui, ratione cuius ſibi vendicat propriam, & diſtinctam adorationem, & inferiorem ea, quæ Chriſto exhibetur, at verò res inanimes (de his enim loquitur D. Thomas) nullam aliam habent excellentiam, & dignitatem, niſi prototypi, quod repræſentant, aut illius rei, quam tetigerũt; vnde nullatenus poſſunt adorari, niſi adoratione illius rei, ad quam referuntur, & ſimul cum illa coniũctę, cui rationi D. Thomæ accedit etiam, quoniã adoratio ſuapte natura reſpicit excellentiam intrinſecè afficientem perſonam, at verò ex ratione contactus oritur quædam dignitas extrinſeca Virgini, illamq; extrinſecè ſolummodò dignificans; vnde cum illa habeat ſanctitatem intrinſecè afficientem, ratione cuius digna eſt honore, & cultu nõ rectè adorabitur ſub illa extrinſeca ratione contactus: at verò res inanimes, cum de ſe nõ ſint capaces alicuius intrinſecæ excellentiæ nihil mirum, ſi ſub hac extrinſeca ratione adorentur. Si tamen Beata Virgo ratione cõtactus adoretur eo modo improprio, quo poteſt adorari, non ſolùm poterit adorari latria, ſicut crux, & reliquiæ Chriſti, ſed etiam ſpeciali quadã ratione eiuſdem contactus id habebit, ſic enim carnem Chriſti tetigit, & veram in eam cauſalitatem exercuit, quod non habet contactus aliarum rerum. Quocirca excludendus eſt error Leonis Iſauri. & Conſtantin. Copronymi, qui, vt refert Nyceph. lib. 18. hyperduliã dicebant merito tribuendam eſſe Beatę Virgini quandiù Chriſtum in vtero geſtauit, non verò poſteà, nam hyperdulia debetur Virgini ob ſanctitatem, & dona ſupernaturalia, & etiam ſi debe-

Reliquiæ ob contactum latria adorantur, non verò B. Virgo.

B. Virgo ſpecialem ratione habuit contactus in Chriſto.

Reijcitur error Leonis, & Copronymi

Nyceph.

retur ratione cõtactus, ſemper eadem ratio permanebat, nam caro Chriſti, Spiritus Sancti opera ex puriſsimo Virginis ſanguine formata fuit.

15. Regina Regis Mater eodem cultu quo Rex adoratur, quia vterq; reſpicit creata excellẽtiam.

Ad aliam cõfirmationẽ, quæ aſſumitur ex ratione maternitatis, ſatis dictum eſt ex ea ratione nõ colligi adorationem latriæ. Neque obſtat exemplum, quo aliqui vtuntur ex creaturis deſumptum, quia ſcilicet Regina mater Regis eodem cultu, & veneratione adoranda eſt, qua ipſe filius Rex, nam, cũ in vtroque finita, & creata excellentia eiuſdem ordinis reperiatur, nihil mirum, ſi Mater eodem honore afficiatur, quo filius Rex debet adorari, quod ſimiliter debeat reperiri in Beata Virgine, & Chriſto, vt exẽplũ cõcluderet; at verò Virgo Deipara non eſt mater puri hominis, ſed hominis Dei, & qui à Patre per aliam generationem æternam ſcilicet, ſecũdum quam illa non eſt Mater habet diuinitatem, ratione cuius, ſicut verus eſt Deus, ita illi vera debetur adoratio latriæ, quæ tamen nõ debetur Virgini, ſicuti, neque diuinitas in ea reperitur.

Non eſt tamen negandũ hanc hyperduliam, quæ debetur Virgini præſtantiorẽ eſſe quacumque alia adoratione puræ creaturæ, ſi enim obiectum ipſius ſit ſanctitatis ipſius Virginis apertè patet, quantum excedat cæteris ſanctitatibus, & gratijs creatis: ſi veró affectus etiam tendat in dignitatem Matris, & ſpecialem coniunctionem cum Chriſto, longè etiam ſuperexcellit quãcumque aliam dignitatem creatam. 16. Adoratio B. Virgini exhibenda præſtantior quacũque alia creaturis exhibenda.

ARTICVLVS II.

Sanctos eſſe adorandos adoratione pluſquam ciuili.

1. DVo nobis expendẽda ſunt circa adorationem Sanctorum, primum cum hæreticis, ſecundum cũ Catholicis, circa primum oportet oſtendere cõtra hæreticos, Sãctos eſſe venerandos ob ſanctitatem, & gratiam peculiari honore, & cultu, & non ſolùm cõmune, & ciuili, circa ſecũdum inquirere quiſnam ſit iſte cultus, aut cuius virtutis actus. De primo in hac ſectione, de ſecũdo in ſequẽti.

2. Hæretici cum Mahometanis cõſentientes.

Cum Mahometanis conſenſere multi hæreticorum tum ex antiquioribus, tum ex recentioribus excludentes omnem Sanctorum imaginum, ac reliquiarum cultum, & catholicos propter illum ſuperſtitionis, & idololatriæ inſimulantes. Tales fuere Gnoſtici, vt videre eſt apud Irenæum lib. 3. cap. 20. & idem de Heunom. & Porphino apud Lindan. dialog. 2. & apud Auguſt. lib. 20. contra Fauſt. Manich. cap. 21. qui Fauſtus Chriſtianos reprehẽdebat, quod martyrum memorias colerent, quod licet aliqui ita intelligãt, vt Fauſtus nõ damnaret Sanctorum adorationem, ſed ſepulchrorum, ac reliquiarum, inter quos eſt Vaſq. diſp. 97. c. 1. tamen, vt conſtat ex verbis eiuſdẽ Auguſtini, quibus Fauſtũ impugnat, ſic Auguſtinus intellexit illum negaſſe, & penitus abſtuliſſe omnem Sãctorum cultum, &, vt colligitur ex epiſtola ad eundem Auguſtinum, quæ eſt 43. inter epiſtolas Auguſt. Idem etiam obiecit quidam Maximus eidem Aug. & in eodẽ errore fuit Vigilan. teſte D. Hieronymo epiſt. 53. quanquam iſte Vigilan. in ſuo errore expreſsiùs loquatur de veneratione reliquiarũ; vnde Chriſtianos Cinerarios, & idolatras appellat. de Mahometanis verò idem videri poteſt apud Prateol. verbo Mahometus, idem etiam Iudæi obiecere Chriſtianis, teſte Euſeb. lib. 4. Hiſtor. c. 15. Ex hæreticis verò primus huius erroris author creditur fuiſſe quidam Euſtachius Sebaſtienſis Epiſcopus, vt refert Caſtro aduerſus hæreſes, verbo Sancti, & Prateol. verbo Euſtach. Et quãquam Caſtro velit iam prædictum errorẽ Euſtach. dãnatũ fuiſſe in Concilio Gãgren. pro quo citat Socratẽ lib 2. c. 33. & Nyceph. lib. 9. c. 16. Vaſq. tamen aliũ fuiſſe errorem Euſtachij contendit probare ex eiſdem authoribus, quaſi Euſtach. ſolùm martyrum reliquias, ac loca ſancta contẽpſerit, circa quod videre poteris eundem Caſtr. Nyceph. & Prateol. locis citatis, Vuald. tomo 3. de Sacramentalibus cap. 118. quam tamen hæreſim abſque dubio, vt colligitur ex Cyrill. libr. 6. contra Iulian. Apoſtat. tenuit ipſe Iulian. ſicut etiam refert Nazianz.

D. Iren. P. Aug. Vaſq. D. Hier. Prateol. Euſeb. Caſtro. Caſtro. Nyceph. Prateol. Vuald. Cyrill.

Digitized by Google

D. Gregor. Nazianz. zianz.orat.3.& teſte Vuald. tom.3.titul.13. tenuere Vuicleph. Luther. Calui. Zuingl. & alij.

3. Hæreticorum placitum in quo fundatur. Quicquid tamen ſit de huius hæreſis patronis, primum illorum fundamentũ eſt, quoniam inter cultum diuinũ, qui á religione procedit, & cul tumhumanum, & ciuilem, qui exercetur inter homines, non vident alium medium colendi, & adorandi modum; vnde cum religionis cultus ſit proprius Dei, & incommunicabilis creaturæ; iſte verò, qui humanus eſt, non poſſit deferri mortuis, vtpotè vitam iam politicam ac ciuilem nobiſcum non agentibus, inferunt nullum ſupereſſe cultum, qui Sanctis è vita functis tribui poſſit, & proindè omnem eiuſmodi cultum ſuperſtitionis, & idololatriæ damnant, & abſolutè, quod Sancti non debeant adorari, probant nonnullis ſacræ paginæ teſtimonijs: primò, quoniam Deuter.6. dicitur, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies:* & ad Galat. 4. dicitur, *Iis, qui natura non ſunt Dij, ſeruiebatis,* vbi pro, *ſeruiebatis*, Græce eſt, *Eduleuſate*, & Matthæi quarto, diabolo adorationem petenti CHRISTVS Dominus reſpondit citatis verbis Deuteron. *Dominum Deum tuum, & cæt.* Adoratio autem, quam diabolus exigebat non erat latria; nam *Proſchyniſin*, quod ibi habetur, adorationem communem ſonat, & ad hoc reſpõdit Dominus ſolum Deum eſſe adorandum, & illi ſoli ſeruiendum. Ex quibus locis colligunt hæretici adorationem non poſſe tribui Sanctis, nam latria non tribuitur creaturæ: politica, & ciuilis adoratio ſolum verſatur inter eos, qui degunt inter nos, ſi qua verò adoratio inter has mediat erit dulia, quæ ſi diſtinguatur à politica adoratione, etiam importabit ſeruitutem, quæ in locis citatis á creaturis præcipitur excludi: nulla ergo ſupereſt adoratio, quæ Sanctis tribuatur.

Hæretici omnẽ cultum aut diuinum ad Deum terminatum, aut purè ciuilẽ ad homines.

Deut. 6.

Ad Galat. 4.

Matth. 4.

Vita functis nullam adorationem exhibendã clamat hæretici.

4. Eſther 3. & 13. Confirmant præthereà exemplo Mardochæi, qui Eſther 3. nolens Amanum adorare, addidit cap. 13. *Tu noſti, quia non pro ſuperbia, aut contumelia, aut gloriæ cupiditate hoc fecerim, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum (libenter enim pro ſalute Iſrael etiam ve-*

Digitized by Google

ſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem) ſed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo. Et Apocalypſ.19. & 22. cum Ioannes vellet Angelũ adorare, prohibuit ille dicens, *Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui ſeruant verba libri huius, Deum adora*. Præterea Actor. 10. cum Cornel. vellet adorare Petrum, dixit Petrus ipſum ab adoratione auertens, *Surge, & ego ipſe homo ſum*, quaſi diceret, homini adorationem ne exhibeas Et tandem Actor.14. Paulus, & Barnab. recuſarũt adorationem, Lycaonibus dicentes, *Viri quid hæc facitis? & nos mortales ſumus ſimiles vobis homines annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt*. Vbi apertè Paul.& Barnab. adorationem prohibent exhiberi hominibus, idq; gentium ritum dicunt, & proindè abolendum, adorandumque eſſe Deum cœli, & terræ.

Apoc. 19. & 22.

Act. 10.

Act. 14.

5. *D. Athanaſius.*

Adde ex Patribus Athanaſ. ſerm.3. contra Arrian. vbi dicit, *creatura creaturam non adorat*, & D.Hieronym. epiſtola 53.ad Riparium cõtra Vigilan. inquit, *Nos autẽ non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, & omne nomen nominatum & in præſenti ſæculo, & in futuro, colimus, & adoramus, ne ſeruiamus creaturæ potiùs, quam creatori*. Similia habet Iuſtin. Martyr. Apolog.2. pro Chriſtianis, Epiphan. citatus hæreſi 79. Damaſcen. libr.4. de Fide cap. 3. P. Auguſt. epiſtol. 44. in fin. & Pſal. 96. explicans illa verba, *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia*.

D. Hier.

Iuſt. Martyr. *Epiphan.* *D. Damaſ.*

P. Aug.

His non obſtantibus, Catholica veritas eſt, ſanctos homines, & angelos colendos eſſe adoratione, & cultu pluſquam ciuili, qui exhibetur hominibus communiter, aut quia maiores ſunt, aut quia in dignitate conſtituti. Cui concluſioni nihil obſtat, hæreticorum fundamentum: nam quod Sancti ſint mortui, & nobiscũ iam ſocietatem non ineant, neq; ciuilem ac politicam vitam agant, non modo illos non reddit honore indignos, ſed potiùs facit pręſtãtiori cultu digniores: præterquã quòd

6. Concluſio catholica.

Conuincuntur hæreticorum fundamenti

enim nos illis ſpiritu, ac mẽte præſentes ſimus, quanquam corpore abſentes, cũ illis, aut in ipſo Deo, aut in proprijs ſpeciebus patefiant omnia, quæ ad ipſorum ſtatum ſpectant; vnde, & noſtri curam gerunt, & eos alloqui, atque orare poſſumus, præter hæc omnia, quæ in fundamento hæreticorum, vt falſa supponuntur, quo excellentia, quam concipimus in re adorata fuerit præſtantior, eo etiam cultus ob talem excellentiã exhibendus præſtãtior erit, proindèq; cum ſanctos iam in gloria conſtitutos in ſuperiori quodam ſtatu beatitudinis concipiamus, & ratione gratiæ, in qua deceſſerunt, aut in qua ſunt in hac vita illos concipiamus cum excellentia quadam multo ſuperioris ordinis, atque eſt quęlibet alia excellẽtia creata naturalis ordinis: per gratiam enim facti ſunt hæredes Dei, & cohæredes Chriſti, fit conſequens, vt ſub hac excellentia adorandi ſint adoratione, & cultu, qui excedat omnem cultum politicum, & ciuilem cuiuſcunq; dignitatis, & conditionis ille ſit.

Beati vidẽt quæ pertinent ad ipſorum ſtatum aut in verbo, aut per proprias ſpecies.

Sancti in patria ob ſtatum beatitudinis digni ſunt præſtantiori adoratione.

7. Fuit inſuper definita eadem veritas in 7. Synod. Nycæna varijs in locis, nam actione ſecunda habetur in epiſtola Adriani primi ad Conſtantinum, & actione 3. in epiſtola Theodori, & actione in Dialogo Leontij Epiſcopi, & in epiſtola Germani Patriarchæ, & in Concil. Rom. ſub Felice 1. in ſua epiſtola ſecunda decretali, & in Concil. Gangrenſ. cõgregato aduerſus Euſthaci. Epiſcop. Sebaſtienſ. quanuis non ita expreſsè, ſic tamen habetur, *Si quis Sanctorũ memorias contemnendas putauerit, anathema ſit.* Et tandem in Tridentino ſeſſ. 25. cap. de Inuocat. & venerat. Sanctorum, & ex alijs, quæ in ſequentibus adducentur, idem conſtabit.

7. Synod. Nycæna. *Cõc. Rom. ſub Felice 1.* *Conc. Gangren.* *Conc. Trident.*

8. Vt prætereá contra hæreticos pila opponantur minantia pilis videantur ea loca, quæ ſuprà retulimus, vbi vidimus Angelos, ſanctosq; viros adoratos cultu pluſquam ciuili. Ex Patribus videri poſſunt Cyril. Damaſc. & Aug. locis ſupra citatis, Nazianz. cit. orat. cõtra Iulian. Epipha. citata hæreſi 79. Athanaſ. lib. de Virginit. circa finem, Bernard. ſerm. in

Cyrill. Damaſc. P. Aug. Nazianz. Athanaſ. Epiphan. Bernard.

Apoc. 12 illud Apocalypſis 12. *Signum magnum apparuit in cœlo.* Quod amplius confirmari, & illuſtrari poteſt ex conſuetudine, qua ſemper Sanctorum nomina in illorum venerationem ſacro fonte abluẽdis impoſita ſunt, imò, & ipſis vrbibus, ac locis, vt latiùs videre poteris apud Thomam Boz. de ſignis Eccleſiæ libr. 9. ſigno 36. Tho. Boz.

9. Supereſt hæreticorũ fundamenta diſſoluere, & quod attinet ad rationem ſatis expedita eſt ex noſtra aſſertione, cui non obſtant loca, quæ ex ſacra pagina in oppoſitum afferuntur, ſi rectè expendantur: nam ad illud Deuteron. 6. iam ſupra explicatum eſt, quo pacto intelligendum ſit de adoratione ſoli Deo debita, & quanquam ibi verbum, *adorabis*, latiorem adorationem poſſet ſignificare, tamen ex materia, de qua agitur nimirum de cultu Dei debet determinari ad adorationem propriam Dei, quo pacto etiam explicatur locus ad Galat 4. dum reprehenduntur, quod ſeruiant ijs, qui natura non ſunt Dij, nam licet Græca vox, *Eduleuſate*, communem adorationẽ ſignificet quantum eſt ex ſe, ibi tamen pro propria Dei adoratione accipitur; determinatur enim ad eam ſignificationem ex re ſubiecta: iam verò alter locus Matthæi 4. apertè de adoratione latriæ intelligendus eſt, etiã ſi Proſchyniſin. cõmunem adorationem ſonet, colligitur enim ex eo, quod diabolus volebat, vt Chriſtus ipſum adoraret recognoſcendo illum, tanquam ſuperiorem, totamque ſpem ſuam in eum collocando, tanquã in Dominum vitæ, & mortis, & inſuper de adoratione Deo debita locutum fuiſſe patet ex reſponſione Chriſti Domini diabolo, citata verba Deuteronim. obijcientis. Matth. 4.

Deuter. 6 explic. tur. Ad Galat. 4.

10. Explicatur locus Heſter. 3. Ad exemplum ex Mardochæo nolenti adorare Amanum ſunt, qui dicant Amanum poſtulaſſe adorationem latriæ, & hanc illi negaſſe Mardochæum, colligunt hoc ex ſequẽtibus verbis, *Timui, ne honorem Dei mei transferrẽ in hominem*. Quam expoſitionem Lyran. dicit communem fuiſſe Hebr. & eſt ad mentem Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 84. artic. 1. ad ſecundum. In ea tamen Lyran. D. Thom.

Impugnatur explicatio. primò facit dubium, quia Amanus propoſitus eſt adorari ab Aſſuero, qui præcepit ipſum adorari, non eſt autem credibile Aſſuerum præcepiſſe, vt Amanus adoraretur adoratione latriæ, quam nec ſibi ipſi Aſſuerus iuſſit exhiberi, deinde, quia talis diuini honoris nullam mentionem fecit, neque Aſſuerus, neque ipſe Amanus, tandem, quia ipſe Mardochæus citato loco Eſther. dixit ſeparatum eſſe exhibere cuilibet maius reuerentiæ ſignum, ſi pro ſalute Iſrael expediret, quod tamen non diceret, ſi illa adoratio, quã Amanus exigebat, eſſet latria.

11. Non ex odio id fecit Mardochæus. Vnde additio quædam ad gloſſam ordinariam dicit, Mardochæũ ex inimicitijs, & odio noluiſſe adorare Amanum, quæ tamen opinio falſa haberi debet, cum Mardochæus dixiſſet, neque ex ſuperbia, aut gloriæ cupiditate ſe noluiſſe adorare Amanum, ſed ne diuinum honorem tranferret in hominem, proindeq; melius Caietan. ad citatum locum dicit fuiſſe morem Iudæorum flectere vtrumque genu in adoratione exhibita Deo, quod colligitur ex 3. Reg. 8. in Salomonis adoratione, & 2. Paralipom. 5. & 1. Eſdr. 9. Neque obſtat, quod aliquãdo etiam Regibus vtroque genuflexo, imò, & cum proſtratione ad terram reuerentia exhibita ſit, nam id, vt benè notauit Vaſq. non frequenter, ſed raro, & aut pro inſigni gratitudinis, aut vrgente dolore nimio, magnavè neceſſitate factum legitur, ſic Ruth. adorauit Boos cap. 2. Iudith. 10. Holophernem, Abigail. 1. Reg. 25. Dauidem, iam verò Amanus volebat ſibi ex debito, & quotidiana obligatione trãſeunti genua flecti, quod tamen ex more Iudæorum ſoli Deo debitum intelligebant, vnde Mardochæus de hoc accuſatus reſpondit ſe Iudæum eſſe. Caietanus tamen attingit dubium, quod non diſſoluit, an Mardochæus prudenter egerit non flectendo genu ante Amanum: poſſet enim apud exteros degens illis conniuère, moribusque eorum politicis, ac ciuilibus obtemperare, præſertim ob vitam tuendam, cæterum videtur, quod prudenter egerit Mardochæus, cum illius factum

Melius Caiet.

3. Reg. 8.

2. Paral. 5

1. Eſdr. 9.

Vaſq.

Ruth. 2.

Iudith. 10.

Caiet.

Prudenter egit Mardochæus non flectẽdo genua corã Amano.

probatum reperiamus in diuinis literis, addo tamen etiam hoc factũ fuiſſe Amano ab ipſo Mardochęo, quaſi in ſupplicium, & vindictã ipſius, eo quod acerrimus eſſet hoſtis Iudæorum, & qui conabatur penitus ſubuertere populum Dei, vt latiùs conſtat ex citatis locis ſacræ paginæ: ſi enim hæc ratio non interueniat, non video qua de cauſa Mardochæus etiamſi genua non flecteret, ne videretur diuinum honorem transferri in illum, non tamen illi exhiberet aliquod inferius, ac proportionatum alicuius reuerentiæ ſignum, ſaltem aſſurgendo illi tranſeunti, in quo nihil poterat metuere, cuius tamẽ oppoſitum habetur in eodem C. Eſther, ex quo conſtat Mardochæum non ſolùm illum non adoraſſe Amanum, ſed nec illi aſſurrexiſſe, aliamvè quanlibet reuerentiam exteriorem præſtitiſſe.

12. Apoc. 19. & 22. Ad Ioan. reſpondet Auguſt. q. 16. in Geneſ. talem apparuiſſe Angelum, vt pro Deo adorari poſſet, vnde dicit Auguſt. corrigendus fuit adorator, ne ſcilicet ob errorem perſonæ in adoratione etiam enarret. Beda, Richardus, Rupert. & alij dicunt Angelum prohibuiſſe adorationem non ob hanc cauſam, ſed vt oſtenderet quanti pretij apud eos eſſet natura humana à Deo aſſumpta. Ad vltimum ex Cornelio Alan. Cop. dialog. 3. cap. 7. ex Hieronymo contra Vigilantium dicit idcirco Cornelium á Petro ſubleuatum ne diuinum honorem ei tribueret; Chryſoſtomus verò Petrus ex modeſtia talem honorem recuſaſſe. Paulus verò, & Barnabas citati in actis Apoſtolorum recuſarunt adorationem à Lycaonibus ſibi exhibitam, quia, vt etiam conſtat ex eiſdem actis Lycaonici eos, tanquam Deos venerari intendebant.

D. Aug. Beda. Richard. Rupert. Alan. C. D. Hier. Act. 10. D. Chryſoſtom. Act. 14. 13.

Ad Patres verò, qui in oppoſitum citantur dicendum eſt eos loqui de adoratione latriæ ſoli Deo debita, vt patet ex multis alijs, quæ ex ijſdem Patribus retulimus, & videri poſſunt apud Thomam Vualden. citato loco in tertio tomo de Sacramentalibus, Suar. citata diſputatione 52. & Vaſq. diſputatione 97.

Thom. Valdenſ. Suar. Vaſq.

(*)

ARTICVLVS III.

Expediũtur nonnulla dubia circa adorationem Sãctorum.

1. Tria dubia circa præcedentia excitantur.

SVperſunt nõnulla, quæ breuiter expedire oportet. Primum, an cultus Sanctorum poſsit aliqua ratione dici cultus religioſus, & per ſe ad religionem ſpectans? Suppoſito iam, quod ſit cultus iam pluſquam politicus, & ciuilis. Secundum, quænam ſit præcipua ratio ſub qua ſpectentur Sancti, quando illis huiuſmodi cultus exhibetur. Tertium, an ſaltem Sancti in vita exiſtentes eadem ſpecie obſeruantiæ coli poſsint, qua maiores alios, & in dignitate conſtitutos veneramur; vel ſaltem, an ſacerdotes, & religioſas perſonas, eodem cultu obſeruãtiæ venerari poſsimus.

Aliud dubium

2. Ad 1. dub. ſolutio.

Et quod attinet ad primum, expedita iam præcipua difficultate, quæ in hac materia reperitur, & ſtatuto, ſicut diximus in præcedentibus, vnum habitũ ſpecie adorationis nõ poſſe tẽdere in Deum, & creaturã, quanuis idem ſpecie habitus charitatis poſsit reſpicere increatam, & creatam bonitatem, rectè infertur nullam adorationem creati obiecti eſſe elicitam ab eodem ſpecie habitu virtutis religionis, poterit verò prout diſtinguitur ab adoratione ciuili religioſa dici duplici ex cauſa, primo ex parte termini, & perſonę adoratę, quia nimirum Sancti, in quos adoratio tendit religioſæ perſonæ dici poſſunt, & magis accedunt ad religioſum cultũ; ac ſeruitium Dei; deinde ex parte etiam excellentiæ, quã reſpicit adoratio Sanctorũ, & ſub qua illis cultum exhibet, poteſt etiam prædicta adoratio religioſa dici prout diſtinguitur à politica, & ciuili, nam excellentia, quam reſpicit huiuſmodi adoratio non eſt ordinis naturalis, ſicut eſt quæcumque alia, circa quam verſari poteſt adoratio politica, & ciuilis; eſt enim ſupernaturalis gratia ipſorũ, & ſanctitas, per quã ſicut reponũtur in ſuperiori quodam ordine filiorum Dei (nam creata ſanctitas, & gratia participatio quædam eſt infinitæ, & increatæ ſanctitatis) ita ratione talis excellentię debet exhiberi ſanctis cultus aliquis ſuperior

Adoratio, quæ reſpicit excellẽtiam creatam etiam eſt religioſa duobus modis.

Ex ratione perſonæ, & ex ratione excellẽtiæ.

perio r omni cultu ciuili, & politico, qui, etſi non ſit actus elicitus á virtute religionis, religioſus tamẽ dici poterit. Ea etiam ex cauſa Sanctorum cultus religioſus dici poteſt, quia eos religioſis actionibus colimus, vt enim inquit Damaſc. lib.4. de Fide cap.16. templa, quæ Deo extruimu, & d icamus in Sã ctorum memoriam, & honorem extruuntur, & dicãtur, eoſdemq; Sanctos hymnis, & orationibus colimus.

D. Damaſ.

3. Ad 2 dub reſponſio.

Ad ſecundum reſpondetur, ſanctitatem, & gratiam eſſe propriam, & intrinſecã excellentiam, in qua fundatur adoratio, quę ipſis exhibetur, loquimur autem de propria adoratione, quæ ad ipſos terminatur, nam ſi eos adoremu s, vt tẽpla Dei ſũt, &, vt peculiari modo Deus exiſtit in illis, tunc poſſunt adorari Sãcti, ſicut, & quęlibet creatura latria, ſed hæc adoratio, vt iam ſuprà diximus, potius eſt adoratio Dei in ſua creatura, quam adoratio in ſua creatura.

Proprium fundamentum adorationis Sanctorum eſt ſãctitas, & gratia.

4. Ad 3 dub. reſponſio.

Ad tertium ſimiliter dicendum eſt, adorationem, quæ exhibetur Sãctis in vita exiſtẽtibus eſſe adorationẽ duliæ cum hoc diſcrimine, quod adoratio, quæ tribuitur Sanctis in cœlo exiſtentibus pręter ſanctitatem ipſorum, in qua fundatur reſpicit etiam rationem ſtatus in quo ſunt, quod non habet adoratio, quæ tribuitur Sanctis in vita exiſtentibus, quamuis vtraque adoratio duliæ ſit; hoc tamen diſcrimen habent, vt iam ſuprà diximus, vbi explicuimus, quæ diſtinctio inter vtramque reperiatur.

Sub alia ratione intra duliam adorantur Sãcti in cœlo exiſtentes.

5. Obiectio hæreticorum.

Neque obſtat hæreticorum obiectio, qui exiſtimãt Sãctos in vita exiſtentes nõ poſſe à nobis coli religioſo cultu, & qui fundetur in ipſorum ſanctitate, quia nobis nõ poteſt certò conſtare, quod ipſi Sancti ſint dũ in vita exiſtunt. Reſpondetur enim non opus eſſe, ad hoc, vt illos poſſimus, & debeamus colere religioſo cultu duliæ, vt nobis infallibiliter conſtet de ipſorũ ſãctitatę: ſatis enim eſt, quod tales habeantur, & reputentur, quales nos veneramur. Imò verò, & etiam Sanctos viros, quos in ſanctitate, & gratia deceſſiſſe intelligim⁹, & in cęlo exiſtere, etiam ſi non ſint canonizati, neq; ab Eccleſia in Sanctorum Ca-

Solutio.

Poſſumus priuatim colere, & inuocare os, quos in gratia deceſſiſſe, & in cęlo exiſtere intelligimus.

Digitized by Google

thalogo adſcripti, poſſumus etiam priuatim colere, & inuocare, ſicut tenet Hoſtienſ. & Panorm. in cap. 1. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum: & latè probat Bellarm. controuerſ. 7. lib. 1. c. 10. & tenent gloſſæ ad verbum Sedis Apoſtolicæ dicto capite primo de Reliquijs, & veneratione Sāctorum. Probariq; poteſt, quoniam infātes baptizati decedentes ante vſum rationis, vt tenet Ledeſm. 2. 4. q. 116. artic. 10. ſimiliter coli poſſunt, & inuocari, & tamen non ſunt canonizati, & D. Hieron. in vita Paulæ circa finem, eandem mortuam, & non canonizatam inuocat his verbis, *Vale ó Paula, & cultoris vltimam ſenectutem orationibus iuua.* Similiaq; videri poſſunt apud Gregor. in Dialog. & apud Nazianzen. in fine orationis in Baſil. & orationis in Athanaſ.

Hoſtienſ. Panorm. Bellarm. Ledeſm. D. Hier. D. Gregor. D. Gregor. Nazianz.

6. Ad vltimū dicendū, cultū, qui exhibetur ſacerdotibus, & religioſis perſonis non eſſe elicitum à cōmuni, & politica obſeruantia, dicique communiter cultū duliæ, & religioſum, & ſacrū ob perſonas, in quas tēdit, quæ ſacræ ſunt, & Deo dicatæ, & illius deputatę ſeruitio; vnde benè infert Vaſq. diſp. 98. cap. 4. iniuriam, quę fit clerico, & ſacerdoti non ideò eſſe ſacrilegium, quia opponatur virtuti religionis, ſed quia opponitur virtuti duliæ, quæ verſatur in exhibendo cultu Sanctis, & religioſis perſonis; vnde iniuria illa peculiarem conditionem inuoluit in confeſſione exprimendam, ſi quādo verò D. Thomas 2. 2. q. 96. art. 2. huiuſmodi vitium recenſuit inter ſpecies ſacrilegij, quæ opponuntur virtuti religionis, id egit propter affinitatem, & coniunctionem maximam, quam habet Sanctorum cultus cū proprio cultu religionis, qui ad Deum pertinet.

Vaſq.

D. Thom. Iniuria illata ſacerdoti, aut religioſę perſonæ, quomodo ſacrilegium ſit?

ARTICVLVS IIII.

Præmittuntur nonnulla circa adorationem imaginum.

1. NOnnulla nomina, quæ ſæpe occurrūt in hac materia oportet in primo limine explicare, ne in progreſſu eorū ignoratio anſam pręſtet dubitandi, & primo loco, quid ſit imago, quæ ex Chryſoſt.

Imago ex D Chryſ.

homil.

homil.3.in epiſtola ad Coloſſenſ. talis eſſe debet, vt omni ex parte debeat eſſe ſimilis, & correſpõdens rei, cuius eſt imago, &, vt inquit Naziáz. lib.4.de Theolog. debet imitatione exprimere id, à quo primum deducitur, & cuius eſt imago, & ſicut dixit Auguſt. libro vnico de Geneſi ad literam, imago tunc eſt, cum de aliquo exprimitur, quod Philoſophus docuit 6. Topicorum c.2. vbi, inquit, imago eſt id, cuius generatio, & per vnitionem; vnde Origenes, & Theophylact. dixerunt imaginem eſſe veram alicuius rei ſimilitudinem ad illã reprę̨ſentandam expreſſam, cui definitioni addit Theodoret. ea ratione, quæ illi ſecundum naturam, aut gratiã ineſt. Cum ergo imago dicitur *vera ſimilitudo*, excluditur quæcunque alia falſa reprę̨ſentatio, cum dicitur, *alicuius rei*, intelligitur veræ, & ſubſiſtentis, nam chimæra, quæ eſt inſtituta ad repræſentandum monſtrum, quod nec res vera eſt, nec ſubſiſtit, non dicitur imago, cum verò dicitur, *ad repræſentandum expreſſa*, excluduntur cæteræ aliæ ſimilitudines, quæ non ſunt expreſſæ, ſiue efformatæ ad repræſentandum, vt á natura, aut ab arte. Quod verò imagines ſiue naturales, ſiue artificiales hoc habeant, in artificialibus patet, nam imago depicta, aut ſtatua in tantum imago eſt, ac dicitur in quantum efformatur, & exprimitur ad repræſentandam rem aliquam veram, & ſubſiſtentem: de naturalibus non minus clarum eſt, quoniam natura, ſpecies tam ſẽſibiles, quàm intelligibiles, rerumq; conceptus formauit rebus ipſis correſpondẽtes, easque repræſentantes, quarum ſunt imagines.

D.Greg. Nazianz. — P. Aug. — Ariſt. — Origen. Theophyl. — Explicantur particulæ definitionis imaginis.

2\. Idolum quid?

Idolum autem licet ſimilitudo quædam ſit in latiſsima acceptione; eſt tamen quedã falſa ſimilitudo, quatenus nimirum eſt reprę̨ſẽtatio, ſeu potiùs confictio eius, quod re vera non eſt, ſicut pręter citatum Origenem, & Theodoret. notauit Euſthat. in vdiſſaę, vbi idolum appellauit imaginẽ inanem, qualis v. g. eſt imago chimęrę, quam in imaginatione fabricamus, ſpectra etiam, & vmbrę mortuorũ, quę videntur res ſolidę, cũ tamen ſint omnino inanes, & vacuæ, vnde Lucian. in

Origen. Theodor. Euſthat. Idolũ imago inanis. — Lucian.

dialo-

Homerus. Odiſ. dialogis de mortuis, & Homerus Odiſſ. 11. animas mortuorum vocat idola, quas Poeta vocauit formas ſub Plato. imagine caua, & Plato in Theæteto idolum oppoſuit Nicol. Sander. veritati: neq; aliud eſt, quod Sander. lib. 1. de imagin. ex Origen. Theodoret. differentia Origenis hom. 8. in Exod. & Theodoret. ibidem q. 38. dixit, nimirũ omne id vocari idolum, quod etiam ſi rem ſubſiſtẽtem repræſentet, non tamen ea ratione, quę illi ſecundum naturam, aut gratiam ineſt; vnde imago Iouis vocatur idolum, quia Iouem vt Deum & Sanctum repræſentat, cũ tamen talis non ſit, neq; natura, neque gratia: & hanc Auguſt. idoli acceptionẽ tradit Auguſt. libro. 6. quæſtionũ veteris teſtamẽti, q. 41. vbi idoTertul. lum dicit falſi Dei ſimulachrum, & Tertul. in lib. de Idolatria inquit, idolum eſſe diminutiuum ab Idos, id eſt forma, quaſi ſit parua forma diminuta, inanis ſcilicet, & vacua, ſolamque habens apparentiam formæ; quod tamen in vera imagine ſecùs accidit, quę & rem ſubſiſtẽtem repræſentat, & quæ talis eſt, qualis repræſentatur.

3. Ex quibus colliges differentiam inter imaginem, & idolum: nam imago eſt vera ſimilitudo rei, quam repræſentat, aut ab arte, aut à natura ad id inſtituta: idolum autem præterquàm quòd ſit falſa ſimilitudo, quia nimirum repræſentat id, quod non eſt tale, quale repræſentatur, adhuc ſumitur preſsiùs pro eo, quod colitur vt verus Deus, cum tamen talis non ſit, vt docet Pater Auguſt. lib. 20. contra Fauſtum. cap. 5 & inſuper ex eodem P. Auguſtino loco citato ſumi poteſt ita latè, vt extendatur etiam ad eas res, quę neque hominis, neque Dei figuram referunt, ſicut cum Gedeon Iudic. 8. Ephod ex auro fecit: quærens enim P. Auguſtinus quare populus idolatriæ cultu poſt Ephod fornicatus dicatur; legitur enim Iudicũ cap. 8. *Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephrà; fornicatuſque eſt omnis Iſrael in eo, & factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam:* cum tamen Ephod, neque idolum, neque falſi Dei eſſet ſimulachrum, ſed veſtimentum quoddam ſacerdotale, vnum ex ſacris tabernaculi, quod Græcè dici-

Diſcrimen inter imaginem, & idolum.

P. Aug.

Idolum latè etiam accipitur.

Iudic. 8.

Digitized by Google

turE podima, ſiue ἐπωμις, Latine chlamis, ſiue ceruix; vnde rectè Latin' interpres ſuperhumerale. Exod.28. *Hæc autem erunt veſtimenta, quæ facient, rationale, & ſuperhumerale, &c.* Reſpondet ipſe Pater Auguſt. quē ſequitur Gloſſa Ordin. citato loco Iudic. Ideò Gedeonem in hoc deliquiſſe, & populum fornicatum fuiſſe, quia non erat licitum ſimile quid fieri extra tabernaculum, & adit, quia & hoc genus quoddā idolatriæ quodāmodo erat, extra tabernaculū Dei, quod libet manu factum pro Deo coleretur: ea enim, quæ in tabernaculo fieri præcipiebantur, ita in Dei cultum referebantur, vt pro Deo nullum eorum coleretur, & idcirco ſicut aduertit Lyran. Ioſue. 22. ea non adorabantur niſi in Silo. Dicūt aliqui peccatū Gedeonis in eo cōſtitiſſe: quia ex auro fecerit ea, quæ pertinebant ad inſtrumenta Sacrarij: non tamen intelligas ex ſolo auro factum Ephod, ſed ex lino etiam, ſicut Mater Samuelis illi fecit Ephod Bath, id eſt lineum: fiebat ergo ex auro, hyiacintho, ac pretioſis lapillis, dicitur tamen ex auro; quia præcipua, maiorq; pars erat aurum ſolidum ex præda captum; quia tamen hæc latius examinare nō eſt huius loci, dicēdum eſt idolum eſſe mendacium, vanū, & falſū aliquid, quod Bellarm. citat. lib.2. controuerſ. c.5. colligit ex nominibus Hebręis, quibus ſacra pagina idolum nominat, nam Oſeæ 7. dicitur, *Reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ: quia operati ſunt mēdacium,* id eſt idolū, vt ait D. Hieronymus, & Iſaiæ 28. de impijs dicitur, *Poſuimus mēdacium ſpem noſtram, & mēdacio protecti ſumus:* Et Eſther 14. iuxta verſionem Septuaginta dicitur, *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt, ne rideant ad ruinā noſtram,* ad quod Paul. alluſiſſe videtur primę Corinth. 8. dicens, *ſcimus, quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus, niſi vnus,* & Abach. 2. *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus cōflatile, & imaginem falſam? Quia ſperauit in figmento fictor eius, vt facere ſimulachra muta,* quę omnia mendacium, & vanitatem ſonant in idolo.

Circa nomen, ſimulachrum, nonnulli illud com-

munc

Marginalia: Exod. 28. — P. Aug. Gloſ. — Quale fuerit peccatū Gedeonis. — Lyra. Ioſue 22. — Aliter alij aſsignant peccatū Gedeonis. — 1. Reg. 2. Paral. 15. — Idolū mendacium vanum, & falſum. Bellarm. — Oſea. 7. — D. Hier. Iſai. 28. — Eſth. 14. — 1. Cor. 8. — A bach. — 4. Simulachrū quid.

mune arbitrantur, extendiq; ad veram, & ad falſam imaginem, quo ſenſu Lactant. libro ſexto de Vero cultu cap. 10. in principio, & 13. in fine, hominem vocat Dei ſimulachrum, quia nimirum dictum exiſtimat à ſimilitudine. Rectius tamen deriuatur à ſimulando, quaſi ſit ficta quædam ſimulatio eius, quod non eſt, vt tradunt Vvaldenſ. & Sander. ſupra citati: vnde, vt aduertit Bellarmin. loco etiam ſupra citato in fine, ſimulachrum in diuinis literis ſemper accipitur pro idolo, & vbi tranſlatio Latina habet, ſimulachrum, Græca habet, idolum, patet ex Pſalm. 113. & Actor. decimo quinto, & alibi ſæpè, ſumiturque hæc doctrina ex Auguſtino Pſalm. 125. & Hieronym. cap. 7. Oſeæ, vbi dicit, quod ſicut mendacium opponitur veritati, ita etiam ſimulachrum Deo, quod Bellarmin. amplius confirmat ex Latinis authoribus, quos latè citat.

Lactant. — Aſimulando dicitur non à ſimilitudine. — *Sander.* *Bellarm.* — *Pſal.* 113. *Act.* 15. — *D. Aug.* *D. Hier.* *Oſeæ* 7. — *Bellarm.*

5. Iuxta ea, quæ diximus duo ſuperſunt inculcãda circa imaginem, & idolum. Primum non committi idolatriam in qualibet adoratione cuiuſcunq; falſæ imaginis: ſi enim quis adoret imaginem prophani hominis, quem adorat vt ſanctum, cum tamen talis non ſit, quod hæreticis ſæpè cõtingit, qui apoſtatas á fide ſceleſtiſsimos homines vt Sanctos venerantur, in hoc non cõmittitur crimen idolatriæ, quod directè virtuti religionis opponitur; committitur tamen peccatũ oppoſitũ virtuti duliæ, quæ verſatur circa reddẽdum debitum cultum viris iuſtis, & ſanctis, dicique poteſt talis cultus idolodulia, hoc eſt falſa dulia, ſicut dicitur idolatria cultus ille, qui exhibetur falſo Deo.

Non quælibet adoratio falſæ imaginis eſt idolatria propriè. — idolodulia quid ſit?

6. Secundum, quod adnotauit Sander. libro primo de imaginum adoratione, capitè tertio eſt, poſſe aliquando contingere, vt ex aliquo abuſu id, quod à principio, & prima inſtitutione ſui habuit rationem veræ imaginis, poſteá reſpectu aliquorum fiat idolum, ſi nimirum ab eis colatur tanquam repræſentans aliquid diuinum, quod illi falſò tribuitur, ſicut contigit in ſerpente æneo, quem Moyſes Numer. vigeſimo primo effor-

Sander. — Quod prius vera imago extitit poteſt poſtea aliquibus eſſe pro idolo. — *Num.* 21.

effornauit, vt viſus ſalutem contra morſus ſerpentum præſtaret, quem poſteà Iudęi idolatrę tanquam Deum venerabantur, ob quam cauſam Ezechias illum confregit quarto Reg. 18. vnde ſimiliter, ſi quis imaginem, quæ re vera eſt imago Diui Petri, aut cuiuſlibet alterius Sancti, vt Deum colat, iam talis imago ex ſiniſtro vſu illi fiet idolum, nam ſub hac ratione falſa imago eſt, & mendacium, cum illi tribuatur id, quod non habet, nec repræſentat, & propter hanc rationem Serenus Epiſcopus Maſſilien. imagines in ſua Eccleſia cōfregit, quia nimirum videbat Chriſtianos á gentiliſmo denuo conuerſos illis abuti, eoſq; tanquam Deos venerari, & Concilium Tridētinum ſeſsione vigeſima quinta in decreto de Inuocatione Sanctorum, & adoratione imaginum pręcipit, vt prælati populum edoceant, quo modo imaginibus rectè vtatur.

4. Reg. 18.

Serenus Epiſcopus imagines confregit.

Trident.

***

ARTICVLVS V.

Quam ſit conueniens, & pius Eccleſiæ imaginum vſus.

1\. EX hæreticis, qui primi fuerint imaginū impugnatores nō ſatis conſtat, nam Nycephor. lib. 16. hiſtoriæ cap. 27. Renaiam dicit fuiſſe primum, qui contra vſum imaginum loquutus eſt. Sander. verò lib. 1. de imaginibus cap. vlt. cenſet iam imaginum vſum impugnatum fuiſſe á Marcioniſtis, & á Manichęis tēpore D. Auguſtini, poſteá ab Euthychianis, quoniam Tharaſius in ſeptima Synodo action. 5. nō lōgè á principio dicit, quod Iconomachi, id eſt imaginū impugnatores, imitati Hebræos, Sarracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichęos, Phātaſiaſtas, & hæreticos ſanctarum imaginū vſum prohibere voluerunt: & quod attinet ad Manichæos id pbat ex Aug. libr. 20. contra Fauſt. cap. 3. Alij ex recētioribus exiſtimāt nō eſſe adeò antiquā imaginū impugnationē, ſed ex Iconomachis primos fuiſſe Talmudiſtas in ſuo Talmud confecto anno

Nycephor.

Sander.

7. Synod.

P. Aug.

Talmudiſt.

Digitized by Google

496. quidquid tamen ſit de primis huius hæreſis inuẽtoribus, eam ſequuti ſunt poſteà quamplures alij, vt videri poteſt apud Vvald. tomo 3. cap. 50. & ſequentib. & apud Prateol. & Lindan. & alios infra citandos:

Thom. Vvaldenſ. Prateol. Lindan.

2. Primus ex imperatoribus, qui imagines impugnauit, fuit Philipicus imperator tẽpore Conſtantini Papæ anno 712. Quanquam iſte, vt inquit Paulus diaconus, nõ tam abſolutè, aut ex errore imagines impugnauit, quã ex odio aliquorum ſanctorum Patrum, qui aderant ſextæ Synodo, quorum imagines ille in vindictam, & dedecus è parietibus ſanctæ Sophiæ deleri iuſſit, in quo illi reſtitit Conſtantinus Papa, vt videri poteſt apud eũdem Paulum diaconum capite 18. & in additionibus Eutropij, & libro etiam 21. quem errorem poſteà ſequutus eſt Leo III. dictus Iſaurus, & illum ita auxit, vt obſiſtentes fideles igni traderet, huic obſtitit Gregor. II. & Gregor. III. illum excõmunicauit, ac imperio priuanit, quæ fuit prima ratio, ob quam Latina Eccleſia cœpit á Græcis imperatoribus recedere, ita Zonaras in vita ipſius Leonis, Cedrenus in compendio hiſtoriæ, Paul. loco citato Sander. lib. 7. de viſibili monarchia Poſt hunc ſequutus eſt eundem errorem Conſtantinus Copronimus ſupra citatus, qui etiam Neſtorianus fuit, & Studitas omnes ſibi in hac re obſiſtentes ſimul cum eorũ bibliotheca combuſſit, deinde Leo 4. & hoc mortuo quieuit Eccleſia, & ceſſauit perſecutio contra imagines imperante filio Conſtantin. & Irena matre eius, qui catholicam Eccleſiã defenderunt, quorum tempore pro defenſione imaginũ Adrianus Papa 7. Synodum Nycenam ſecundam congregauit, quanquam poſteà iſte Cõſtantinus repudiata Nycæna Synodo errori Iconomachorum adhęſit, vt refert Bozius de ſignis Eccleſiæ ſigno 25. libr. 7. cap. 3. quo anno coacta fuit præcedens ſeptima Synodus (non poſt annum 900. vt refert Vaſq. diſp. 102. c. 2.) ſed anno 815. Poſteá ſequuti ſunt eundem errorem Leo Gazara, Leo Armenus, Baldus, & Theophilus imperatores, vt refert ex alijs Boz. ſign. 12. li. 5. c. 4.

Paul. Diacon. Imaginũ impugnatores. Zonar. Cedren. Paul. diacon. Sander. Conſtantinus, & Irena mater Eccleſiæ fauere anno 787. 7. Synod. Nycæn. 2. Vaſq.

quos deinde ſub Papa Alex. 1. & Frederico Imperatore 1. ſecuti ſunt Bogomilli ſub Innocent. 3. & Frederico 2. in Gallia Albigenſes, poſteà anno 1372. Ioan. Vvicleph. deinde Lutherus, Caluinus, Zuingl. & alij recentiores hæretici, vt videri poteſt apud authores citatos, & Coclæum in actis Lutheri, & lib. 3. hiſtoriæ Huſsitarum. *Coclæus.*

3. *Iudæi etiā Iconomachi.* Horum hæreticorũ fundamenta deſumebantur primò ex nonnullis locis, quæ in ſacra pagina Iudæi ſiniſtrè interpretabantur, nam Iudæos fuiſſe Iconomachos conſtat ex citata ſecũda Nycæna Synodo, quæ eſt ſeptima generalis, vbi actione 4. pag. 103. colum. 1. legitur Apolog. Leontij contra Iudæos pro imaginibus, quæ etiã refertur actione quinta pag 129. col. 1. idque etiam probat Phoſsius Conſtantinop. in Concil. 7. 1. tom. pag. 6. & Bellarm. citata cõtrouerſ. 7. libr. 2. cap. 6. pag. 1557. vbi refert Iudæorum Thalmud. in quo Iudæi cõcludunt Eccleſias Chriſtianorum eſſe domos idolatriæ, quod in eis imagines colantur: loca ergo ſunt ex Exod. 20. *Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra,* & idem habetur Deuter. 5. & Leuit. 26. vnde cũ huiuſmodi verba generalia ſint, generaliter etiam, & abſolutè prohibēt fieri omnem imaginem, & ſimilitudinem.

2. Nycæn. Synod. *Fundamētum hæreticor.* *Phoſius.* *Bellarm.* *Exod. 20.* *Deut. 5. Leuit. 26.*

4. *2 arg. hæretic.* Secundò obijciunt duo Concilia, Conſtantinopolitanum, & Francofordienſe, quæ damnarunt vſum imaginum, vnde reijciẽdum dicunt ab Eccleſia Dei.

5. *Irenæ. Carpocrat. reprehendit Epiphan.* Tertiò, quia Carpocrates ab Irenæo reprehẽditur, quod imaginẽ Chriſti adoraret, & Epiphan. reprehendit Collyridianos, quod imaginem B. Virginis venerarẽtur. Citant etiam D. Hieron. in cap. 3. Danielis dicentem imagines non eſſe adorandas, & P. Auguſt. nouos picturarum adoratores increpantem, & D. Gregorium, qui in literis ad Serenum Epiſcopum Maſsiliẽſem imaginum videtur vſum interdicere. Obijciunt inſuper libros Caroli Magni, in quibus idem dicunt contineri. *D. Hier.* *P. Aug.* *Libri Carolini.*

6. Deinde, quod imaginũ, & ſtatuarũ efformatio omnino tolli debeat videtur probari

bari ex communi Theologorum doctrina, quæ aſſerit in illis citatis verbis Exodi prohiberi omnem idoli efformationem, quod expreſsè docuit Tertul. in lib. de idololatria cap.4. & 5. & lib. de pudicitia c.5.& lib.4. aduerſus Marcionem c.22. & patet ex verbis, quibus vtitur ſacra pagina, quæ ſūt *conflare, facere, & fabricare*, vt habetur Exod.20. Leuit.26. Deuter.4.& 5. Iſai.44.& alibi paſsim. Adijciunt tandē, quoniā in confectione imaginis, & ſtatuæ, tribuitur occaſio idololatriæ: ergo reijcienda eſt, tanquam erroris occaſio.

Tertull.

Exod. 20. Leuit. 26. Deut. 4. & 5. Iſai. 44.

6. His tamen non obſtantibus dicendū eſt primò, imaginum effigiationem, aut efformationem eſſe per ſe licitam, eārumq; vſum optimū, & in Eccleſia receptū, imò illarum efformationē, atq; vſum damnare hæreticū eſſe. Prima pars diffinitur in ſeptima Synodo, quę fuit ſecunda, & quæ celebrata, cōſentientibus, & conuenientibus ad illam ex toto orbe trecētis quinquaginta Epiſcopis anno Domini 787. traditurq; multis in locis præſertim actione 7. & in fine diffinitionis poſt ſubſcriptionem anathema dicitur, qui euangelicas narrationes per picturas repræſentatas non acceptauerit: vbi etiam vides diffinitam ſecundam partem concluſionis: fauet Concil. Trident. ſeſſ. 25. in decreto de venerat. Sanct. & imagin. ibi, *Picturis, vel alijs ſimilitudinibus expreſsis*, & infra, *Et exprimi, & figurari contigerit.* Ecce effigiationem, efformationem, vſumq; imaginū admittunt Concilia, & ante hęc Concilia iam anno 733. complures Epiſcopi Romæ congregati imaginum vſum licitum eſſe, easq; venerandas ſanxerunt, teſte Sigisberto, & anno 766. alia Synodus coacta eſt in pago Gentiliacenſi, in qua eſt idem pariter ſtatutum, vt colligitur ex eodem Sigisberto, Adone, & Emilio, & anno ſequenti eſt id ipſum in alia Romana Synodo ſub Stephano 3. ſancitum.

Prima concluſio contra hæreticos.

7. Synod.

Tom. 3. Cōcil.

2. pars aſſertionis diffinitur. Trident.

Sigisbert. Adon. Emilius. Synod. Romana.

7. Habetur prætereà eadem pars concluſionis in diuinis literis, nam Exod. 25. præcipiūtur fieri duo Cherubim ita vt *vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantq; ſe mutuo verſis vultibus in pro-*

Exod. 25.

D. Hier. *pitiatorum, quo operienda eſt arca.* Circa quod D. Hieron. ad Marcellam ſcribit arcam Dei ideò fuiſſe à Iudæis in honore etiã habitam, quod in illa imagines eſſent Cherubim, & 3. Reg. c. 6. & 7. iuſſu Dei duo Cherubim in medio templi interioris efformantur, Leones inſuper, & boues: & Num. 21. ſerpens ęneus, quem ipſi Iudęi colebant, teſte Auguſtino lib. 3. de Trinitate, & lib. 3. de Doctrina Chriſtian. c. 9. & ſimiliter exemplar tabernaculi Deus Moyſi oſtendit in monte, quod nihil aliud erat, quàm imago ad cuius ſimilitudinẽ erat efformandum tabernaculum.

Num. 21.

P. Auguſt

8. Reijcitur Iudæorum effugium.

Neque obſtat inepta Iudæorum euaſio aſſerentium Deum non ſibi, ſed hominibus prohibuiſſe imaginum efformationem, quoniam ſi illa in ſe intrinſece mala eſt, multò minus Deus, quam homines, illa vteretur, imaginesq; pręciperet efformari. Quod autem talis efformatio non ſit intrinſecè mala, ſed potiùs in ſe bona, ſicut in concluſione continetur, probatur, quoniam ars depingendi, & ſculpendi ſunt artes quędam ſecundùm naturam, imò & ipſam naturam imitantur, & adnotant; quod inſuper confirmatur, quia Deus huiuſmodi artem depingẽdi, & ſculpẽdi duobus hominibus infudit, ad ornamentũ nimirum tabernaculi, Beſéleel nimirum, & Oliab, quem Deus illi ſociũ deſignauit; ſic enim dicitur Exod. 31. *Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere ad excogitandũ quidquid fabrefieri poteſt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum, dediq; ei ſocium Oliab filium Athiſamech de tribu Dan,* & cætera, quæ proſequuntur, in quibus res clarè ſatis explicatur, de qua videri poſſunt P. Auguſt. citatus à gloſſ. ordin. & Lyranus, qui vtramque huius artis ſcientiam, acquiſitam, & infuſam dicunt hos artifices habuiſſe, & idem etiam habetur Exod. 33. & 3. Reg. 6. Quis autẽ auſus erit opinari Deum artes de ſe malas hominibus infudiſſe? Tandem pro concluſione facit communis hominum conſenſus, qui inter virtutis pręmium, & triumphorũ me

Ars pingẽdi, & ſculpẽdi à Deo infuſæ.

Exod. 31.

P. Auguſt.

Exod. 33. 3. Reg. 6.

moriam

moriam ſtatuas maioribus erigunt, imagines q; depingũt, imò & in annulis imagines ſculpi antiquiſsimum fuit, quod non ſolùm apud prophanos authores traditum reperies, ſed etiã apud ſacros libros, vt oſtendimus quæſtione quarta poſitiua: ſatiſque rem oſtendunt antiquiora numiſmata, in quibus incitæ Regum imagines, atque imperatorum adhuc concipiuntur.

Imagines in annulis antiquiſsimum fuit.

9. 2. Concluſ.

Dicendum eſt ſecũdo fabricationem, vſumque imaginum ab ipſo Deo inſtitutum à Chriſto Domino, & Apoſtolis ad nos diminaſſe. Hanc concluſionem in his terminis latè probat Bozius de ſignis Eccleſ. ſign. 37. lib. 9. cap. 11. probaturq; ex Euſebio lib. 7. hiſt. c. 14. vbi refert à primis Eccleſiæ Chriſtianis depictas imagines Chriſti, Petriq;, & Pauli apoſtolorum, quas conſeruabant, & honoribus afficiebant; & teſte Nycephoro cum alijs, conſtat etiam apoſtolum Lucam plures imagines Beatę Virginis depinxiſſe, imò addunt aliqui, & aliorum apoſtolorum. Prætereo apud Indos Diuũ Thom. à Brachmene occiſum, dum crucem flexis genibus adoraret: extat canon antiquiſsimę Synodi Antiochenę, quo iubentur dipingi imagines Chriſti, ſeruorũque eius, vt eas, & non gentilitias, adorarent: & tempore ipſius Chriſti Domini duæ ipſius imagines extiterunt: primam ipſe facie ſua expreſsit in linteo, eamquẽ miſit Abgaro Regi, & hodie cum ſumma fidelium religione colitur, viſiturque in monaſterio monialiũ Sancti Sylueſtri Romæ ſito, illiuſque mentionem facit D. Damaſc. oratione prima de imagin. Euagrius, Bozius, & alij: alia fuit ſtatua, quã gratitudinis ergò mulier à fluxu ſanguinis liberata erexit, cuius mentionẽ faciunt D. Gregor Papa, Damaſcen. & Euſeb. qui illam ſe vidiſſe atteſtatur: ſunt & præter has aliæ, qualis eſt imago crucifixi facta à Nicodemo, cuius meminit Athanaſ. de Paſsione Imaginis cap. 4.

Bozius. Euſeb. Imagines B. Virginis à D. Luca depictę.

Synod° Antiochena. Imagines Chriſti, eiuſq; ſuo tempore.

D. Damaſ. Euagrius. Bozius.

Gregor. D. Damaſ. Euſeb.

D. Athan.

10. Noſtram concluſionem in eodem ſenſu expreſſe tradit D. Baſil. contra Iulianum, vbi inquit, *Hiſtorias imaginũ illorum Sanctorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis traditum à ſanctis Apoſtolis:* ergo id

D. Baſil.

Digitized by Google

id nullo modo eſt prohibẽdum. Et ratio congrua pro hac inſtitutione ex primis Eccleſiæ incunabulis ſumitur, quoniam Eccleſia erat ex gentibus congreganda, iuxta illud Regij vatis in perſona Chriſti: *Eripies me de cõtradictionibus populi, conſtitues me in caput gentium.* Quem locum D. Hieron. præfatione in ca. 17. Iſaię, & P. Auguſt. 17. de Ciuit. Dei c. 16. Tertulian. libr. contra Iudæos cap. 3. Iſidor. in Geneſ. c. 19. & alij Patres cõmuniter exponunt de gentium in Eccleſiam Chriſti reiectis Iudæis congregatione: ſicque primatum, quem ſynagoga obtinuerat, per cõtradictionẽ amittens (fuit enim Chriſtus Dominus Synagogæ in ſignum cui contradiceret, Luc. 2.) obtinuit Eccleſia ex gentibus congreganda, quæ cum eſſet populus non cognitus, ſeruiuit tamen, & in auditu auris obediuit Chriſto, fides enim ex auditu; vnde cũ gentes facilius multo eſſet á ſimulachris, & idolis ad veras Chriſti, & ſanctorũ imagines conuertere, quam eas ab omni imaginum, & ſtatuarum vſu amouere, rectè ſe habuit cum lactentibus adhuc filijs Mater Eccleſia illis verum Chriſti, & ſanctorum cultum ſub imaginibus proponẽdo. Quod etiam Chriſtus Dominus cũ piſcatoribus Apoſtolis feciſſe videtur, dũ illos alloquitur dicens, *Venite faciam vos fieri piſcatores hominum*, Marc. 17. vbi communiter ſacri interpretes, non officium abſtulit, ſed materiam in melius commutauit.

Verſ. 44. D. Hier. P. Aug. Tertull. Iſidor. Luc. 2. Marc. 17.

11. *Tertia concluſio. Non omnis efformatio idoli intrinſece, & in ſe mala.*

Dicendum eſt tertiò, non omnem efformationẽ idoli abſolutè loquendo, etiam prout idolum propriè ſumitur, & ab imagine diſtinguitur, eſſe per ſe, & intrinſecè malam. Probatur concluſio, quia in hoc ſenſu nullus eſt, qui cõdemnet picturã chymeræ, cum tamen chymæra in eo idolum ſit, vt patet ex ſupra dictis, neque enim repræſentat rem ſubſiſtentem, ſed falſam, & quę re vera nõ eſt talis, qualis repræſentatur. Et confirmatur ex communi vſu depingendi figuras, quas vulgo *Bruteſcos* vocant, in quibus ſimilia mõſtra in hominum, piſcium, ac ferarum membra permixtim efformantur, de quibus videre poteris Caiet. in illud Exo. 20. *Nõ facies tibi ſculptile.*

Caiet. Exod. 20.

Digitized by Google

12. 4. Concluſ.

Dicẽdum eſt quarto, etiã ſi idolum ſumatur in materia religionis, prout ſcilicet repræſentat falſum Deum, vt erat imago Iouis apud Gentiles, vituli apud Iudęos, non omnem efformationem talis idoli eſſe per ſe, & intrinſecè malam, & illicitã. Probatur cõcluſio multis iiſque grauiſsimis ex recẽtioribus: ꝗ mille vnus, nobis inſtar omniũ in 3.d.9. cũ Scoto ſit inſignis primarius emeritus, & meritiſsimus Ægidius Luſitanus præceptor meus, noſtræque Academiæ decus, & ornamentũ ſingulare, qui illam nõ modo docuit, ſed ſæpè prorexit. Si enim quis idolum Iouis, aut vituli efformaret in ludibrium, vt eo pro ioco vteretur, ſicut nõ multos annos apud Bracharẽſes cum vituli imagine pro Iudæorum contemptu, & confuſione fieri ſolebat, quod etiã ſæpè in noſtra vrbe, vbi hęc in toto orbe celebris, & inſignis viget Academia, viſũ eſt, nõ proinde rem illicitã, aut peccaminoſam ageret, imò niſi aliud accederet, ex quo actus poſſet vitiari id ex zelo veræ religionis fieri poterat. Neque ſimiliter in poetarum libris etiam Chriſtianorum: in quibus ſæpè tales fabulæ deſcribuntur, non eo animo, vt illi tanquã Dij habeantur, ſed vt ſub tali hiſtoria relata aliquid aliud explicetur, non inquam in hoc peccatũ cõmittitur: & tandem oſtenditur, quoniam vt videbimus in ſolutione ad argumenta hæreticorum, efformatio idoli non eſt prohibita in primo præcepto propter ſe, ſed propter aliud, nimirum propter ſcandalum, quæ ratio cum apud Chriſtianos ceſſet quãdo illius efformatio vertitur in præfatos vſus, nõ erit per ſe mala, nec illicita.

Ægid. Luſit.

Nõ omnis efformatio idoli eſt per ſe, & intrinſecè mala.

Poteſt eſſe actus bonus, ex zelo religionis.

Idoli efformatio propter aliud prohibita.

13. 5 Concluſ.

Dicẽdum eſt quinto, prout eſſe poteſt occaſio ſcandali, & idolatrię, ſimpliciter eſſe prohibitam omnem efformationem idoli, non in illis citatis verbis Exodi 20. ſed præcepto de tollendo ſcandalo, quod eſt præceptum charitatis. Ita ſentiũt D. Thomas. 1.2.q.100. art.4. Sot.2. de iuſtitia, & iure q. 3. artic.4. Catharin. in tract. de adoratione imaginum poſt principiũ, & lib. 2. de cultu ſanctorum, gloria, & inuocatione cap. de adoratione imaginum, Bel-

Exod. 20.

D. Thom. Sotus. Catharin.

Bellarm.

larmin.

larmin.citat.controuerſ.lib. 2.cap.7.col.2. in principio, Caiet. & alij ad citatum locum Exodi: & probatur ex Tertul.lib.3.in Marcionem cap.22.vbi ita ait, *Et proinde vetans fieri ſimilitudinem omniū, quæ in cœlo, & in terra, & in aquis oſtendit, & cauſas idolatriæ ſupra ſubſtantiam cohibēs; ſubijcit enim, non adorabitis ea*; vbi Pamellius annotat. 141. & idē Tertulian. in lib. de idolatria c.4. ita ait. *Propter hanc cauſam ad eradicandū ſuprà materiam idolatriæ lux diuina proclamat, ne feceritis idolum: id quod ſatis patet Leuit. 26. vbi habetur, ne feceritis vobiſmetipſis manufacta, nec ſculptilia, nec ſtatuam erigetis vobis, nec lapidem inſignem ponetis in terra veſtra ad adorandū eum*. Ex quibus colligitur efformationem idoli in tantum prohiberi in illis citatis verbis, in quantum materia ſcandali eſt.

Caiet. Tertul.

Pamel. Tertul.

14. Obiectio.

Neq; obſtat ſi dicas, neminem teneri ad euitandā occaſionem paſsiuam ſcandali; niſi cum adeſt ſpes fructus: iam verò ſi idolatra non adoret ſtatuam ab vno efformatam, adorabit aliam ab alio efformatam, aut à ſe ipſo: ergò iſte, qui ſciuerit illam efformare, poterit illā idolatræ efformare, imò & vendere. Reſpondetur enim maiorem eſſe veram in rebus, quæ de ſe ad bonos, & ad malos vſus ſunt indifferentes, non verò ſi res de ſe inter aliquos determinata ſit ad malos vſus: tunc enim ſiue detur ſpes fructus, ſiue non, tenemur talem occaſionem euitare, vt latiùs docetur ad materiam de ſcandalo; talis autem res eſt inter idolatras idolum, quod determinatum eſt ad malos vſus.

Soluitur.

ARTICVLVS VI.

Hæreticorum fundamenta diſſoluuntur.

NON erit difficile ex ijs, quæ ſuprà diximus de primo præcepto decalogi, & ex ſuppoſitis aſſertionibus hæreticorum fundamēta diluere. Ad primum deſumptum ex 20. Exodi reſpondetur, in ijs verbis non contineri præceptū aliquod poſitiuum ſolis Iudæis impoſitum, vt ſine fundamēto ſentit Catharin. ſed cōtinetur pręceptū morale omnes in vniuerſū

1. Diſſoluuntur hæreticorū fundamenta.

Exod. 20

Catharin.

obli-

obligans, & id quod in eo pręcepto prohibetur eſt, ne aliquod idolum, aut ſculptile pro Deo habeatur: vt enī latè diximus ſuprà, illa verba pertinent ad primū præceptum Decalogi, quatenus negatiuum eſt; iam verò in negatiuis præceptis Decalogi, quæ pro ſemper obligāt, prohibetur id, quod intrinſecè, & in ſe malum eſt, & à quo malitia non ſeparatur: vt autem oſtendimus in noſtris cōcluſionibus, id, quod ſimpliciter, & abſolutè in ſe malum eſt in fabricatione idoli eſt, quod pro Deo habeatur, & colatur, & proindè hoc eſt, quod negatiuo præcepto prohibetur, vnde Auguſtinus ſupra citatus q. 71. ſupra Exod. docet hæc verba, *Non facies tibi ſculptile*, explicare verba antecedētia, *Non habebis Deos alienos coram me*, ita vt ſit ſenſus, nec habebis Deos alienos abſque idolis, vt aliquando gentes habuerunt, neque in idolis effictos, atque efformatos; quæ expoſitio probatur D. Thomæ 1.2. q.122. art.2. ad 2. ſic verba Leuitici 26. & Deuter.4. ſunt intelligenda, quod colligunt Patres, & interpretes ex eo, quod ſemper Deus prohibuerit idolū dicēs, *Non facies tibi, &c.* hoc eſt, non conſtitues tibi idolum, aut ſculptile pro Deo, vnde efformatio abſolutè nō prohibetur, ſed conſtitutio idoli pro Deo.

Negatiuū pręceptum Decalogi prohibet id, quod in ſe intrinſecè eſt malum.

D. Augu.

D. Thom. Leuit. 26. Deuter. 4.

7. Ad 2.

Ad ſecundū, in quo obijciūtur illa duo cōcilia Conſtantinopolitana, reſpondetur, illa non concilia, ſed conciliabula, hęreticorumq́; fictiones fuiſſe, vtpote ſine Summi Pontificis authoritate, cogentibuſq; ad id per vim ſceleſtiſsimis hæreticis imperatoribus; nam alterū coactū eſt compellēte Leone imperatore, alterum cōpellēte Copronimo, de quibus ſuprá; imò vt Zoneras, Cedrenus, & Paul. diacon. referūt, nullos ad illa accerſiri voluerunt, niſi quos hęreſi ſua contaminatos nouerant. Francofordienſe verò, quod citant, non extat, ex libris tamen, qui ab hæreticis Carolo Magno tribuuntur falſò, cōſtat in veſtibulo orationis habitę á Conſtantino Epiſcopo Cōſtātię damnatam ibi fuiſſe Synodū quandam Conſtantinopolitanā, ſiue Nycęnam (de hoc enim apud authores non ſatis cōſtat) in qua decretum erat, vt

Conciliabula ſunt, quæ citantur.

Zonaras. Cedrenus. Paul. diacon.

Conc. Frācofordienſ.

Libri Caroli.

Damnatur Synod Cōſtantinop

qui

qui imaginibus ſanctorum, vt Deificę Trinitati ſeruitiũ, aut adorationem non impenderẽt, anathema iudicarentur: vnde rectè Patres illius Concilij Frãcoford. ſtatuerunt, non ſic eſſe imagines venerandas, hæreticoſq; eſſe habendos, qui talẽ cultum ſanctorum imaginibus exhiberent. Carpocrates autem, quem tertio loco obijciunt, ideò ab Irenæo reprehenditur, quod imagines coleret ſacrificijs, vt ipſe Epiphan. citat. hæreſi 27. diſerte explicat, imò addit Epiphan. & Auguſt. hæreſi 7. imaginem Chriſti, & Pauli ab eodẽ Carpocrate eodẽ loco pariter haberi cũ imagine Homeri, Platonis, & Pithagoræ. Colliriani verò ab Epiphan. reprehenduntur, non quod imaginem Virgininis colerent, ſed quod illã Deum reputarent, illiq; ſacrificia offerent. Auguſtin. verò, & Hieron. non damnãt picturam, aut efformationem imaginum, neque prohibent illis cultum exhiberi, quæ ſacræ ſunt, ſed loquũtur de prophanis imaginibus, imò quas illi noui adoratores vt Deos venerabantur: quod patet ex multis alijs locis, in quibus illi docent, imagines eſſe venerandas, & adorandas: ita etiã loquitur Gregor. ad Serenum Epiſcopum.

Irenæus. *Epiphan.* *D. Aug.* Colliriano rum error, qui? *Auguſt.* *D. Hieron.* *D. Greg.*

3\. Libri verò Carolini, quos hæretici obijciunt, commẽtitij planè ſunt, cum Carolus Magnus fuerit imaginũ cultor, vt conſtat ex hiſtorijs Cedreni, Zonaræ, Landulphi, & aliorum, & Gregor. 3. deſerta obedientia Imperatorum Græcorũ, quod illi imagines execrarentur, amicitiam inijt cum Pipino, & Carolo Magno Francorũ regibus, fuitque Carolus familiariſsimus Adriano primo, ad quem ipſe Adrian. lib. de cultu imaginum ſcripſit, & à Rom. Concil. ſub Stephano, imperãte eodem Carolo, ſancitus eſt honor ſacris imaginibus: imò Ioan. Aurel. Epiſcop⁹ ſcribit, Vrgelitanum, & Claudiũ Faurinenſ. imaginũ famoſos impugnatores toto tempore, quo Carolus vixit, ne verbũ contra imagines auſos eſſe proferre.

Cedrenus. *Zonar.* *Landulph.* *D. Gregor.* Carolus M. Frãcorum rex verus imaginum cultor. *Adrian.* *Coc. Rom.*

4\. Aliud fundamentum ex verbis Exodi ſolutũ eſt ſuprá, vbi etiam ſoluimus argumentum, quod ſumitur ex occaſione ſcandali.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS VII.

Imagines etiam ſine annotatione hiſtoriæ eſſe depingendas, & in templo meritò collocandas.

1. ADhuc hæretici duo contra vſũ imaginũ, & earũ venerationẽ excogitarunt. Caluin. ergo lib. 1. ſuarũ inſtit. c. 11. dicit, imagines Chriſti, & Sãctorũ ſimpliciter non eſſe prohibitas, ſed admitti poſſe, quãdo depinguntur cũ aliqua annotatione hiſtorię, vt quando Chriſtus Dominus depingitur, dũ à Ioãne baptizatur in Iordane, vel dum liberat adulterã ab accuſatione Iudęorũ, vel reuoluto lapide ſepulchri, poſtratiſque cuſtodibus cum triũpho reſurgens: & idem dicit de qualibet pictura, aut effigie alicuius Sancti: quas tamen ſine aliqua annotatione hiſtoriæ inutiliter fieri aſſeuerat, cum non fiant propter declarationem alicuius operis, & idcirco dicit ſimpliciter reijciẽdas eſſe, quoniam efformatio imaginum gentilium opus eſt, ita refert Bellarm. citata controuerſ. lib. 2. cap. 4. in principio.

Caluinus.

Bellarm.

2. Prætereà etiamſi imagines effigientur, aut ſtatuæ Sanctorum efformentur, illas non eſſe in templis collocandas probat idẽ Caluin. lib. 1. ſuarum inſtitutionum cap. 11. quem hæretici recentiores ſequuntur, primò ex Concilio Eliberitano cano. 36. vbi prohibetur in templis picturas fieri: ſecundò obijcit Adrianũ imperatorem, qui in gratiam Chriſtianorum templa extruxit ſine imginibus, vt refert Ælius Lampr. idq; confirmat, quia per 500. annos in templis Chriſtianorũ non fuerunt imagines. Tertio loco obijcit Patres Epiphan. & Aug. nam Epiphan. in epiſt. ad Ioannem Epiſcopũ Hieroſol. circa finem ita ſcribit: *Prætereà, quod audiui quoſdam murmurare contra me, quia quãdo ſimul pergebam ad ſanctum locum Bethel, vt ibi collectam tecum ex more Eccleſiaſtico facerem, & veniſſem ad villam, quæ dicitur Annabata, vidiſſemque ibi, &c. Inueni velum, pendens in foribus eiuſdẽ Eccleſiæ tinctum, atque depictum, & habens imaginem, quaſi Chriſti, vel Sancti cuiuſdam, non enim memini qualis fuerit: cum hoc vidiſſem in Eccleſia Chriſti contra authori-*

Conc. Eliberitan.

Ælius Lãpr.

P. Aug. Epiphan.

Digitized by Google

tatem Scripturarum hominis pẽdere imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent. Auguſt. (D. Aug.) verò epiſtola 40. quæſt. 3. de ſimulachris eidem inſtituto fauere videtur. Tandem id probant hæretici ratione, (Ratio pro eadem ſententia.) quoniam templa ſunt inſtituta pro viuis imaginibus, quales ſunt ſacramenta, non verò pro imaginibus mortuis, quales ſunt imagines depictæ; ergo iſtæ non ſunt in templis collocandæ.

3. Sit tamen prima aſſertio, (1. concluſ.) imagines Chriſti; & Sanctorum non ſolùm depingendas eſſe cum annotatione hiſtoriæ, ſed etiam ſine ea, ſicq; eſſe vtiles, & ab Eccleſia receptas, imò, & oppoſitum aſſerere eſſe hæreticum. Prima pars aſſertionis probatur ex articulo ſecundo, concluſione prima, & ſecunda, vbi imagines, de quibus in eis egimus, ſimplices erant, ac ſine vlla annotatione hiſtoriæ: & oſtẽditur, quoniam erectio imaginum intendit Sanctorum honorem; hic autem nõ minus exhibetur, ſi Sãctus depingatur ſine annotatione hiſtoriæ, quam cum illa, ipſa enim imago per ſe eſt cõpendioſa ſcriptura, compendioſa narratio, & populi eruditio, vt loquitur Theodoſius Epiſcopus in ſua cõ- (Theodoſi Epiſcopus.) feſsione, quam egit conuerſus ad fidem, approbata à 7. (7. Synod. Trident.) Synodo act. 4. cui fauet Trident. vbi ſuprá, & 8. Synodus generalis, quæ eſt quarta Cõſtantinopolitana. Adde quod in omni bene conſtituta republica ſemper ſeruata eſt hæc conſuetudo, *vt* honore dignis ſtatuæ erigerentur, cuius meminit Philoſophus 1. Rethoric. c. 5. & (Ariſt. Chryſ.) eãdem conſuetudinẽ Chryſoſt. ſuo tempore ſerm. 5. ad populum Antioch. laudabilem dicit. Prætereo, quod quando Chriſti, & Sanctorum imagines depingimus, publicè profitemur fidẽ noſtram, quatenus palam colimus, & veneramur ſanctitatem illorũ, quorũ imagines depingimus, & inſuper dum eos ob vitæ ſanctitatẽ colimus, ad eorũ imitationẽ accendimur, de quo videri dẽbẽt Epiphan. in oratione de vtilitatibus imag. citato to. 3. Conciliorũ 7. Synod. act. 6. (7. Synod.) in fine, German. Patriarcha in epiſtola ad Ioannem, & ad Thomã in eadẽ ſeptima

Syno

Bellarm. Synodo act. 4. & Bellarm. loco ſuprá citato cap. 10.

4. Secunda pars concluſionis oſtenditur, quia in eadē ſeptima Synodo actione 7. & in Trident. citata ſeſſ. 25. diffinitur ex vſu imaginum, qui ab Eccleſia ex traditione Apoſtolica receptus eſt, magnum percipi fructum, conſtat autem in Eccleſia non ſolùm recipi picturas cum annotatione hiſtoriæ, ſed etiam ſine illa ſimpliciter effigiatas, & citata actione 7. imago Saluatoris admittitur, & probatur, ad inſtructionem veræ, & non phantaſticæ carnis Chriſti, quæ inſtructio fit etiam ſine annotatione hiſtoriæ per ipſam ſimplicem efformationem imaginis Chriſti, & German. cit. in epiſtola ad Ioannem ſcribit, imaginem Chriſti depingi in Eccleſia in recordationē diuinitatis; iam verò talis recordatio ſine annotatione fit per ſimplicem picturam, quæ nobis repræſentet Verbi perſonā in natura humana ſubſiſtētem, & Deum incarnatum. Neque Caluini fundamentum ſolutione indiget, nam gentiles ligna, & lapides pro dijs venerabantur, vt latiùs apud authores citatos videre poteris.

7. Synod. Trident.

Caluinus reijcitur.

Secunda aſſertio ſecundæ hæreſi oppoſita, ſit, imagines Chriſti, & Sanctorum in templis eſſe collocandas. Probatur concluſio, quoniā hæreſis oppoſita dānata eſt in ſeptima Synodo, quæ eſt Nycæna act. 7. vbi dicitur hanc eſſe viam regiam, hanc ſanctorum Patrū doctrinā, hanc catholicæ Eccleſiæ, in qua Spiritus Sanctus inhabitat, traditionem, nimirum imagines collocandas eſſe in templis. Quæ diffinitio approbatur à conc. 8. generali act. 8. & á Trident. loco citato, vbi docet in tēplis præcipuè habēdas eſſe, & venerandas imagines, idē in cōcil. Rom. ſub Greg. 3. diffinitum eſt, & à Greg. 2. in alio concil. cui ipſe præfuit, & ab Stephano in alio concilio diffinitum refert Adrian. in tract. de imaginib. tom. 3. Concil. pag. 218. vbi oſtendit in omnibus ſex primis concilijs generalibus imagines ſacras & admiſſas, & cum veneratione in templis collocatas, vbi etiam refert S. Sylueſt. in primo concil. Damaſum in ſecūdo, Cæleſtin. in 3. Leonem in 4. 5.

7. Synod. quæ eſt Nycæna.

Conc. 8. generale. Trident.

Gregor. 2. Gregor. 3.

Stephanus Papa. Adrian.

Syluest.

Vigilium, in quinto, ac deniquе Concil. 6. in templis imagines & approbaſſe, & depinxiſſe. Communis etiã pro eadem concluſione ſtat Patrum conſenſus, illos referunt recentiores cõtra hęreticos ſcribẽtes, verè de hoc Bellarm. lib. 2. c. 9. & Sãder. lib. 1. de adoratione imaginũ c. 4. Quod probant ex diuinis literis; loca ſunt, quæ ſuprà citauimus. Accedit ratio, nam cum templum ſit quædam cœli imago, in quo homines mentem ad Deum erigentes non debent meditari niſi diuinã, ipſa ratio dictat diuina nobis, & cœleſtia, ibi eſſe repræſentanda; quod præſtatur dum cœli habitatores ſub ſuis imaginibus nobis ibi præſentes fiũt, vbi per ipſorum imagines in memoriam reuocamus diuina beneficia, incredibilem Chriſti in nos amorem, & quæ in noſtram redemptionem pro nobis pertulit, victoriasque Martyrum, quibus fides noſtra confirmatur, ſpes augetur, charitas accéditur. Deinde cum imagines in honorem Sanctorum erigantur, vbi conuenientius, quam in eorum Baſilicis, in quibus Deus ſpecialiter cum ſuis Sanctis honorari vult, tanquam trophæa collocari debent? Vnde merito Gregor. Mag. ad Ianuar. Epiſcopum ſcribit, vt imaginẽ Beatæ Virginis, & crucem, quæ in Synagoga fuerat Iudæorum, ex eo loco auferat cũ ea, qua dignum eſt, veneratione; neque enim ſacris rebus aptior locus eſt, quam ſacra templa: imò mirandum eſt, quod Euagrius refert de imagine Beatæ Virginis, quæ ab impuro, & execrando homine Anatolio ſeſe ipſa auertit, dum ille ſupplex accederet.

Bellarm. Sander.

Templum cœli imago.

Gregor. Magn.

Euagrius.

6. Soluuntur argumenta hæreticorum.

Argumenta verò hæreticorum contra hanc ſecundam aſſertionem facilè expediuntur, & imprimis ad Concil. Eliberitan. reſpondent aliqui tale Concilium fuiſſe Prouinciale Epiſcoporum tantùm, vt patet in primo tomo Conciliorum, pagina 364. at Concilium Prouinciale, quod authoritate Summi Pontificis non eſt confirmatum, in fide errare poteſt, ſicut idem Concilium errauit in aliquibus articulis, quatenus ſcilicet pænitenti in articulo mortis abſolutionem prohibet, vt patet ex canone 13. 17. & 18.

Conciliũ Prouinciale, & ſine Pontificis authoritate errauit.

Digitized by Google

Bellarm. & 18. quæ ſolutio non diſplicet Bellarmin. cit. c.9. ad ſecundum argumentũ. Hæc tamẽ ſolutio durior eſt, quã vt ſuſtineri debeat, cum poſſint canones illius Concilij ſine errore aliter explicari, vt optimè aduertit Vaſq. *Vaſq.* diſput. 105. c. 2. ſi enim vni Eccleſię Doctori reuerentiam, vt par eſt, exhibemus, eiuſq; ſententiam præſertim in re grauiſsima veneramur, cur Concil. 19. Epiſcoporum in Eccleſia antiquum non ſuſpiciemus, & á calũnia hæreticorũ ſiue errore nõ vindicabimus? Vnde ipſe Vaſq. conatur oſtendere in eo Concilio Eliberitano nihil eſſe ſtatutũ de denegando ſacramento pœnitentię in extremis laboranti, ſed eſſe intelligendum Concilium in citatis locis de Sacramento cõmunionis, quod teſte Innocent. 1. in epiſtola 3. cap. 2. *Innocen. 1* merito negabatur, ne facilitas reconciliationis, & communionis homines á lapſu non reuocaret, præſertim cũ Trident. dicat. ſeſſ. 24. cap. 7. *Trident.* nunquam in Eccleſia Dei conſuetum fuiſſe pœnitentiæ ſacramentum in extremis conſtituto denegare.

7\. Idcirco Alan. Cop. lib. 5. Dialog. cap. 16. putat ideò Conciliũ in eo canone prohibuiſſe picturas in Eccleſia, quia ab ipſis Chriſtianis cæperant adorari pro Dijs, quam ſolutionem ſumit ex Iuone in ſuo decreto c 40. p. 3. quam ſequitur Martin. Aiala de traditionibus p. 3. c. de antiquitate imaginum, & Xiſtus Senenſis lib. 5. Bibliotecæ ſanctæ ca. 247. quę tamen ſolutio multis non ꝓbatur, inter quos eſt Vaſq. loco citato, & euidenter oſtenditur ex ratione, quam reddit Concilium, ne ſcilicet id, quod çolitur, depingatur in parietibus, quod potius eſt in maiorem imaginum venerationẽ, quam ad prohibendum ne colantur pro Dijs. Inſignis Didacus à Paiua Luſit. lib. 9. Orthodoxarum explicationũ fol. 309. pag. 2. docet in eo Concilio ſolùm prohiberi, ne in parietibus depingantur imagines repræſentantes ipſam naturam Dei, quia talis pictura eſt per ſe illicita, & in parietibus multò minus decens. Cum tamen verba generalia ſint, videntur non ſolùm has picturas tollere, ſed etiam omnem imaginum effigiationem. Vn-

Alan. Cop. aliter explicat. *Iuo Papa. Aila.* *Vaſq.* *Paiua.*

de alij dicunt, Concilium non prohibere abſolutè picturam imaginum in laminis, in tabellis, aut carthis, ſed in parietibus, idque in maiorem imaginum venerationem, ne ſcilicet humiditate parietum facilius corrumpantur, & deturpentur, quod citatis verbis Concilium attendiſſe videtur. Hãc ſolutionem probat Aiala loco citato, & eſt de mente Bellarmini, eamque cæteris omnibus præfert Vaſq. citat. c. 2. Verum contra eam facit eadem ratio, quæ contra præcedentem, nam Cõcilium per verba generalia loquitur, omnemq; picturã imaginum niſi prohibere intenderet, non loqueretur ſic generaliter, ſed diceret, *Non depingãtur imagines in nudis parietibus, ſed poſtpoſitis laminis, aut tabulis, quibus picturæ conſeruentur à parietum corruptione illæſæ.*

Aiala. Bellarm. Vaſq.

8. Potior igitur ſolutio mihi videtur illa, quam adducit Sander. lib. 2. de adoratione imaginũ cap. 4. fol. 158. pag. 2. Et probatur in additione poſita ad illum canonem Concilij, nimirum Cõcilium prohibuiſſe omnem imaginum picturam, quæ quoquo modo in teẽpli parietibus fieri poſſet ea præcipua ratione, quia tunc tẽporis in templa, & imagines ſæuiebant idolatræ Imperatores, ſicq; Chriſti, & ſanctorum imagines in tẽplis depictæ expoſitæ erant hæreticorum ludibrio, & iniurijs; quod nefas, vt Conciliũ obuiaret, ſtatuit, vt prædictæ imagines non depingerẽtur in parietibus, ex quibus non facilè deleri poterant inſtante iam hæreticorum manu.

Sander.

Vera ſolutio.

Ad id, quod obijciunt de Adriano imperatore, reſpõdet Alan. dialog. 4. templa illa non fuiſſe extructa ſine imaginibus, ſed ſine ſimulachris, & idolis, quorum plena erant gentilium templa, & idcirco in eis Chriſtiani orare nolebant; neque Lampridius dixit, *ſine imaginibus*, ſed *ſine eis non fuiſſe numina*, id eſt idola, & ſimulachra. Ad confirmationem reſpondetur falſum eſſe quod aſſeritur, nam tempore Chriſti Domini, & Apoſtolorum vſque ad pręſens hanc fuiſſe Eccleſiæ conſuetudinem ſuprà oſtendimus, & ex Tertull. in lib. de pudicitia conſtat ipſius tempore ſtatim 9.

Alanus. Lamprid. Tertull.

poſt

poſt tempora apoſtolorum imaginem Chriſti in forma paſtoris ouem ſuis humeris portantis depictam fuiſſe in calicibus : & tempore Conſtantini in templis Palæſtinæ fuiſſe imagines refert Euſebius in vita Conſtātini, & idem Damaſus in vita Syluestri, & Niceph. lib. 10. cap. 30. dicit tempore Iuliani Apoſtatæ fuiſſe introductam in templum illam Chriſti imaginem, quę ipſi ab illa muliere à fluxu ſanguinis liberata pro ſigno gratitudinis erecta eſt. Denique Adrian. citato libro pro imaginibus, qui habetur tomo 3. poſt ſeptimam Synodum, refert Syluestrū, Damaſum, Celeſtinum, Xiſtū, Leonem, Ioannem, & Pelagium Summos Pontifices erexiſſe templa, & picturis exornaſſe, qui omnes Summi Pontifices Eccleſiam rexere ante annum 500.

Euſeb. *Damaſc.* *Nicephor.* *Adrian.* Sūmi Pontifices antiquiſsimi.

10. *Epiphan.* Ad Epiphanium non deſunt qui dicāt, eum in eo facto lapſum fuiſſe: alij negāt illam epiſtolā eſſe Epiphanij, & ab Hieron. ex Græco in Latinum tranſlatam, cū in Græco exemplari nō reperiatur. Melius cum Vaſquio citata diſput. 105. reſpondetur, imaginem illam, quam Epiphanius ſcidit in velo, non eſſe Chriſti, aut ſancti, idque primo, quia ſic oſtēdunt ipſius verba, *Quaſi Chriſti, vel ſancti cuiuſdā*, quod non diceret, ſi eſſet Chriſti, aut alicuius ſancti. Secundò, quia murmurātibus ijs, qui aderant, & dicentibus; iuſtum erat, vt aliud daret vellū, & mutaret, ſiquidē iſtud ſcidit; tunc promittēte Epiphanio quieuit eorum murmuratio, quod tamen non fieret ſi quæſtio eſſet circa materiā religionis: nec enim ſi imaginem ſcinderet Chriſti, aut ſancti alicuius, ſatisfactum putarent reddendo aliud velum ſine tali imagine. Tandem quoniam, vt refert Damaſcen. Orat. I. de imaginibus, diſcipuli Epiphanij eo mortuo imaginē ipſius in templo collocarūt, quod non agerent, ſi ille ſāctorum imagines à templis excluderet. *Damaſc.*

11. *P. Aug.* Ad Auguſtinum reſpondetur, eum vtroque loco citato egiſſe contra idola, & ſimulachra gentilium, quibus falsò numen ineſſe credebant. Ad vltimum reſpōdetur, ſiue ſacramenta imagines viuæ dicantur, ſiue nō

(ſub qua locutione latet her ba veneni hæreticorum recentiorum, vt Sacramentum corporis Chriſti, & ipſum corpus in Sacramento exiſtens negantes eſſe verũ corpus, dicant imaginem, & figuram corporis) tamen cum ijs viuis imaginibus non repugnare Chriſti, & Sanctorum imagines, quæ in templis ob rationes ſupra poſitas vtiliſsimę ſunt, nec debēt dici mortuæ imagines, cum vita imaginis ſit vera repręſentatio, quæ non ſolùm reperitur in illis imaginibus, ſed etiam repræſentant Sanctos cum Deo viuentes, & regnantes.

ARTICVLVS VIII.

Dei, ſanctiſsimæ Triadis, Chriſti, & Angelorum imagines, quo pacto depingendæ, & & colendæ ſint?

1. Primũ aſſertum,

OMiſſa lõgiſſima cõtrouerſia, quæ circa vnamquãq; picturam harum imaginum intexitur á citatis authoribus cõtra hæreticos, dicendum eſt primò, licitum eſſe, & bonum, Deum Trinum aliquibus imaginibus depingere. Hęc eſt cõmunis apud Theologos. Vuald. citat. tom. 3. tit. 15. c. 155. Cathar. de cultu imag. pag. 125. & 134. & lib. 2. de certa Sãctorum gloria, c. de cultu imaginũ, Caiet. 3. p. q. 25. art. 3. & Medin. q. 1. ad 3. Michael. de Palat. in 3. d. 9. q. 1. art. 5 diſp. 1. q. 4. Ouand. ibidem propoſitione 10. Vaſq. diſp. 106. Sander. lib. 1. de honoraria imaginũ adoratione cap. 4. Bellarmin. citata controuerſ. 7. lib. 2 cap. 8. Catechiſm. Trident. 3. p. cap. 2. §. 13. & patebit ex ſequentibus.

Thom. Vuald. Catharin. Caiet. Medina. Palac. Ouand. Vaſq. Sander. Bellarm. Catechiſm. Trident.

2. 2. Concluſ.

Dicendum eſt ſecundò, temerarium eſſe, & ferè erroneum aſſerere, nefas & prohibitum eſſe, Deum, & Trinitatem aliqua imagine, aut quoquo modo depingere. Probatur concluſio, *quoniam* Trident. ſeſſ. 25. in decreto de cultu, & veneratione imaginum admittit Dei, & diuinarũ perſonarũ imagines in hiſtorijs, narrationibusq; ſacræ Scripturæ, dũ tamen in illis edoceatur populus diuinitatem non figurari, & in citata 7. Synodo accuſantur Nonius, & Seuerus hæretici, quod negarēt Spiritum Sanctũ in ſpecie columbæ depingi poſſe

&

Tharaſ. & Tharaſ. Patriarcha, in eadem ſeptima Synodo ſimiles imagines receptas dicit *Amphiloc.* fuiſſe à Patribus, & Amphilochius refert D. Baſiliũ ſolitum fuiſſe Euchariſtiã cuſtodire in columba Spiritũ Sanctum repræſentante. Et probatur ex cõmuni vſu Eccleſiæ admittentis imaginẽ Imago, & pictura S. Trinitatis. Trinitatis, nimirum ſenem habentem in manu crucifixum, & columbam: per ſenem repręſentatur Pater, Filius per crucifixum, Spiritus Sanctus per columbam: temerarium autem eſſet dicere Eccleſiam communiter recipere rem illicitam, aut fatuam.

3. 3. Cõcluſio Dicendum eſt tertio, nefas eſſe, & omnino idolatricum depingere Deum, & Trinitatem in imagine Deũ & Trinitatem ſecundũ ſpecificam rationem repræſentante, ita vt velimus per talẽ picturam exprimere formã, & naturam, qua Deus à parte rei, & in ſe ipſo eſt præditus. Pro concluſionis expli- Duplex repręſentatio in imagine catione ſciendum eſt, dupliciter aliquid repręſẽtari poſſe in imagine, & pictura, primo in ſua ſpecifica ratione, & natura, quo pacto res ſubſiſtẽtes, & corporeæ per depictas imagines propriè repræſentantur: ſecundò ratione quadã analogica, quo pacto res ſpirituales, angeli nimirum, qui incorporei ſunt, depinguntur ſub imagine rei corporeæ, iuuenis videlicet aligeri, aut ſub ſimili forma: depingimus etiam virtutes, quæ quanuis accidentia ſint ſpiritualia, tamẽ ſub aliqua forma corporea, per quã earum effectus innoteſcunt, depinguntur; ſic iuſtitia appẽſa in manu ſtatera, quia iuſtum, & æquum conſtituit: quanuis antẽ nomen, & natura rei analogicè cõueniat rei depictæ, & imagini ipſius (nam nomẽ, & natura hominis analogicè conuenit homini vero, & homini picto) tamen quod attinet ad repræſentationis rationem, quæ cernitur inter imaginem, & rem ſignificatam, imago diuiditur in imaginem repræſentantem rem, cuius eſt imago, ſub ſpecifica ratione ipſius, & in imaginem repræſentantem res analogicè, quales ſunt illæ, quas adduximus. Rurſus imago repræſentans rem analogicè eſt duplex, nam quædam eſt, quę repræſentat rem per veram analogiã,

Res ſpirituales ſub aliqua ſimilitudine corporea depinguntur.

Analogica repræſentatio duplex

quædam verò repræſentat eam per analogiam metaphoricam, & miſticam, ratione nimirum aliquorum effectuũ: priori modo imago hominis alati repræſentat angelum, quia natura humana eſt magis ſimilis angelo, quam quęcunque alia natura: poſteriori modo agnus depictus cũ cruce repræſentat Chriſtum Dominum, & mulier habens in manu ſtaterām repræſentat iuſtitiam virtutem, ab effectu nimirum ſumpta metaphora; quæ etiã ratio adiungitur aliquando imaginibus prioris generis, nam alę adiunctæ picturæ hominis indicant celeritatem angelorum.

Metaphorica repræſentatio qualis ſit.

4. Concluſio de Fide. Trident.

His poſitis aſſerta cõcluſio eſt de Fide; traditur in Trident. ſeſſ. 25. in decreto de cultu ſanctorũ, atq; imaginum; vbi poſtquam probauit Deum in hiſtorijs ſacrę Scripturæ poſse figurari, & exprimi, ita ait, doceatur populus non propterea diuinitatem figurari poſse. Idẽ docet Germ. Patriarch. ſuprà citat. in 7. Synodo, dum inquit: *Nos inuiſibilis Deitatis imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formam expreſſam intelligere, aut inueſtigare nequaquam poſſumus*. Idẽ Conſtant. Diacon. & Epiphan. citat. in eodem 7. Synodo, & Theod. Hieroſ. Patriarch. in literis Synodicis lectis in eadem 7. Synodo Act. 3. In id conſpirat communis conſenſus Patrum, Auguſt. de Fide, & Symb. cap. 7. Damaſc. lib. 4. de Fide cap. 17. Origen. lib. 7. contra Celſum ad finem: citãtur & ab anthoribus nonnulla loca ex ſacra pagina pro eadẽ concluſione, nam Deutero. 4. dicitur: *Non vidiſtis aliquã ſimilitudinem in die, qua loquutus eſt vobis Dominus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem*, vbi Moyſes docet, Deum ideò noluiſſe in monte Oreb apparere populo in aliqua corporea ſimilitudine, ne errore decepti arbitrarentur Deum talem eſſe, qualis in ea forma appareret, eumque ſecundum talem ſimilitudinem depingerẽt. Et Iſai. 40. poſtquam Deus diuinam potentiam, & maieſtatem extulit, inquit, *Cui ſimilem feciſtis Deũ, aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid ſculptile conflabit faber, aurifex auro figurabit, &*

Germ.

Conſtant. Epiphan. 7. Synod. Theodoſ. Hieroſolymit. P. Auguſt. Damaſc. Origen.

Deuteron.

Iſai. 40.

laminis

l.minis argenteis argentarius? Quę verba ſic explicantur, Deum, qui tam potens eſt, cui ſimilem feciſtis, dum ſcimulachra, & idola pro Dijs accepiſtis? Nũquid æqualis erit, & ſimilis idolis ex ligno, auro, aut argento vobis in Deos efformatis, quæ in ſe nihil ſunt? In quibus verbis noſtra concluſio continetur, cum Deus conqueratur, quod Iudæi illum corporea ſimilitudine figurauerint. Nõ diſsimile eſt, quod Paulus docet Actor. 17. vbi dicit, *Genus ergo cum ſimus Dei, non eſt exiſtimandum auro, vel argento, aut lapidi artis ſculpturæ, & cognitionis hominum diuinum eſſe ſimile*: quibus verbis Paulus ſic arguit: Cum nos homines ſimus genus Dei, quia nimirum intellectualis naturæ ſumus, ab eo ad ſuam imaginem efformati (generatio enim terminatur ad imaginem generãtis) non eſt exiſtimandum diuinum, diuinamque naturam ſimilem eſſe argẽto. &c. Ex quo fundamento Paulus ad Roman. 1. idolatras accuſat, quod diuinam veritatem in mendacium commutarint, quaten' ſcilicet Deitatis formam, quæ eſt incorporea, & omnino ſpiritualis, corpoream, & materialem effecerint, talem arbitrantes eſſe illius formam, qualem in idolis eam effigiabant, vt docet Iuſtin. Martyr Apolog. 2. & Auguſtin. de Fide, & Symb. cap. 7. & notauit Catechiſm. Trident. 3. p. c. 2. §. 12. Et ad literam explicat regius vates Pſalm. 105. *Fecerũt vitulum in Oreb*. Vnde concluditur, nefas eſſe omnino, & peccatũ idolatriæ, velle corporea aliqua imagine diuinam perſonam ſecundum diuinam naturam effigiare, & exprimere.

Actor. 17 — Rom. 1. — *Iuſtin. M. P. Aug.* — *Catechiſm. Trident.* — *Pſal. 105.*

5. 4. Concluſ.

Dicendum eſt quartò, diuinam perſonã Verbi poſſe depingi ſecundum naturam humanam imagine ſpecifica ſimilitudine eam reprę̃ſẽtãte. Probatur, quia ex myſterio Incarnationis natura humana facta eſt propria natura, & forma perſonæ Filij, ergo poteſt perſona Filij, ſecũdum quod humana eſt, & ſecũdum formam humanam, tali modo depingi, ſicut tradidit German. Conſtan. Diaco. & Epiphan. locis ſuprà citatis, ad quem ſẽſum intelligendus eſt Damaſc. probatus à D. Thom. 3. p. q. 25. art. 3. ad primum,

Germ. Epiphan. — *Damaſc. D. Thom.*

Digitized by Google

dicens, Deum in Teſtamento veteri eſſe omnino infigurabilẽ, non tamen in Teſtamẽto nouo, quoniam in Teſtamento veteri nõ dum Deus factus erat homo, vnde non poterat figurari ſecundùm naturam humanã, at poſt myſterium Incarnationis, ſaltem filius, qui eſt verus Deus, & verus homo, poteſt prędicto modo ſecũdùm humanam naturam figurari.

6. Vt autem Deum, Patrem ſcilicet, aut SpiritumSanctũ, imagine ſpecificè repræſentãte naturam diuinam figurare ſit contra ſecundũ præceptum Decalogi, colliges ex ijs, quæ ſuprà docuimus.

7. 5. concluſ. Dicęndum eſt quintò, licere Deum, ac ſanctiſſimam Trinitatem depingere imagine poſterioris generis, quę ſcilicet non repræſentet Deũ ſimilitudine ſpecifica, ſed analoga, ratione ſcilicet alicuius naturæ, quæ cum Deo habeat ſimilitudinem, & repræſentationem analogicã, adiunctis inſuper aliquibus metaphoricis, atque miſticis ſignificationibus, taléq; picturam eſſe bonã, ac vtilẽ, & piam. Cõcluſio omnibus ſupra citatis Theologis probatur primò ex dictis, nam temerarium eſt ſimpliciter, & abſolutè negare Deo, & Trinitati imagines, ſed primo modo non ſunt concedendæ, vt conſtat ex tertia concluſione: ergo ſunt concedendæ hoc poſteriori modo.

Quo pacto vtilis ſit pictura, & imago Dei.

Secundò idem oſtẽditur, quoniam ſi Deus imaginibus huius poſterioris generis non poſſet depingi, ideò eſſet, quia Deus eſt ſubſtantia omnino incorporea, & ſpiritualis: ſed hoc non obſtat, quia tales etiam ſunt angeli, quos Deus iuſſit depingi Cherubinos ſupra Exod. 25. & 3. Reg. 6. ergo pictura ſubſtãtiæ ſpiritualis in imagine huius poſterioris generis nõ eſt in materia repugnante, & impoſsibili; quod argumentum nunquam aduerſarij ſoluunt, quatenus concludit talem picturam non eſſe in materia repugnante; id enim, quod á Deo factum eſt, repugnans nõ eſt: imò verò, neque impiũ, aut fatuum dici poteſt, cum ſit á Deo præceptum. Nec ſatisfacit Caluin⁹ dicẽs illud factum ad pædagogiã veteris legis; nũc autem iam præterijſſe ſęculum puerile, 8.

Exod. 25. 3. Reg. 6.

Efficax ratio.

Caluinus.

nam

nam licet ſæculum legis veteris pædagogo indigeret ad myſterium Incarnationis Meſſiæ, tamen populus etiã Chriſtianus pædagogo indiget in ordine ad myſteria fidei, cum vulgares homines rudes ſint, & ignari, vt inquit Paulus primæ Co- 1.Cor. 3. rinth. 3. *Ego fratres non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam.* Idemq; D. Paul. Hebr. 5. habet ad Hebr. 5. iam verò imagines eſſe rudium pædagogos retulimus ex Diuo Gregor. (Imagines rudium pedago. D.Greg.)

9. Tertiò idem probatur, quoniam, ſicut naturale eſt homini per cognitionẽ ſenſibilium deuenire in cognitionem inſenſibilium, & diuinorum ex Diuo Paulo ad Ad Rom. 1 Romanos primo dicente: *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles.* Ita etiam illi naturale eſt per ſenſibilia de inſenſibilibus, & intelligibilibus edoceri, vnde quoties Deus voluit ſeſe hominibus inſinuare, ſemper ſe in forma aliqua ſenſibili oſtendit, & diuina myſteria intelligibilia per ſenſibilium imagines docuit: (Naturale eſt homini per ſenſibilia de inſenſibilibus edoceri.) populo autem Chriſtiano maximè expedit, vt omnes diuinas hiſtorias percipiat, (Imagines ſunt rudiũ libri.) quomodo Deus mundum ex nihilo crearit, in ſex diebus perfecerit, & diſtinxerit, quod Adamum ex limo produxerit, illumque poſt peccatum vocarit, è paradyſo expulerit, aliaque ſimilia: cum ergo non omnibus datum ſit hæc per literas, quas multi non nouerunt, percipere, expedit Chriſtiano populo, vt hæc, & ſimilia imaginibus exprimantur, quæ ſunt rudium libri, exprimi autem nequeunt, niſi in aliqua forma ſenſibili, aut efformetur, aut depingatur, humana nimirũ, quæ Deo inter corporeas omnes eſt ſimilima, vt videbimus quæſtione ſequenti. Ergo naturale eſt, atque vtile Deum in aliqua imagine naturæ Deo ſimilioris exprimere.

Dicendum eſt ſexto loco; 10. 6.Concluſ. illas duntaxat Dei, & Trinitatis imagines admittendas eſſe ad cultum, vſumq; fidelium, quas auctoritas, & conſuetudo Eccleſiæ admit-

Quæ imagines Dei, & Trinitatis admittendæ, quæ vè reijciendæ?

tit, reijciendas autem, quæ in Eccleſia inuſitatæ fuerint. In hanc concluſionem conueniunt omnes Theologi contra hæreticos ſcribentes. Probatur auté, nam imagines inſtrumentaliter, atque ex inſtituto hominũ ſignificant, & proponũtur ad fidelium inſtructionem, non ad quemcunque autem ſpectat ſacrarum imaginum inſtitutio, ſed ad Eccleſiam, cuius eſt populum inſtruere, & edocere, & authenticam ſignificationem imaginibus imponere. Vnde Tridentinum loco ſupra citato ſtatuit, vt nulla inſolita imago, aut in Eccleſia, aut in aliquo alio loco ponatur, niſi ab Epiſcopo approbata. Admittitur autem iam in Eccleſia repræſentatio totius Trinitatis per imaginé ſenis habentis imaginé crucifixi cum imagine collumbæ propè ipſum crucifixum; nam diuinus Pater Daniel. 7. apparuit in perſona ſenis antiqui dierum ſedentis in throno induti veſtimento tanquam niue, & capillis quaſi lana alba, qua figura declaratur eius æternitas, maieſtas, & ſanctitas; ad quem ſenem Daniel. 7. quaſi Filius hominis veniebat, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi tribus, & linguæ ipſi ſeruient, per quem ſignificatur filius Dei factus homo, cui á Patre data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra Matthæi vltimo, iam verò Spiritus Sanctus in nouo Teſtaméto apparuit in ſpecie collumbæ ſanctis ſupra caput Chriſti Matt. 3. *Marc.* 1. Luc. 3. Ioan. 1.

Trident.

Dan. 7.

Matt. vlt.

Matt. 3. Luc. 1. Ioan. 1. 11.

Illud aduertendum eſt cum Caietano 3. parte q. 25. quod quamuis Deus, & Trinitas adnotatione diuinæ alicuius hiſtoriæ depingi poſſent in ſpecie, & imagine omnium harum rerum, in quibus Deus, & diuinæ perſonæ apparuerunt, non tamen in omnibus illis figuris Deus, & diuinæ perſonæ depinguntur ad cultum, & venerationem, nec enim Eccleſia omnia figurabilia proponit, vt colenda, nec enim proponit formam Rubi ardentis, ſub qua Deus Moyſi apparuit, vt Deus in ea colatur, quod idé videre eſt in ſimilibus alijs figuris, ſub quibus Deus aliquando apparuit.

Caiet.

Non omnis figura, in qua Deus apparuit accommodata ad cultum.

Super-

12. Superſunt explicanda duo pro complemẽto huius diſputationis. Primum vtrùm imagines in ſe ipſis terminent aliquam adorationem, an ſolùm dicantur adorari, quatenus prototypa in ipſis, & ad earum præſentiam adorantur? Secundum, vtrũ eademmet adoratione attingatur prototypon, & imago, an potiùs imago colatur adoratione aliqua diſtincta ab adoratione prototypi, eaque inferiori? Quæ quæſtiones ſũt difficillimæ omnium, quæ in hac materia continentur, & infrà ſigillatim explicandæ.

ARTICVLVS IX.

Imagines ita adorandas eſſe propter prototypa, vt etiam in ſe ipſis adorationem termi- nent.

1. *Alenſis.* *Mirandul.* ALENSIS quæſt. 30. membro tertio, articulo 3. Mirand. quæſt. 3. ſuæ Apologiæ circa medium, Aiala de traditionibus parte tertia, titulo de Cultu imaginũ, Viguer. in inſtitut. cathol. capite 5. *Aiala.* *Viguer.* §. 5. & alij ſentiunt imagines non ita eſſe adorandas, quod illæ in ſe ipſis ſint terminus adorationis, ſed dixit adorari, quia ſunt obiectũ, vel ſignum memoratiuum prototypi, quod coram imagine, & in imagine adoratur, vnde inferunt illas locutiones Sanctorum, & Conciliorum, quæ dicunt imagines eſſe adorandas, figuratiuè explicandas eſſe, dum ſignum accipitur pro ſignificato, ita vt ſit ſenſus, imagines adorantur, quia in ipſis ſignificata earum, hoc eſt prototypa, adorantur: vnde dicunt imagines non adorari propriè, quia non adorantur in ſe ipſis, ſed impropriè, atque abuſiuè, quia dicuntur adorari, quatenus in ipſis prototypa adorantur: quæ ſententia probatur primò ex ſanctis Patribus: nam Stephanus Boſterij Epiſcopus relatus ab Adriano Papa in epiſtola ad Imperatorem 7. Synodo, Act. 2. ita inquit, *Omnis imago in nomine Dei facta ſancta eſt: non enim ipſum lignum honoratur, ſed illud, quod in ligno datur contemplandum, atque ita pro recordatione veneratio exhibetur.* Quibus

Signũ pro ſignificato figurata locutio.

Stephanus Epiſcopus.

Theodoret. verbis poſita cõcluſio apertè continetur, & Theodoretus Patriarcha Hieroſoly. in literis ſynodicis lectis in eadem ſeptima Synodo Actione tertia ſic habet, *Non in materia, aut coloribus honorem conſtituentes, ſed per hoc officium noſtrum impartientes, quia ipſæ imagines repræſentant prototypon, cum ſciamus iuxta Baſilij Magni ſententiam, quod imagini honor exhibitus ad ipſum prototypon refertur.* Vbi ille expreſsè ſentit: idem Leſſius in Dialogo contra Iudæos eadem Synodo Act. 5. Chryſoſtomus relatus ab Adriano Act. 2. & Baſilius eodem loco relatus, & Epiphanius eadem Synodo Actione ſexta, idem expreſsè videtur docere, nec obſcurius idem Papa Adrianus loco citato, quibus conſonant vulgata carmina illa ſatis trita.

Leſſ. Chryſoſt. Adrian. D. Baſil. Epiphan.

Nã Deus eſt, quod imago docet,
ſed non Deus ipſa,
Hanc videas, ſed mente colas,
quod cernis in ipſa.

2\. Mitto plura alia loca Patrum, quæ pro hac ſententia adducuntur, faciunt etiã pro illa Concil. Senonenſ. Prouinciale in decretis fidei capite decimo quarto, vbi docet, nos in imagine adorare illum, quem paſſum, aut in throno ſedentem per imaginem recordamur, facit etiam Concil. Moguntin. Prouinciale anno Domini 1545. vbi capite 41. ita dicitur, *Imaginum vſum retineri mandamus, dummodò paſtores noſtri populum acuratè doceant, imagines non ad id proponi, vt adoremus, aut colamus eas, ſed vt, quod adorare, aut colere, aut quarum rerum vtiliter meminiſſe debeamus, per imagines recordemur*, fauet etiam cap. 42. vbi dicitur, *Cum vtilis, & legitimus imaginum vſus inter eos limites contineri merito debeat, vt ſimplex populus non ipſas imagines adorare, ſed quem adorare, quos ve eo nomine, & vnde omnia bona ſperare debeat, per imagines diſcant recordari.* Fauet Tridentinum ſeſſione 25. in decreto de cultu imaginum, vbi probatur propoſitio Baſilij in orat. 40. pro martyribus inculcata in ſeptima Synodo act. 7. & in 8. canone 3. quod ſcilicet honor imaginis tranſit ad prototypa, veraq; exemplaria, cuius propoſitionis ſenſum declarauit Theodorus Patriarcha, quia

Conc. Sen. Conc. Mogunt. Quomodo habendæ & colēdæ imagines. Concilium Trident. D. Baſil. 7. Synod. 8. Synod. Theodorus Patriarch.

ſcilicet in illis honorem cõſtituimus, ſed per illas honorem debitũ impertimur.

3. 1. ratio. Honor virtutis præmium.

Deinde probatur ratione, quia imago picta, vel ſculpta non eſt ſubiectum capax ſanctitatis, vel virtutis: ergo nec poterit eſſe terminus adorationis, vel honoris, cum honor ſolius virtutis præmium ſit. Et confirmatur primò, nam conditio rei, quæ adoratur, non poteſt eſſe terminus adorationis: ſed imago Chriſti, aut Sancti eſt conditio eius, quod in imagine adoratur: ergo, & cæt. Secundò, quia imago eſt repræſentatiua rei adorandæ: ſed quatenus talis ſolum eſt obiectum motiuum, quia ſolùm ducit nos in cognitionem rei adorandæ: ergo non eſt obiectum terminatiuum adorationis. Tertiò, quia vſus imaginũ ideò inuentus eſt, vt tantùm ſint ſigna rememoratiua ꝓtotyporum, vt ſcilicet illis viſis, illorum recordemur, & illa honoremus: ergo ad vſum imaginum ſatis eſt, ſi in earum præſentia honoremus, & adoremus prototypa in illis repræſentata. Tãdem imagines ſunt Scripturæ rudium, vt docet Diuus Gregorius relatus in capite *Prælatum*, de conſecratione diſtinctione 3. vnde imago Chriſti ſimiliter repræſentat nobis Chriſtum, monetq; ad illum adorandum, atque hęc vox, *Chriſtus*, audita, aut lecta: ſed vox, qua Chriſtum ſignificamus, & qua audita Chriſtum adoramus, non eſt terminus adorationis, ſed ad prolationem illius, atque ſignificationem adoramus Chriſtũ, qui per eam ſignificatur: ergo imago Chriſti non erit terminus adorationis, ſed ad illius repręſentationẽ Chriſtum adoramus.

Confirmatur primò. — Secundò. — Tertiò. — Quartò. — D.Greg.

4. Secunda ratio.

Vltimò, vel imago attingitur eadem adoratione, qua prototypon, vel diuerſa: nõ eadem, quia, vt conſtabit: nõ adoratur propter ſe, ſed propter prototypon; vnde non videtur illi tribuenda tanta adoratio, quãta prototypo: non diuerſa, ſiquidem etiam ſi imagines adorentur in ſe ipſis, ratio tamen adorationis, quę reſpicitur in illis, eſt eadem atque propotypi: ergo, &c.

5. Vera reſolutio.

Nihilominùs communis Theologorum ſentẽtia eſt, imagines ſacras in ſe ipſis, & propriè adorari non prop-

ter ſe ipſas, ſed propter prototypa, & repræſentata, ita tamen, vt ipſæ etiam terminent adorationem. Hæc eſt D. Thomæ 3. p. q. 25. art. 3. vbi Caiet. & Medina, & idē D. Thom. in 3. d. 9. q. 1. ar. 2. quæſtiūcula 2. Capreol. ibidem q. 1. art. 1. concluſione 2. Aiala ibi art. 1. concluſione 2. Ferrar. 3. contra Gent. cap. 120. Corbub. lib. 1. quęſtionarij q. 5. art. 2. Cathar. opuſc. de adoratione imaginum, Bellarminus citata cōtrouerſ. 7. lib. 2. cap. 20. & 21. Sander. lib. 2. de adoratione imaginum cap. 7. Franciſcus à Chriſto citata diſt. 9. q. 2. ad ſolutionem argumentorum. Probaturq; quia ſeptima Synodus, & cætera omnia Concilia ſimpliciter diffiniunt tanquam de fide imagines ſacras eſſe venerādas, illisq; ſalutationem honorariam exhibendam, ergo iſta propoſitio, *imagines ſunt adorandæ*, ſimpliciter prolata eſt de fide, & contraria ſimpliciter prolata eſt hęretica: ergo non eſt accipienda in ſenſu improprio, ſed proprio, quod enim ſimpliciter eſt tale, propriè tale eſt, vnde hæc propoſitio, *imagines ſacræ ſunt adorandæ*, cum ſimpliciter ſit vera, & diffinita, in ſenſu proprio eſt vera, & non eſt recurrēdum ad ſenſum metaphoricum.

D. Thom. Caiet. Capreol. Aiala. Ferrar. Cordub. Catharin. Bellarm. Sander. F. Franc. à Chriſto.

Secundò oſtēditur ex ijs, quę docet Leontius Epiſcopus in Dialogo contra Iudęos lib. 5 relatus, & approbatus á ſeptima Synodo act. 4. vbi, inquit, *Sicut tu adoras librum cum literis, non naturam membranularum, aut attramenti adorans, ſed verba Dei, quæ in illo continentur, ſic ego imaginem Chriſti adorans, non lignorum, aut colorum naturam adoro, abſit, ſed inanimatum caractherem Chriſti*. Vbi vides inanimatam Chriſti imaginem eſſe terminum adorationis, quanuis non propter ſe, ſed propter Chriſtum. 6. Leontius. 7. Synod.

Probatur tertiò ex Epiphanio in ſeptima Synodo act. 6. dicente: Qui verò dicunt ſufficere vſum imaginum ad memoriam ſolùm, non verò ad ſalutationem eas habendas, illud quidē recipientes, hoc verò recuſantes, ſemiueri iam vidētur, & falſò veri, vt ita dicam, deprehenduntur. Idem expreſsè docuit Athanaſ. in ſeptima Synodo, Act. 2. D. Epiphanius. D. Atha.

7. Probatur concluſio ex Trident. citat. ſeſſ. 25. in de- Trident.

creto

creto de cultu imaginũ, vbi docet imagines ſacras in tẽplis eſſe colendas, non quia credatur ineſſe aliqua in eis diuinitas, vel virtus, propter quam ſint colẽdæ, vel quod fiducia in imaginibus ſit habenda, ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ ab eis repræſentantur, quæ locutio Concilij falſa eſſet, ſi honor, qui exhibetur imaginibus, non illis in ſe, ſed prototypis in illis tribueretur; tũc enim nõ dicerẽtur imagines adorari, ſed prototypa in imaginibus, cum tamen in ſenſu proprio ipſas imagines adorari hic diffinitum ſit.

Imagines adorantur propter prototypa.

8. Quæres tamen, quã certa habenda ſit huiuſmodi concluſio? Huic quæſtioni reſpondet Victor. teſte Medina concluſionem eſſe de fide, & oppoſitam eſſe hæreticam, & ipſe Medina vbi ſuprà docet eam eſſe periculoſam, temerariam, & ſapere hæreſim, qua cẽſura Romæ notatus eſt Mirand. qui eam aſſeruit, vt ipſe teſtatur: alijque ſimilibus cenſuris illam afficiunt. Illud primò dixerim, hanc ſententiã, prout à citatis Doctoribus defẽditur, longè abeſſe ab errore Iconomachorum, qui nec Sanctorum imagines, nec Sanctos in ipſis adorare volebant. Hæc tamen ſententia docet Sanctos in imaginibus venerari, vnde etſi in modo loquendi conueniat cum hæreticis, in re tamen longè abeſt ab illis, vt notauit Cordubenſ. loco ſuprà citato: vnde non eſt, cur eam hęreticam aſſeramus, aut hęreſim ſapere: ſi tamẽ velint prędicti authores nullum omnino honorem ipſis imaginibus deferendum eſſe, prout á prototypis diſtinguuntur, tunc ſanè tanquam temerariam reijciendam eſſe dico, cum oppoſitũ colligatur ex Concilij doctrina: ipſi tamen authores in hac re nõ ſic expreſſe loquuntur, quamuis dicant adorationẽ propriè terminari ad prototypõ, in eo tamẽ ſenſu, in quo á nobis reijcitur hæc ſententia, reijcitur etiã á Bellar. loco ſuprà citato.

Victoriæ, & Medinæ iudiciũ de hac concluſione.

Mirandul.

Quid dicẽdum ſit?

Cordubenſ.

Quo ſenſu temeraria ſit oppoſita ſententia.

Bellarm.

9. Ad fundamenta oppoſita reſpõdetur imprimis omnes illos Patres agere de adoratione principali, propter quam ipſę imagines ſunt inſtitutæ, atq; erectæ: ſcopus enim & cauſa finalis, ob quã

Ad Patres pro oppoſita ſententia.

Imagines ſunt propter prototypa.

imagines depinguntur, eſt, vt in illis, & per illas, prototypa à nobis adorentur, & iſte honor eſt principaliter, & communiter à fidelibus formaliter intentus. Vtrùm autem aliquo modo terminetur in ipſas imagines, infrà dicemus. Præter quem honorem non eſt dubitandum alium minorem deberi ipſis imaginibus in ſe ipſis. Ad ſecundum reſpondetur, ex illa propoſitione potius cõfirmari noſtram ſententiam: neque enim honor poteſt per reſultantiam trãſire, atque deferri ad prototypa niſi prius immediatè, id eſt tanquam ad medium ad ipſam imaginem terminetur. Ad id, quod obijcitur ex Patribus, reſpõdetur, Patres ſolum docere, imagines non ad id proponi, vt adorentur, tanquam aliquid numinis in ſe habeãt, ratione cuius fiducia in eis collocanda ſit.

Non habẽt in ſe rationem adorationis, ſed à prototypis.

10. Ad 1. rationem.

Ad argumentum quod ſumitur ex ratione, reſpondetur, quod licèt imago nõ ſit ſubiectum capax ſanctitatis formaliter, eſt tamen ſubiectum capax ſanctitatis ſignificatiuè: nam id, quod ſignificat aliquid ſanctum, ſanctũ eſſe dicitur, vt patet in literis ſanctis Scripturæ, & de Sanctiſsimo nomine, IESV, de cuius adoratione contra hæreticos, quorũ eſt hoc argumentum, nõ licèt nobis latiùs diſputare, ſicut erat in animo. Vide Sãder. lib. 1. de adoratione imaginum c. 1. & lib. 2. cap. 1. Sander.

Ad primam cõfirmationẽ, quidquid ſit de maiori, reſpondetur, argumentum ſolum concludere imaginem non eſſe adorandam ſaltem immediatè, per illam adorationẽ, qua prototypõ in ipſa adoratur: nam imago illius eſt conditio, vt in minori ſumitur: non concludit autem de adoratione ipſius imaginis, quatenus prototypon repræſentat, reſpectu cuius ipſa imago non eſt conditio rei, quæ adoratur, ſed etiam ſuo modo res adorata.

Ad 1. confirmationẽ

11. Ad 2. confirmatioẽ.

Similiter negandum eſt, quod ſumitur in ſecũda cõfirmatione, nam licèt imago, vt repręſentatiua, ſit obiectum motiuum, vt prototypon in ipſa adoretur, tamẽ ex eo, quia repræſentatiua eſt, & mouet ad hanc prototypi adorationem, habet hãc excellẽtiam, ſub qua dicitur ſancta, & proinde venerabi-

lis

Digitized by Google

lis in ſe ipſa, licet non propter ſe ipſam.

Ad tertiam

Ad tertiam cõfirmationem reſpondetur, vſum imaginum principaliter inuentum eſſe ad hoc, vt ipſa eſſent ſigna, quæ nos in recordationem prototyporũ excitarent, vt ſic prototypa in ipſis veneremur, nam principalis vſus imaginum in hoc eſt poſitus, vt percepta imagine in ipſa honoremus prototypon.

Duplex imaginum vſus neceſſario aduertendus.

Ex hoc tamen vſu primò, & principaliter intento neceſſariò ſequitur alius vſus ipſarum imaginum, vt ſcilicet eas honoremus propter prototypa, ea præcipuè ratione, qua ipſa repræſentant, ex ea enim repræſentatione ſanctitatem quandam ſortiuntur, ratione cuius honorabiles fiunt, quod ſatis confirmatur exemplo ſacrarum vocum, nam licet ipſarum vſus principaliter ſit inſtitutus ad ſignificandas res ſacras, ad quem vſum ſatis erat, ad earum prolationem res ſacras ſignificatas apprehendere, & venerari, tamen ex eodem vſu conſequens eſt, vt ipſæ voces ſacræ dicantur, & fiant ratione ſignificationis rei ſacræ, propter quam excellentiam ſunt in ſe ipſis venerabiles, atque honore dignæ, licet multo minori, quam imagines, ex quibus apertè ſolutio colligitur ad quartam obiectionem.

A ſanctitate prototypi habẽt etiam imagines ſuũ honorẽ inferiorem.

Ad quartã.

12. *Ad quintã.*

Ad vltimum, quod erat ſecundum dubium expendendum dicendũ eſt, imagines dupliciter ſpectari poſſe, primò, vt in ipſis adorantur prototypa: ſecundó penes eam ſanctitatem, & excellentiam, quæ in eis intelligitur reſultare ex eo, quod prototypi ſint repræſentatiuæ: priori modo ſpectatæ non eſt dubium, quod vnica, & eadem adoratione adorantur cum prototypis, imò veró adorare imaginem, vt ſic, nihil eſt aliud, quam adorare non repræſentatam in imagine, & in hac adoratione imago potiùs ſe habet, vt medium, *in quo*, quam, vt terminus adorationis, ſi affectus adorantis expendatur, quanquam in actuali adoratione, vt diximus etiam ſe habeat, vt terminus adorationis non ratione ſui, ſed propter aliud nimirũ propter prototypon, quod apertè probat exemplum, quo Leont. ſuprá citatus libr. 5. contra Iudæos vſus eſt, &

Primo modo imagines adorantur cũ prototypis.

Leontius.

refertur

refertur in 7. Synodo act.4. dum ille dicit: *Literas non adorari propter naturam membranularum, aut atramenti: ſed propter verba Dei, quæ continet.* Quod idem cernitur in vocibus ſacris, quas non propter materialem ſonum, ſed propter earum ſignificationem veneramur: ita quoq; idem de imagine in hac acceptione ſentiendum eſt.

13. Imago ſecũdo modo adoratur in ſeipſa.

Cæterum imago ſecũdo modo poteſt ſumi ſecundum eam ſanctitatem, & excellentiam, quam habet ex eo, quod ſit repræſentatiua ꝓtotypi, quod etiã ſuo modo in vocibus, ac literis ſacris reperitur: enim vero in his, & ſimilibus ex repræſentatione, ac ſignificatione ſua reſultat quædã moralis dignitas, & excellentia propter quam digna ſunt ſua veneratione, etiam ſi minor ſit quam ea, quę ipſis tribuuntur, dum adorantur in prototypis, ſeu dum prototypa adorantur in ipſis: & hac adoratione imago eſt res adorata, & propriiſsimè eſt terminus adorationis, etiã ſi a prototypo habeat omnem rationem talis adorationis, & excellentiæ ob quam debent adorari: neque hæc ſibi opponuntur, quod ſecundum vnam rationem concipiantur imagines, vt mediũ in quo prototypa adorãtur, & ſecundum aliam concipiantur propriiſsimè, vt terminus adorationis ratione excellentiæ, quæ ipſis prouenit ex eo, quod repræſentatiuæ ſint horum prototyporum. Neque contra hunc dicẽdi modum faciunt, quæ Vaſq. latè congerit, vt probet imagines eadem adoratione cum prototypis eſſe adorandas ex Concilijs, & Patribus, ad 3. p. q. 25. art. 3. diſp. 108. per totam, in quẽ te remittimus: excreuit enim nimium hæc quæſtio ſcholaſtica. *Vaſq.*

(*)

QVÆSTIO

QVÆSTIO OCTAVA POSITIVA.

Ad illa verba Pauli ad Galat. 6.

De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini in corpore meo porto.

AN BEATA CLARA DE MONTE FALCO Eremita Auguſtinenſis expreſsiori Sanctiſsimæ Triadis ſigno in felle, aut humanitatis ſtigmate in corde fuerit inſignita?

1. LICEAT mihi initio huius diſputationis, quo res, quam in quæſtionem vocamus, illuſtrior euadat, eam laxatis probationi funiculis ſuadere, & ne claudo incedamus pede, duo primò in limine vera eſſe præmonſtrare oportet, quibus res tota, vt noſtri eſt inſtituti, innititur. Primum, præclariſsimam Virginem Clarã profeſsione Auguſtinenſem Eremitam extitiſſe: ſecundum, illius in felle tres lapillos extitiſſe eiuſdẽ põderis, formæ, ac figuræ, quorũ quilibet cuilibet ex duobus pondere æquabatur, pariterque, & vtrique ſimul: in eius verò corde paſsionis Chriſti inſignia tenuiſsimis, quaſi appenſa membranarũ filis non efformante natura, ſed adornante gratia, & elaborante diuini ſponſi amore, efformata fuiſſe, quod vtrumque præſenti diſputationi oſtenſum, lucem afferet, & ſi quid tenebrarum in his hucuſque confuſionem attullit, quaſi ſole fulgente diſperiat.

Clara Auſtinenſis Eremita.

Lapilli reperti in felle eiuſdem

In corde paſſionis inſignia.

2. Circa primum ergo paucis rem confectam arbitror, ſi fides eam promerentibus adhibeatur, ij verò ſunt Ambroſ. Coriolanus. 2. parte in Chron. de Sanctis Ordinis

Ambroſ. Corolan.

D. Au-

D. Auguſtini, vbi inter ſanctas Eremitici ordinis S.P. Auguſtini de S. Clara, ita habet. *Tertia fuit B. Clara de monte falcone, quæ tātæ fuit ſanctitatis, vt, ſi fides Chriſti perdita eſſet, in ea reperiretur.* Sunt eius authoris verba, quibus planè vtitur propter ea, quę addit; nam, cum præcipua noſtræ fidei arcana circa vnā Dei diuinitatem cum perſonarum Trinitate; & ſecundæ perſonę Verbi nimirum humanitatem aſſumptā verſentur, in qua ille pro nobis paſſus, & mortuus eſt, & hæc duo mirabili conditoris Dei gratia in ſāctiſſimæ virginis Claræ viſceribus, quaſi adumbrata, imò, & impreſſa reperta ſint, indè eſt, quod fidem Chriſti dicat reperiri poſſe in vna Clara, proſequitur enim idem Author. *In cuius corde omnia ſigna paſsionis Chriſti ſunt ſculpta, itē in felle reperti ſunt tres lapides, quorum vnus tantùm ponderat, quantum tres ſimul, & vnus, quantum duo, & è contra.* (Mirū pondus in lapidibus.)

3\. (Sebaſtian. Schader.) Ante eum Sebaſtianus Scader Germanus ſexta mūdi ætate, titulo *Clara virgo Eremitica*, pag. 221. ſic inquit, *Claram oppidi montis falconi oriundam Auguſtinianæ religionis Eremitarum allumnam, virginem vtiq; inſignem, & ſynceritate vitæ clariſsimam anno 1299. apud idem montis falconi ſpoletanæ vrbis oppidum, animā Deo reddidiſſe ferunt.* Præter ea verò, quæ alij ordinis Chronographi, quibus nequeat in dubium reuerti illam ordinis Eremitarū Auguſtinēſium allumnam extitiſſe, ſatis, ſuperq; ſunt illa, (Hieron. Rom.) quæ pro hac re ſapientiſsimus Magiſter Fr. Ioan. Marques apud Salmaticenſes ſacræ Theologiæ veſperarius profeſſor meritiſsimus, regiusq; concionator citat in libr. qui inſcribitur Origo fratrum Eremitarū cap. 25. §. 1. (Fr. Ioan. Marques.)

4\. At ne videar, etſi grauiſſimos viros, eos tamen Eremitas in cauſam Eremitarū inculcare, imò & iudices ſtatuere, cum tamen ex Philoſopho 1. Rhetor. (Ariſt.) Amor, & odium, & proprium commodum ſæpè faciant iudicē non cognoſcere verū, quod tamen quaſi clauſis oculis oportet iudicem cognoſcere, ſicut enim dixit Seneca, *Si iudicas cognoſce, ſi regnas iube.* (Tragœd. 7.) Placuit huius litis, ſi qua potuit eſſe ſentētiam ex deciſione, ac declaratione Sū-

mi Pontific. Gregor.13. hic inſerere, vt ſic, qui oppoſitũ ſentire, aut ſuadere conati ſunt aliquando, vel inuiti fateri cogantur ſanctiſſimã virginem Claram de monte falco Auguſtinenſem Eremitam extitiſſe; tenor autem literarum hic eſt.

5. *IN nomine Sanctiſsimæ, & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, Amen. Vniuerſis, & ſingulis præſens publicum tranſumpti inſtrumentum viſuris lecturis pariter, & audituris Petrus tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim præsbyter Cardinalis Aldobrandinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius, ſalutem in Domino ſempiternã. Iniuncti nobis camerariatus officij cura expoſtulat, vt veritati teſtimoniũ præcipuè in his, quæ á Sede Apoſtolica conceduntur (æqualitate, & ratione ita ſuadente) perhibeamus. Nuper, ſiquidẽ fuerunt in Camera Apoſtolica coram nobis præſentatæ quædam literæ ſacri Concilij Tridentini declarationis Beatã Claram à monte falco eſſe ordinis Sancti Auguſtini, ſubſcriptæ à bonæ memoriæ Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Dom. Pompeio Tituli Sanctæ Balbinæ S.R.E. præsbytero Cardinali Arigonio, ſub datũ Romæ ſub die tertia menſis Nouembris M.DCXIIII. ſanæ, integræ, & illæſæ, quas nos præ manibus habuimus, vidimus, legimus, & diligẽter inſpeximus, ac etiam tranſumi, & exemplari, & in publicam, authenticãq; tranſumpti formã redigi, mandari à nobis, & Camera Apoſtolica humiliter ſupplicatũ fuit. Nos præmiſsis attentis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de mãdato ſanctiſsimi D.N. Papæ viuæ vocis oraculo deſuper nobis facto, & authoritate noſtri Camerariatus officij literas ſacri Concilij Trid. præfatas per infraſcriptũ noſtrũ, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ Notariũ tranſumi, & exẽplari, ac in publicã, & authenticã trãſumpti formã redigi fecimus, & mãdauimus. Volẽtes, & authoritate noſtra præfata ſtatuẽtes, quod huic trãſumpto cũ eiſdẽ literis ſacri Cõcilij originalibus diligẽter auſcultãdo collationato, & cõcordato talis & tãta fides in iudicio, & extra vbiq; locorũ adhibeatur qualis, & quãta eiſdẽ literis Apoſtolicis originalibus datur, & adhibetur, dareturq; et adhiberetur, ſi literæ ipſæ originales in mediũ exhibitæ, vel oſtenſæ forent, quarũ quidẽ literarum tenor, eſt hic, qui ſequitur videlicet. Nos Pompeius Tituli S. Balbinæ S.R.E. præſbyter Cardinalis Arigonius atteſtamur in libris ſacræ congregationis*

Concilij Tridentini, qui apud nos aſſeruãtur, extare literas infraſcripti tenoris, videlicet: Reuerendiſsime Domine, controuerſiam, quæ hoc in libello continetur, Sanctiſsimus Dominus noſter Illuſtriſsimis Cardinalibus interpretationi decretorum ſacri Tridentini Concilij præpoſitis cognoſcendam cõmiſit: qui auditis ſæpius vtriuſq; ordinis procuratoribus, & quæ ab vtraq; parte adducebantur maturè, ac diligẽter conſideratis, poſteà rem totam ad eius ſanctitatẽ retulerunt, qui etiã ex ſententia ipſorum Cardinalium declarauit, Beatam Claram á mõte Falco eſſe ordinis S. Auguſtini, ideó reſtituendum eſſe corpori eius habitum dicti Ordinis, nec non picturis, & imaginibus de eã factis aptãdum eſſe habitum dicti Ordinis, & colorẽ, qui conueniat eidem Ordini S. Auguſtini. Tua igitur amplitudo, tam in ciuitate Spoletana, quam in cæteris diœceſis ſuæ locis, hæc ita exequenda ſedulo curabit, & benè in Domino valebit. Datum Romæ xvij. Octobris M D.LXXVII. in quorum fidem literas præſentes noſtras fieri, ſigilliíque noſtri impreſſione communiri mandamus. Datum Romæ die iij. Nouembris M.DC.XIIII. P. Cardinalis Arigonius. Locus ✝ ſigilli. Quibus quidẽ originalibus literis ſacri Tridentini Concilij vt ſupra præſentatis, & exemplatis præinſertoq; illarum tranſumpto cum eiſdem diligenter, & fideliter auſcultato, collationato, & concordato, nos ad ſupplicationem Reuerendi Patris Laurentij de Empoli Procuratoris generalis Ordinis Sancti Auguſtini deſuper nobis factam, de mandato, & authoritate præfatis præſentibus eandem prorſus fidem adhiberi decernimus in iudicio, & extra, quæ ipſis originalibus daretur, & adhiberetur, ſi in medium exhiberentur in præmiſsis omnibus, & ſingulis, tanquam ritè, rectè, & legitimè geſtis, per præſentes auctoritatem noſtram pariter, & decretum interponentes, in quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentes noſtras literas per noſtrum, & dictæ Cameræ Notarium ſubſcribi, ſigilliq; dictæ Cameræ Apoſtolicæ, quo in talibus vtimur, iuſsimus appenſione muniri. Datum Romæ in Camera Apoſtolica anno à natiuitate Domini noſtri IESV *Chriſti milleſimo ſexcenteſimo decimo octauo indictione prima, die verò quarta menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ Quinti anno decimo quarto P. Cardinalis Aldobrandinus Camerarius, H. Vaccanus Auditor. Conſtantinus Bonellus. Locus ✝ ſigilli appenſionis. Refrendata in libro nono diuerſorum Sanctiſsimi D.N. Papæ, fol. 1071.*

Auditis partibus.

Summus Põtifex ex ſententia Cardinalium.

6. En quomodo Clara virgo proprijs redditur hæredib⁹: iá deinceps, ſiue ſculpta, ſiue pénicillo, ſiue calamo depicta appareat, Auguſtinenſis proculdubio apparebit. Sũt verò huiuſmodi literæ Apoſtolicæ depictæ executioni mádatæ vniuerſis in Hiſpaniæ regnis per illuſtriſſ. D. D. Ant. Caietanũ Capuę Archipręſulé, & in Hiſpaniarũ regnis Apoſtolicę ſedis Nũtiũ, Collectoréq; generalé cũ facultate Legati á latere 22. die Septéb. ann D. 1618. Põtificat⁹ ſáctiſ. D. N. Papę Paul. 5. an 14. in regnis verò Portugullię per illuſtriſſ. D. D. Octau. Accorãbonũ Epiſcopũ Foſſombrunéſé Apoſtolicæ ſedis in Portug. regnis Collectoré generalé cũ Nũtij poteſtate 28. die Nou. anno D. 1618. vt facilè in diplomate prælo excuſo late vbique iam diuulgatum eſt. Neque hoc iam ampliùs in cõtrouerſiã erit aliquis qui adducat, nec maior rei fides deſiderari poteſt.

Executio literarũ in regnis Caſtellæ.

In Regni Portugaliæ.

7. Circa ſecundũ grauiſsimi ſũt, qui ſcriptis fellis, ac cordis miracula atteſtãtur, grauiſsimi quoq;, qui ꝓprijs oculis rẽ diligẽter inſpexere. Et præter ſupra citatũ Ambroſiũ Coriolanum, idẽ Sebaſtian. Schader Germanus loco ſupra allegato addit infra: *De cuius ſanctitatis præconio hoc vnum referemus teſtimoniũ, quod apertis oculis videri poteſt, quodq; de quouis ſancto nunquam lectitatum, vel repertũ eſt* (ſunt auctoris verba) *ea ſiquidem defuncta in eius corde ſtatim crucifixi imago clara, & aperta viſa eſt, cum ipſius paſsionis inſignibus, in qua etiam tres lapilluli eiuſdem ponderis inuenti ſunt, eminentiſsimum ſanctitatis indicium.* Cuius vtriuſque miraculi Nicolaus quintus Summus Pontifex meminit in oratione deuotiſsima, quam pro Diua Clara inſtituit.

8. Adſunt, & inter alios eiuſdem rei inſignes duo oculati teſtes, Thomas Bozius Eugub. lib. 15. de ſignis Eccleſiæ, ſign. 49. cuius hoc eſt teſtimoniũ: *Vidi præterea hiſce oculis corpus Claræ virginis è monte falco, & cor eius, in quo inſculptus eſt Chriſtus cruci affixus ex eadem carne; flagra, quibus eſt cæſus, columnam, cui alligatus, omnia denique ſimulacra, quibus eius perpeſsiones referuntur.* & infrà: *Inſpexi præterea tres globulos carneos ex eadem eductos ſingulos eiuſdem ponderis: quod vero magis admiran-*

Bozius to. 2.

dum, ſi alterum ex eis in altera lance, alterumq́; in altera collocaueris, neuter neutri præponderat, quod ſi ex vna parte duos ex eis ponas, vnumq́; ex altera, nihil ad pondus adijcitur momenti, tanti namque ſunt duo, quanti ex ijs tribus quilibet, & ſinguli tamen æquales, id eſt diuinæ Trinitatis inſigne illuſtriſsimum. Idem Bozius dixerat tom. 1. libr. 1. de homine per Chriſtum renato. Oculatus teſtis alter extitit inſignis Didacus à Paiua de Andrada ſingulare, & illuſtre Luſitanię decus, qui è Concilio Tridentino, quod Ioan. tertij Luſitanorũ Regis iuſſu adierat, & in quo tum perorãdo, erat enim eloquentiſsimus, tum diſputando, tum contra hæreticos ſcribendo, præſertim contra Kemnitiũ ex eiuſdem Tridentinæ Synodi cõmiſsione Luſitanam gloriam non mediocriter illuſtrauit, Luſitaniam remeans, ea omnia ſe vidiſſe atteſtatur 2 p. concion. ſermone quodam de ſancta Catharina Senenſi: adde Ioſephum Pamphilum Epiſcopũ Signinum, cuius verba ſunt, *In Eremitico ordine floruit poſt Gullelmum B. Clara de monte falco* (eſt vero mons falcus oppidum in edito colle ſitum è regione Spoleti.) *miro ſanctitatis odore in Vmbriæ oppido, poſt cuius obitum in illius corde Chriſtus* IESVS *crucifixus impreſſus, & inuentus eſt; & in felle tres lapilli infragiles reperti ſunt eiuſdem penitus coloris, figuræ, ac magnitudinis, vt inuicem diſcerni nequaquam poſſint, vnus præterea tanti ponderis, quanti ſunt omnes tres, vel vnus, quod ſanè indiuiduæ Trinitatis myſterium nobis clariſsimè demonſtrat.* Neque hoc, quod de ſe intuentium oculis patefit, alijs opus eſt ſuadere rationibus, ſed modum vlterius, quo res comperta eſt, inueſtigare poteris ex eius hiſtoria apud authores citatos.

Didacus de Paiua.

Ioſephus Pamphil.

9. His præmiſsis, ſcholaſticos iam limites noſtra aggreditur diſputatio, an expreſsiorẽ ſanctiſsimæ Triadis imaginem referant tres illi lapili in felle inuenti, quam humanitatis Chriſti inſculpta cordi carnea paſſionis inſignia.

10. *Trinitatis myſterium penitus abſconditum.*

Et imprimis illud ſupponendum eſt, myſterium ipſum Trinitatis in ſe magis eſſe abſconditum, minusq, per corpoream aliquam naturam adumbratile, quam

Chriſti

Chriſti humanitas, quæ licet naturæ diuinæ in vnitatem ſuppoſiti ſit coniuncta, ad ipſumq; diuinum Verbi ſuppoſitum hypoſtaticè aſſumpta, in ſe tamen natura quædam carnea eſt, & corporea, proindeq; talis, quæ per corporeum aliquod ſignum poſsit non ineptè repræſentari; vnde nō eſt imago ſanctiſsimæ Trinitatis, quæ tribus illis lapileis mirabiliter adumbratur abſolutè conferenda cum ea, qua humanitas Chriſti quodāmodo in paſsionis inſignibus exprimitur, ſed attendēda eſt vtriuſq; myſterij proportio, quam habet, vt per exterius aliquod ſignū, aut leuiter adūbrari, aut magis ad viuū repræſentari queat.

Quōmodo conferenda ſint hæc duo.

11. Hoc poſito pro ſanctiſsimæ Trinitatis imagine hæc expēdi poſsūt. Primò, quod nuſquam Deus in veteri Teſtamento tam clarum exhibuit Sanctiſsimæ Trinitatis teſtimonium, nam inter ea ſub quibus Deus aliqualem tāti myſterij, licet valdè obſcuram cognitionem Iudęis in veteri lege exhibuit, illud inſigne eſt, quod Geneſ. 1. in hominis creatione continetur, dum Deus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, vbi perſonarum multiplicitas non obſcurè innuitur, & diſtinctio in eo verbo, *faciamus*, illud verò *ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, & illud, *dixit Deus*, & infrà, *ad imaginē, & ſimilitudinem ſuā creauit illū.* Rectè indicant eſſentię vnitatem, in quibus duobus ſtat Trinitatis myſterium. Vide Baſil. hom. 6. in Geneſim, & Ambroſ. libr. 6. Examer. cap. 8. P. Auguſt. lib. imperfecto in Geneſ. cap. 16. & 3. de Geneſ. ad lit. cap. 19. & 16. de Ciuitate Dei cap. 6.

Geneſ. 1.

D. Baſil. D. Ambr. D. Augu.

12. Non eſt prætereundum communem loquendi conſuetudinē in ſacris literis eā eſſe, vt de Deo in ſingulari ſæpiùs loquantur, eam fortè ob cauſam, vt procliuem in idolatriā populū à Deorum multitudine auerteret, in quam propenſiùs inclinarent, ſi de Deo, tanquam de plurib⁹ diuinæ literę paſſim, & communiter loquerentur, quam etiam ob cauſam non deſunt, qui dicant occultum angelorū opera, iubente Deo, fuiſſe Iudæis Moyſi corpus, ne ſcilicet Moyſi diuinos honores dicarēt, quod à Deo per illius

Diuinę literæ de Deo in ſingulari ſæpius agunt,

Moyſis corpus Iudæis occultū, ne illi diuinos honores deferrent,

manus tam inſignia, & illuſtria receperint beneficia, quod quidam elegãter cecinit his carminibus.

Moyſis, ſic corpus in alto.
Monte latet ſanctũ corpus, quod forte latere
Monte Deus voluit, ne pio raperetur amore.
Vtque Deum Moyſen coleret ſcelerata propago
Iſacidum in falſos procliuia ſemina Diuos.

Quanuis iſte ſit communis loquendi vſus ſacræ paginę, ſicut Exod. 3. dicitur. *Ego ſum, qui ſum*, vt Deuter. 32. *Ego occidam, ego viuere faciam*, tamen aliquãdo, vt eos ſub vmbra, & velamine de ineffabili Trinitatis myſterio edoceret, de Deo ſacræ literæ in plurali loquuntur, ſicut in citato loco, *Faciamus hominem*, & ad initium eiuſdẽ pr imi capitis, dum dicitur, *In principio creauit Deus*, habetur in Hebræo Elohim Dij, quo vtroque loco colligunt multi ex Patribus Deũ per Moyſen notitiam aliquã myſterij Trinitatis, etſi obſcuram adhuc, & ænigmaticam exhibuiſſe, & quidem in primo loco expreſsè id docet P. Auguſtin. lib. 3. de Geneſ. ad literam cap. 19. dũ docet imaginem, ad quã Deus dixit, *Faciamus hominẽ*, referendam eſſe ad Deum Trinum: ſatis enim indicat, illud verbum, *noſtram*, perſonarum multiplicitatem, vt autem vnitas Deitatis oſtenderetur: in quo huius ineffabilis myſterij ſumma conſiſtit, quod ſimul ſit naturæ vnitas cum perſonarũ pluralitate, ſubiũgit ſtatim. *Et fecit Deus hominem ad imaginem Dei*, quaſi diceret ad imaginem ſuam. Vnde cum prius dicitur, *faciamus*, & poſtea, *fecit*, prius *ad imaginem noſtram*, poſtea *ad imaginem Dei*, proculdubio oſtenditur naturæ vnitas cum pluralitate perſonarum. Quod diſſertis verbis explicuit Gregor. Nyſſenus in hęc eadem verba dicens. *Scriptum eſt, faciamus, vt cognoſcas Patrem. Filium, & Spiritum Sanctum, & fecit Deus hominem, vt diuinitatem coniungas, atque vnum eſſe ſcias.* Idem P. Auguſtinus 12: de Trinit. cap. 6. habet, *Dixit Deus* (inquit ille) *faciamus hominem ad imaginem noſtram, pauló poſt autem dictũ eſt, & fecit Deus hominem ad imaginem Dei. Noſtram certé, quia pluralis eſt numerus non rectè diceretur, ſi vnius perſonæ imagi-*

nem

Exod. 3. P. Aug. D. Gregor. Nyſſen. P. Augu

nem fieret, ſiue Patris, ſiue Filij, ſiue Spiritus Sancti; & cætera, quæ proſequitur, idemque habet Ambroſ. 6. Examerон.c.8. Quo circa elegãter Hilarius de Deo inquit, *Eſt quidem ſolus, ſed non ſolitarius, ſolus enim dicit excluſionem ab alijs eiuſdem ſpeciei, non autem diuerſarum ſpecierum, dicimus enim hominem eſſe ſolum, quando nullus alius eſt cum illo*, Deuteron. 32. *Videte, quod non ſit alius Deus præter me: Solitarius autem dicitur, qui non habet cõſortem*, vnde Philoſophus 9. Ethic. *Solitario*, dixit, *difficilis eſt vita*, quia ergo vnus tantum eſt Deus, & nihilominùs habet conſortem, ſunt enim tres perſonæ idem Deus, ideò Sancti Patres, qui dicunt Deum eſſe ſolum, id eſt, vnum, negant tamen ſolitariũ eſſe: ad hũc modum exponit D. Hilarius lib.4. de Trinit. præſentem locum, dum inquit. *Quod ait in plurali faciamus, ſubſtulit ſingularis intelligentiam profeſſione conſortis: non enim recipit ſolitarius, faciamus, ſicut etiam quod dicit, ad imaginem noſtram non recipit, quod loquatur ad alienum.* Vnde meritò Baſilius homil. 5. in Geneſim irridet Iudæorũ delirium, qui Magnatum mere, ac principium Deum hic loquẽtem intr-oducunt in numero plurali: vt enim rectè inquit Tullius circa Homeri fabulam de rapto à Ioue Ganimede in lib. Tuſc. quęſt. Homerus de decora noſtra rransfert ad Deos, diuina maluiſſẽ transferret ad nos, & ſicut Dido conqueritur vatum figmenta, quod illam inſano Ænęæ amore correptam canerent, id ipſum, quod illa vatibus opponit, poſſemus Iudæis obijcere.

D. Ambr. — D. Hilar. — Deuter. 32 — Ariſt. — D. Hilar. — D. Baſil. — Tullius.

Falcidici vates temerãt, qui carmine verum,
Humaniſq; Deos aſsimilant vitijs.

Niſi eis mauis obijcere ſibilę dictum relatum à Lactant. lib.4. diuini inſtit. c. 6. quæ docuit Deum habere verbũ, & hoc verbũ eſſe ipſius cõſiliarium, de quo videre poteſt Galat. lib.2. aduerſus Iudæos cap. 8. vbi refert antiquiorum Iudæorum ſententiam aſſerentium mundum creatum fuiſſe per tres diuinas perſonas: Circa quod optimè D. Theodoret. ait, quod hominem, quem poſtea nomine Sanctæ Trinitatis baptizari ordinabat, vt renouaretur per gratiã, nũc

Lactant. — Galat. 2. cap. 8. — D. Theod.

eadem Trinitas creabat, vt conſtitueretur per naturam.

15. Reijcitur aliorum explicatio.

Nec minus irridendi ſunt alij aſſerentes Deum ſecum eſſe loquutum, quaſi ſe ipſum ad agendum excitaret; aut loquutum eſſe cum terra, quaſi cum altero hominis principio, hæc enim, & ſimilia nulla indigent impugnatione, illis verò poſt habitis Plato in tymæo, quẽ ſequitur Philo in lib. de opificio mundi, & in libro de profugis exiſtimat Deũ loquutum fuiſſe cum angelis (quos Plato vocat Deos ſecundos) quaſi Deus animũ rationalem creauerit, corpus verò Angeli, animumq; vegetantem, ac ſentiẽtem. Verũ neque in hoc modo tollitur, quod Deus in ea loquutione myſteriũ ſanctiſſimæ Triadis adumbret, neque enim Deus alloquutus eſt angelos, qui nec animũ rationalẽ creare potuerunt, nec corpus efformarunt, quod de limo terræ à Deo efformatum narrat Moyſes cap. 2. Geneſ. & Exod. 5. vbi dicit, *In die, quo creauit Deus hominem.* Nec inſuper homo eſt factus ad imaginem, & ſimilitudinem Angeli, ſicut ad imaginem Dei dicitur factus Geneſ. 5. Sũt ergo prædicta verba intelligenda, vt habetur ex Patribus ſupra citatis, quos ſequitur Diuus Thom. 1. p. q. 31. art. 4. nomine diuinarum perſonarũ inter ſe, ſic enim Deus rudẽ, & carneũ populum de myſterio ab humana cognitione longè abſcondito voluit, quaſi ſub ænygmate edocere, & inſtruere.

Plato. Philo. Geneſ. 2. Exod. 5. Geneſ. 5. D. Thom.

16. Gentibus adumbratũ fuit myſterium ſanctiſsimæ Trinitatis.

De quo etiam neque ipſi gentiliſmo defuit ſua adumbratio, cui poſſemus obijcere falſorum Deorũ, ſeu potiùs dæmonum oracula, dęmones enim credunt, & cõtremiſcunt, quale fuit illud Appollinis reſponſũ, quod refert Porphyrius chriſtianæ religionis deſertor, atque hoſtis impius in lib. aduerſus Chriſtianos, vbi ſic Appollo reſpondens ſacerdoti illum de vera religione conſulenti, & quaſi valè dicens falſę Ethinicorum ſuperſtitioni per vnius Ieſu Chriſti aduentum diſsipandæ ait.

Porphyr.

Appollinis oraculum.

Ne me extremum (ſic Latinè vertitur) *& vltimum velis ipſe rogare.*

Infelix ſacerdos de diuino genitore,

Deq; charo, & vnico filio celeberrimi Regis,

Et

Et ſpiritu, qui omnia affatim
continet,
Montes, terram, fluuios, tarta-
ra, aerem, ignem:
Hei me etiam nolentem ſpiritus
his ille ædibus expellit,
Ac tutumque deſertum linquetur
limen hoc fatidicum.

17. Ecce ab ipſo Apolinis oraculo ſuo ordine tres diuinæ perſonæ enumerantur, ipſi enim dæmones, vel inuiti authoré ſuum Deum, vnũ, & Trinum reuerentur, & proclamant. Neque obſcurius à Serapide reſponſum fertur Thulidi Ægyptiorũ Regi datum, quo myſteriũ ineffabile Sãctiſsimæ Triadis perhibetur.

Thulidi à Serapide reſpóſum.

Principio (inquit) Deus eſt hinc
verbum, & flaminis aura:
Vnum numen, idem tribus eſt,
naturaque conſors,
Cuius vis æterna, ſed hinc pede
te ociùs aufer,
Mortalis, peragens incerti limi-
tis æuum.

18. Sed hæc ſiniſtré falſa obcæcati ſuperſtitione interpretantes, in alium ſenſum detorquebant, omni enim ſuperni numinis lumine deſtituti verborũ corticem attẽdentes, ternarium numerum in ſacris vſurpabãt, vt teſtatur idem Porphyrius in lib. de ſacrificijs, & ſicut vnitatem, & quaternionẽ ex numeris Soli, binarium Mercurio, ſenionem Veneri, octonarium Saturno, nouenarium Marti, ita terminarium ſupremo deorum ſuorum dicabant nempe Ioui benefico, fauſta enim plerumque, ac ſalutaria inter alios planetas pollicetur.

Ternarius numerus in ſacris à Gentibus vſurpatus.

Expreſsiorem ſanè tanti myſterij reuelationem Deus Eccleſiæ ſuæ in lege veteri non cõceſsit, cum enim populus ille eſſet in idololatriã valde procliuis, proculdubio, ſi ſicut in lege Euangelica trium perſonarum diuinarum mẽtio expreſſa fuit, ea tũc temporis traderetur, occaſionem forte illis præberet, vt multos Deos, tanquam gẽtiles colerent. Quã etiam ob cauſam Septuaginta interpretes pro, *faciamus*, verterunt, *faciam*, cum tamẽ Hebræi, & Græci fateantur legendum eſſe, *faciamus*, in plurali; verterunt verò Septuaginta, *faciam*, quia cum Gentili Regi ſacrã Scripturam interpretarentur, omnem illi occaſionem adimere conati ſunt, ne vel leuiter ſuſpicari poſſet, Iudæos, ſicut Gẽtiles, plures Deos co- 19.

lere: ſicq; etiam apud Iſaiam cap.9. vbi dicitur, *Et vocabitur*, loquitur verò Propheta apertè de Chriſto Domino, *nomen eius admirabilis, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis*, legunt Septuaginta, *Et vocatur nomen eius magni conſilij Angelus*: ne fortè ſimiliter ex nominum multitudine anſam arriperent gentiles, vt arbitrarentur plures Deos á Iudæis coli. Cũ quo tamẽ ſtat, quod, vt vidimus, ſępè in plurali loquatur Deus in diuinis literis, denotando videlicet tam grande myſterium, & perſonarum trinitatem, quaſi ſub ænigmate figurando: ſic Geneſ. 11. videns Deus, quod homines ædificare conarẽtur turrim, cuius culmen pertingeret ad cœlũ, dixit, *Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum*, additur autem infrà, *Atque ita diuiſit eos Dominus*. Itaque Dominus eſt, qui diuiſit, vnus enim eſt Deus, & idem Dominus dixit, *Venite deſcendamus, &c* quia nimirum vnus Deus trinus eſt in perſonis: ibidẽ autem etiã Septuaginta verterunt, *Affer deſcendamus*, Affer in ſingulari, deſcẽdamus in plurali.

Iſai.9.

Verſio Septuaginta.

Geneſ.11.

20. Alter locus, in quo abſconditum Trinitatis myſterium innuitur, ad illa prima verba Geneſis, in principio creauit Deus, vbi in Hebræo habetur, *Bereſcit bara, Elohim*: eſt enim verbum, *Bara*, creauit in ſingulari, at verò *Elohim*, Dij in plurali; idẽ enim valet, atque Dij, ſiue Angeli, iudices, aut principes: colligunt verò ex hoc loco complures cum Magiſtro in 2. d.1. quẽ complures ex ſcholaſticis ſequuntur, hoc loco denotari vnitatem diuinitatis, dum dicitur, creauit in ſingulari, ſunt enim opera Dei ad extra Trinitatis indiuiſa, vt Theologi loquuntur, at verò per *Elohim*, Dij in plurali numero denotari pluralitatem perſonarum: neq; enim ſine myſterio factum credunt, quod Moyſes vſus ſit hac locutione iungendo verbum ſingularis numeri, cum nomine pluralis, non verò diceret aut creauit *Eloah*, Deus, aut creauerunt, *Elohim*, Dij. Ex expoſitoribus conueniunt cum Magiſtro Burgenſis, Lyran. Galatin. Auguſt. Eugubinus, Franciſc. Georg. Catharin. Cornelius, & alij ex recentioribus.

Gen.1.

Magiſt.

Burgen. Lyran. Galat. Aug. Eugub. Franc. Georgius. Catharin. Corncl.

Digitized by Google

21. *Caiet.* A quibus tamen Caiet. diſcedit exiſtimans, *Elohim*, carere numero ſingulari, q̄d probat primò, quia Moyſes ſi Deum nominaret per nomen pluralis numeri, quo poſſet vti in ſingulari, proculdubio occaſionem Iudęis dediſſet exiſtimandi plures eſſe Deos; quod tamen maximè cauendum erat coram populo in idolatriam valde procliui. Secundò id etiam probat ex verbo *creauit*, quo vtitur in ſingulari: per id enim, inquit Caiet. rectè oſtẽditur, Moyſen nomen pluralis numeri pro ſingulari vſurpaſſe.

Pluralepro ſingulari.

22. *Pererius. Abul.* Verum non ſolus Caiet. fuit in hac ſententia, vt benè aduertit Pererius lib. 1. cõment. in Geneſim, ſed ante eum Abul. acerrimè impugnauit in illis verbis adumbrationem aliquam myſterij Trinitatis contineri: cui etiam ſententiæ videtur fauere ipſe Pererius, tum quia antiquiores expoſitores, Origen. & D. Hieron. nihil tale deprehenderunt: tum quia Hebræus (vt inquit) idiotiſmus eſt verbum ſingularis numeri cũ nomine de plurali coniungere, ſicut Iſaiæ 19. dicitur, *Tradam Ægyptũ in manum dominorum crudeliũ*, vbi in Hebræo habetur, dominorum duri, ſeu fortis: ad quod confirmãdum alijs ſimilibus locis vtitur.

Origen. D. Hier.

Attamen propter hæc & ſimilia non eſt cur negemus Deum tam ineffabile & abſcõditum myſterium aliqualiter voluiſſe in primo diuinarum literarũ limine adũbrari. Nec prima ratio, quæ adducitur in cõtrarium, alicuius eſt momenti, nam nomen, *Elohim*, ſingulare proculdubio habet, & quamuis Pagninus in radice, *Alah*, dicat in ſolo vno loco cõtẽptus gratia hoc nomen, *Eloah*, reperiri in ſingulari, ſicut Habac. 1. hæc eſt fortitudo eius Dei ſui, vbi habetur, *Eloah*, tamẽ in hoc planè fallitur: nam alijs in locis idem nomen reperitur in ſingulari, vt eſt Iobi cap. 12. & cap. 36. & apud eundem Habac. cap. 3. vnde non ex eo, quod nomen, *Elohim*, careat ſingulari, carebit myſterio, quod Moyſes illud coniungat cũ verbo de ſingulari: nec ſimiliter id tollit ſecunda ratio Caietani; ſicut enim ille colligit nomen, *Elohim*, carere ſingulari, quia Moyſes illud cõiunxit cum verbo de ſin- 23.

Habac. 1. Iob. 12. Iob. 36. Habac. 3. Caiet.

gulari

Aretin. gulari, ita ex hoc nos colligimus in ea locutione latere myſterium: neque vt eodem loco in commentarijs ſcholaſticis aduertit Franciſc. de Pitigianis vlla fit grãmaticæ læſio, cum dicitur Dij creanit, ſed potiùs oſtenditur cũ pluralitate perſonarum ſtare vnitatem eſſentię, productionisq; ad extra, & creationis vnitatem. Nec inſuper hæc pia doctiſsimorum hominũ cogitatio excludi debet ex eo, quia antiquiores Patres Orig. & D. Hieron. eam non tradiderunt, vt objicit Pererius: multa enim poſteà decurſu temporis ab ſcholaſticis, & expoſitorib⁹ aucta ſunt, quæ ſi antiquioribus Patribus nõ aduerſantur, nec verborum contextui vim inferunt, cum aliũdè chriſtianam pietatem ſapiant admitti debeant. Nec inſuper exemplum quo idẽ Pererius vtitur, vt oſtendat eſſe idiotiſmum lingnæ Hebræę coniungere numerum pluralem cum ſingulari, aliquid cõuincit, dicimus enim familiare hoc eſſe Hebrææ linguæ, cæterum aliquando id fieri ex indigentia ipſius linguæ, ſicut in citato capite 9. Iſaiæ, vbi pro (dominorũ crudelium) vertit Hebræus interpres, dominorum duri, quia ſcilicet Hebręi ſubſtantiuis nominibus pro adiectiuis vtuntur, ſicut Pſalm. 1. vbi vulgatus noſter habet *Beatus vir*, vertit Hebræus, *beatitudines viri*. Aliquando autem ob alias cauſas coniungit plurale cum ſingulari, & inter eas hæc vna poteſt aſſignari, cum de Deo in plurali, cum verbo de ſingulari loquitur ſacer text. ſic Pſal. 66. dum dicitur, *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*, nõ deſunt, qui ex illa trina repetitione nominis, *Deus*, cum verbo pariter in ſingulari colligant etiam Trinitatis myſterium multaq; ſunt alia loca ſimiliter, in quibus Trinitatis myſterium Deus figuratè, & ænigmaticè olim voluit adumbrari.

Origen. D. Hier. Pererius.

Pererijfundamentum reijcitur.

Iſai. 9.

Hebræi vtuntur ſubſtãtiuis pro adiectiuis.

Pſal. 1.

Pſal. 66.

24\. Inſignis eſt locus ille Geneſ. 18. vbi cũ in primo verſu dicatur, *Apparuit ei Dominus in conualle mambre*, additur ſtatim in ſequenti. *Cumq; eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes ante eum, quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & adorauit in terram*, vbi primo loco expendi poteſt Dominũ

Geneſ. 18.

eſſe

Digitized by Google

eſſe, qui apparuit Abrahamo, iuxta priora verba, *apparuit ei Dominus*, deinde in triplici perſona apparuiſſe, cũ enim ſubleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri. Hos viros qui Abrahamo apparuerũt fuiſſe Angelos teſtatur D. Paulus ad Hebr. 13. & hi humanum corpus, vt cum Abrahamo loquerentur ex aere aſſimilatum aſſumpſerunt, ſicut colligitur ex eodem D.Paulo, latenter enim & ignoranter Abrahamus eos excepit credens primo aſpectu eos homines eſſe, qui ad illũ hoſpitij cauſa declinabant, ita Chryſoſt. & Ambroſ. lib. 1. de Abraham. c.5. & P. Aug.lib.16. c.29. de Ciuitate Dei. Sicut referunt Nicolaus de Lyra, & Abulen. Hebręorum traditio eſt Angelos illos fuiſſe Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem, & Michaelé medium locum tenuiſſe, ipſumque propriè in hac legatione perſonam Dei egiſſe, ipſumq; futuram Iſaachi generationé prænuntiaſſe Saræ, & mox ſubſequendam Sodomæ euerſionem, ipſos enim, qui cum Michaele ad Abrahamũ diuerterant exequutos poſtea fuiſſe Sodomæ excidiũ conſtat ex ſacro contextu, vbi Moyſes dicit illos Sodomã petijſſe, ita enim habetur cap.19. Geneſ.

D.Paul. ad Heb.13 — Angeli corpus aereũ humano ſimilem aſſumpſerũt. — *Chryſoſt. Ambr. P. Aug.* — *Lyra. Abul.* — *Gen.19.*

Scio Concilium Sirmienſe can. 14. voluiſſe medium horum Angelorum fuiſſe filium Dei, at potiùs conciliũ illud fuit Arrianorum conciliabulum, vt tradit Baron. anno Chriſti 357. vnde nihil de eius determinatione curandum. Illud ad præſens inſtitutum facit per hos tres Angelos ſymbolicè, & figuratiuè ſanctiſſimam perſonarum Trinitatem denotari, vt tradunt Ambroſ. Euſeb. Cyril. alijq; Patres, vnde Abraham tres vidit & vnũ adorauit. 25.

Cõcilium Sirmienſe fuit conciliabulum. — *Baron.* — *Ambroſ. Euſeb. Cyrill.*

Neque obſtat quod illos primo aſpectu homines putaret, nam poſteá ex ipſorũ ſermonibus, ac maieſtate cognouit eos angelos eſſe, Deiq; legatos, vt patet ex ipſius Abrahami reſpõſionibus, qđ mihi illa verba Abrahami ſatis probant in eodem capite, *Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis, & cinis.* Et inſuper modus adorationis quã ipſis exhibuit, de quo P. Aug. ſerm.68. & 70. dicit Abrahã adoraſſe tres illos Angelos tendendo ſupplices manus, 26.

P. Aug. Abraham Angelos, quaſi Deũ adorauit.

& genua eorum oſculando, quem adorationis modum ipſis exhibuiſſe videtur ſub eo etiam myſterio, & emphaſi, quo dum tres vidit vnum adorauit.

27. Homo in triplici potentia refert Deum Trinum. P. *Aug.* Itaque in homine memoria, intelligentia, & voluntate prædito ſanctiſsimæ Trinitatis imago adũbratur, vt docet P. Aug. lib. 10. de Trinit. c. 10. & li. 14. c. 11, & aliqualiter etiam introducitur, dum nomẽ Dei de plurali cũ verbo de ſingulari cõiungitur, ad initiũ Geneſis; & tãdem clariùs ſignificatur, dũ Abrahamus tres Angelos videt & vnum adorat; neque vnquam in lege veteri Deus expreſsiùs voluit abſcõditũ hoc arcanũ adũbrari: quod omni naturali ratione ininueſtigabile eſt, vt cũ D. Tho. oſtendunt Theologi in 1. p. q. 32. de quo & ipſe P. Aug. admonitus eſt per prodigiũ pueri cocleari pelagus euacuare conantis, vt colligitur ex Voleterrano, & in omniũ ore eſt ſatis verſatum.

Geneſ. 1. *D. Thom.* *P. Aug.* *Volaterranus.*

28. Ex his omnibus in myſterio adeò ſupranaturali, à ſẽſibusque & cogitatione tam remoto, quid clarius excogitari potuit, in quo tanquam in imagine adũbraretur, quã tres illi lapilluli in viſceribus S. Claræ de monte falco reperti ita eiuſdẽ formæ, ac figurę, vt inter illos humanus ſẽſus nõ diſcerneret, ita eiuſdẽ põderis, vt nec vnus quẽlibet aliũ, nec vtrũq; ſuperſtitẽ excederet? Profectò ſi inter Doctores pręcipu' habetur, qui potiùs auſcultatoriã, & ſpeculatricẽ Theologiã ſubtiliſsimis põderat animi rationibus, & eam mentibus ſic colluſtrãdam ingeri, quam qui oculos corporeos indice informat, & obiecta eis carnea, & materialia oſtendit, quibus, tanquã funibus animalẽ partem ad ſe trahat, varijsq, inſtruat ſimilitudinibus, multò præſtantius ſanctiſsima perſonarum Trinitas, indiuiduaq; vnitas in illo ternario lapidũ adũbratur, quam ſi carnea, aut materiali aliqua imagine depingeretur: in ſumma enim Trinitate (inquit P. Aug.) *Tantum eſt vna, quantum tres ſimul ſunt, & nec plus aliquid ſunt duæ, quàm vna res, & in ſe infinita ſunt in ſingulis, & etiam omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnũ omnia.* Hæc autẽ omnia vbi nam melius inſinuari poterant, aut facilius, quã *Libr. 6. de Trinit.*

tribus

Digitized by Google

tribus illis lapillulis coloris informis ferè, ac cinericij mortalib' incogniti, formę, ac figurę inter ſe humano oculo indiſcriminādis, pōderis, ac mēſuræ ſupra humani, omnisq; creati intellect' captū admirādę, cū nec quilibet alterū, nec vtrūque ſuperſtité ſimul, imò nec triū pondus excedat; quid enim aliud hoc eſt, quam quod, & omnia ſint in omnibus, & vnum omnia?

29. Verū his pro hac parte adductis, nō erit difficile oſtēdere in ipſo corde ſāctiſsimę virginis Claræ ita deſcriptā eſſe Chriſti humanitaté in paſsionis inſignibus, vt merito Chriſtus dici poſſet formatus in eius corde, imò & opus legis, ac iuſtificationis noſtrę in eo ſcriptū reperiri, mirū ſanè eſt, quod dilecti ſponſi imaginé, non animo modo referat ad illius ſimilitudiné creato, ſed & carneo corde ad illius pro nobis in cruce pendétis exemplar efformato. Elegāter D. Hilar. explicans verba illa Matt. c. 22. quæ Chriſtus D. phariſæorū diſcipulis pariter cum Herodianis, cognita interrogantiū nequitia obicit, an ſcilicet cenſū Cæſari liceret pſoluere? dicés, inſpecta pri' imagine Cæſaris numiſmati inciſa: *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo* (inquit ergo) *Si enim nihil eius penes nos reſederit cōditione reddendi ei, quæ ſua ſunt non tenebimur*. Et cōcludit Deo nos reddituros corpus, animum, voluntatem: id ſanè prǽſtitit beatiſsima Clara, quæ dum animū ſponſo reddidit, corpus pariter cum corde obtulit, quod nō Cæſaris, id eſt mundi, ſic enim exponit citatus D. Hilarius, ſed Chriſti erat imagine inſignitū; non quidé Chriſti aut reſurgentis, aut trophæa de morte iā deuicta reportātis, ſed adhuc in cruce pendentis, nā crux, claui, lācea, colūna, cęteraq; paſsionis Dñicæ inſignia, q̄ ſupremi artificis manu in Claræ corde elaborata reperta ſunt, quid aliud præſeferre potuerunt, quā illud humanitatis noſtræ diadema, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius? ad cuius regalem aſpectum, ac feſtiuum, filiæ Hieruſalemiticæ ab ſponſa inuitantur Cant. 3. profectò non illa fuit aurea, non laurea, aut graminea co-

D. Paul. Ad Galat. 4. Ad Rom. 2.

D. Hilar. Matt. 22.

D. Hilar.

Cant. 3.

rona, quales olim ciuiles, murales, aut vallares pro fortitudinis, ac decoris ornamẽto te[x]ebantur, ſed ſpinea illa fuit, fortè in hac ipſa corona è ſpinis contexta triũphantis ſpecimen præ ſe ferre voluit honorificẽtiſsimum, quaſi, ſicut poſteà Põpeius ob Iudæã à ſe primò Romanæ ditioni adiectam arborẽ balſami duxit in triumphum, quod balſamum ſola Iudæa proferret, de quo infrà q. 9. & Veſpaſianus imperator, qui Hieroſolymam diruit eius arbuſculam Romã triumphans detulit, ſic verus ille Salomon Chriſtus, qui regnauit à ligno, qui mortẽ vicit, qui tulit peccata de mũdo ſpineam coronam in triumphum detulit, vt, quę ob hominis peccatũ in ſupplicium, & pœnam inuehuntur, deuicta iam morte, deuictoq; peccato triũphũ apparent Redemptori; ſic enim ſemper gloriam cruci, mortemq; triumpho adiunxit, vt idẽ D. Hilarius in cap. 28. Matth. appoſitè notauit dicens, *Poſt quem ſermonẽ, quo ſe venturum in redditu claritatis oſtenderat, nunc paſſurum eſſe ſe admonet, vt ſacramentum crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis agnoſcerent.* Sicque iam non in ſupplicium modo, ac peccati pœnã terra ſpinas proderit, ſed etiam, quaſi in ipſius peccati remedium, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret: *Eum enim* (oſtendit D. Paul. ad Hebr. 2.) *qui modico, quam Angeli minoratus eſt, Ieſum propter paſsionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Coronatur itaque à Synagoga, quæ tunc mater erat ſpinis, quia dum expectauit, vt faceret vuas dilecta vinea, quam plantauit fecit labruſcas, ſeu (vt Septuaginta) *fecit ſpinas*, quas tamen in die lętitiæ cordis ſui oſtentat, & merito cordis ſui; nam licet in ipſa paſſione inferior pars ſentiens triſtis eſſet vſque ad mortem. Matth. 26. tamen pars ſuperior corde adumbrata ſummo erat in gaudio; nam propoſito ſibi gaudio ad Hebr. 12. *Suſtinuit crucem confuſione contempta*, in quo ergo melius non adũbrari, ſed exprimi potuit, vt homo, quã dũ ſpinea corona redimit' incedit, & crucis capitoliũ cõſcendit, in nullo plane; nã diadema, & coronã Chriſti humanitatẽ noſtrã vocat

Geneſ. 3.
D. Hilar.
Hebr. 2.
Iſai. 5.
Septuaginta.
Matt. 26.
Hebr. 12.

D. Athan. D. Gregor. Athan. in ſynopſi, quocirca D. Greg. in expoſit. in Cāt. inquit: *Cum diadema pro gloria aſſumatur, in humanitatis autem ſuſceptione, non gloria Verbi Dei, ſed humilitas eſſe cognoſcatur, quomodo humanitate noſtra, quaſi diademate Chriſtus coronatus dicitur*, & reſpondet: *Cum ipſa Chriſti incarnatio verè gloria noſtra fuerit, quia mēbra eius ſumus propter communionem corporis, diadema membrorum bene capitis ſcriptura prædixit*, nunquam autē melius, ac conuenientius hoc diademate, regalique corona inſignitus apparet, quam dum illam geſtat, qua mater ſua, ſeu, vt legit paraphraſtes Chaldæus, *Coronauerunt regem Iſrael populus Iudæorum*, dum clauis, & palis mortem exantlauit acerbam, vt in Apollinis oraculo dictum eſt apud Lactant. lib. 14. c. 13.

Lactan. libr. 4. c. 13.

30. Deinde cum Dei filius ſe non modo verū Deum, ſed, & hominē exhibere voluit, non aliundè id ſatiùs hominibus, quám per crucem, & paſsionē innoteſcere decreuit, ergo dum præclariſsimę virginis Clarę cordi, & Chriſtus cruci affixus, & indè corona ſpinea, claui, lancea, columna, cæteraq; paſſionis inſignia delineata tenuiſsimis appenſa membranarum filis conſpiciūtur, multò expreſſiùs ipſa Chriſti humanitas exprimitur, quam ſanctiſsimę Triadis myſterium tribus illis cōmemoratis lapillulis in eius corde repertis adumbratur. Solum aſsūptum comprobandum ſupereſt, ſeu potiùs illuſtrandum: & primo loco illud adducam ex Chryſoſt. oratione ſecunda aduerſus Iudæos, Theodoreto libr. 22. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod etiam refert Naziāz. oratione 4. aduerſus Iulian. & videri poteſt apud Euſeb. Cæſarienſ. lib. 10. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. vltimo, & Nycæphorum, atque alios.

Chryſoſt. Theodor. Nazianz. Euſeb. Cæſarien. Nycæpho. tom. 10. c. 32. & 38.

31. Quo tempore Iulianus à fide defecit, vt in Chriſti ludibrium, & deſpectum Iudæi antiquam vrbem renouarent illis pecuniarum, & artificum ingentem ſummā impēdit, quibus adeptis Iudæi multa gypſi, & calcis congerunt modiorum millia, illicòque, atque fundamenta nudare cœperūt, quę parauerant irruens ventorū impetus repente diſperſit, eoſque, qui aderant, cœleſtis ignis combuſsit, neque

enim impij in ſpiritu oris Dei ſubſiſtunt: & ecce rem miram, fulgidum crucis ſignum ſplendet in cœlo, intuentiumque fidelium veſtes cœleſti quodam ſplendore crucis notis conſignautur, Iudæorum verò veſtes crucibus pariter, non tamen ſtellatis, & fulgidis, ſed atris reſperſæ apparēt: hoc victor Chriſtus erigit trophæum, hoc crucis inuicto ſtemmate inſignitur, quo eodem & fideles tanquam filios, & impios Iudæos tanquam ſeruos inſigniri voluit. Hæc expendens idem Nazianzenus oratione 42. inter alia de cruce Chriſti, & inſignibus inquit, *Per paſsiones paſsionem imitemur, per ſanguinem, ſanguinem honoremus; crucē alacres conſcendamus; dulces ſunt claui, tametſi valdè acerbi, præſtat cū Chriſto, & pro Chriſto pati, quam cum alijs in delicijs verſari, Simon Cyrenæus ſis, crucem tolle, ac ſequere.* Quæ poſtrema verba Nycætas ſic explicat, vt crux eo loco ſicut & Marc. 10. carnalis affectus oppreſsionem, fœdæq; voluptatis abiectionem, animique à terrenis rebus euectionem ſignificet: hi enim ſunt gradus per quos crucē

Greg. Nazianz.

Marc. 10.

cum Chriſto conſcendimus, gloriæq; ac triumphis illius adſumus. Sane Chriſtus dum in ſanctiſsimæ Claræ corde paſsionis myſteria effigiata retulit, non in ænigmate, aut inuolucris ſe hominem exhibet: iam crux, quę olim, vt D. P. Auguſt. adnotauit, in virga Moyſis præfigurata extitit, qua mare rubrum apertū fuit, ac diuiſum, quod in terram promiſsionis aditum occludebat, & quæ, vt inquit D. Hieronymus, tanquam in typo extitit in ligno, quod tactu ſuo amaras aquas in dulcedinem conuertit, quæ in virga illa eſt adumbrata, quæ dum lapidem ferit, ex eo aquarū fontes erumpunt, nam petra illa erat Chriſtus, nunc iam non ſub his aut ſimilibus proponitur vmbris, ſed poſtquā ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita oportüit, & exaltatus eſt filius hominis, vt omnis, qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam, en iam in vnius dilectæ ſponſæ corde carnea crux, & in ea ſponſi quoque Chriſti carnea pendens imago non efformata eſt à natura, ſed à gratia: en cythara illa tenuiſ-

P. Aug. Exod. 14.

Exod. 15.

1. Cor. 15.

Ioan. 3.

ſimis

ſimis attemperata membranarum filis, qua optimus Dauid, id eſt, rex cœleſtis Chriſtus dæmonia expulit: en vitæ lignũ in medio paradyſi conſtitutũ, ſicut enim iuſti cor paradyſus Dei eſt, ita in ſãctiſsimæ Claræ corde lignũ hoc crucis per meditationem plantatum, & lachrymarum aquis irrigatũ excreuit in carnem. Dedecus omne exuat iam nunc crucis inſigne, nec ſeruile ſuppliciũ denotet in cruce

Seruus flagellis hic triũviralibus
Præconis ad faſtidium.

Horat. Epod. od. 4.

Sed illuſtre ſit victoriæ noſtræ trophæum, inſigneque omnium mortalium decus, & ornamentum.

Ennod.

At mihi (dixit Magn. Ennodius paræneſi 6. didaſcal.) *crux cuſpis, crux ſcutum, cruxq; thoraca,*
Hac tegar, hac feriam, hac pacis fœdera firmem.
Hæc mihi dux belli eſt, quo victrix lubrica calcans
Dira Cupidinei deteſtor mella veneni.

32. Hoc ergo ſtemma gloriȩ, ac decoris ſui Chriſtus Dominus, non iam monſtrantibus medijs, nec vatum inuolucris, quaſi incluſũ turbine, aut nube caliginoſa, ſed in ipſo corde dilectiſsimæ ſponſæ exarauit: ergo multò expreſsiùs ſub eo pignore ſe hominem verum protulit, quam in tribus illis lapidibus in felle repertis ſe Deum trinum adumbrauit: imò verò, & non modo ſe verum hominem in cruce profitetur, ſed & verum Clarȩ ſpõſum: crucifigi enim idẽ eſt, atque ligari, vnde, teſte Artemidoro lib. 5. c. 58 viro cȩlibi in ſomnijs crucifigi nuptias deſignat, hoc eſt carnis pariter, atque animorum ligaturam: & in ipſo quoque coniugio ſua crux eſt aſportanda coniugatis: poſſet ergo præclariſsima virgo Clara dilecto ſponſo Chriſto verba illa, quȩ Sephora Moyſi ob circũciſionem obiecit, repetere, Exod. 4. *ſponſus ſanguinum tu mihi es*, ſiquidem effuſo è corde cruorȩ, imò & diuiſo in partes corde atteſtata eſt latentem intus in diuinum ſponſum amoris affectum: ſed & ipſa etiam ſponſa ſanguinis erat, quæ Chriſtũ nõ ſub gloriæ ſplẽdore, non ſub reſurrectionis triumpho, ſed affixum cruci inter ſpinas, lanceã, colũnã, ac verbera portabat in corde: rectè illi ſponſus diceret:

Artemid. lib. 2. c. 58

Nubere eſt crucifigi.

Exod. 4.

Digitized by Google

Ouid. *Et poteris titulum mortis habere meæ.*

33. Ad idem inſtitutum expẽdes tertio loco ipſi quoque Iuliano impio Chriſtiani nominis perſecutori non aliũdè Chriſtum Dominum innoteſcere voluiſſe, quã per crucem, & ſanguinem, teſtis eſt D. Greg. Nazianz. orat. 3. aduerſus eundem Iulianũ, ipſi ſacrificanti, in immolandæ victimę extis coronatam cõparuiſſe crucẽ, quaſi illum admoneret, non è victimarum diſruptis præcordijs oportuiſſe ſacrificia libare, ſed ex oblato in cruce vero Deo, veroque homine Chriſto Ieſu, qui in ara crucis æterno Patri pro peccatis noſtris oblatus eſt ſacrificium, atque hoſtia, quia ipſe voluit. Simile planè narrat D. Athanaſ. in ſermone quodam, qui lectus fuit in ſecunda Synodo Nycæna, refertq; Gregor. Turonenſ. in libr. de gloria Martyrũ, & Ioan. Ecchius in libr. locorum communium aduerſus hoſtes Eccleſiæ, habuiſſe Nicodemum imaginẽ Chriſti crucifixi, quæ ab impio Iudæo Beryti telo confoſſa ſanguinem effudit, quod ſimile accidiſſe tempore Caroli Magni referunt Antonius Sabellicus lib. 9. Eneadis 8. & Raphael Volaterranus in Anthropologia; ſane hæc omnia multaq; alia admiranda in veræ humanitatis teſtimonia voluit exhibere Chriſtus Dominus, ſed cedant plane hæc, & ſimilia vetuſtiſsimis cõmẽdata monumentis, ipſe Chriſtus cruciaffixus carneo præclariſsimę virginis Clarę cordi exaratur, hinc columna adeſt, ita vt de ea, quam Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium ſuo æuo extitiſſe cõmemorat, etiam dicas cum Prudentio,

D.Gregor. Nazianz. — D. Athan. — 2. Synod. Nycæna. — Greg. Turonenſ. — Ioan. Ecch. — Sabellicus. — Volaterranus. — D. Hieron. — Prud.

Perſtat adhuc, templumq; gerit
veneranda columna.

& alibi cum eodem

Atque columnæ
Annexus tergum dedit, vt ſeruile flagellis.

34. Adeſt corona ſpinea, non modo in ardenti rubo figurata, ſicut ſub ea ſpinoſa plãta latere intellexit, & explicuit Clem. Alexandr. lib. 2. pædagogi. cap. 8. ſed eodem loco capitique affixa, qualẽ in noſtræ reconciliationis opus geſtauit mediator noſter, ita vt verè dicamus cũ eodem Clement. Alexandr. *Nos quidem vuas ex ſpinis colligimus, & ficus ex rubis, quia ex*

Clem. Alexandr.

morte eius vitam habemus.Non ſui imaginē mittit Chriſtus Dominus ſanctiſſimæ Claræ, qualem ad Abgarum Regem miſiſſe fertur, vt teſtatur D.Damaſc.lib.4.de Fide, & Euſebius lib.2.hiſtor. eccleſiaſticæ, qua eius ciuitas ab hoſtium eſſet obſidione, non armorum ſtrepitu, ſed virtute diuina mirabiliter erepta, voluit tamē ipſe Chriſtus Domin⁹ in dilectæ ſpōſæ corde ita carneus efformari, ac in cruce referri, ac ſi ſupremi artificis manu redderetur effigiatus; adde ſanguinem ipſum, qui è cordis conciſi vulnere effluxit intra vitreum vaſculum contentum, quem ſe vidiſſe citatus ſuprà Thomas Bozius atteſtatur, ſępè extra omnem naturæ curſum pro montis falconis oppidi, Spoletanęque vrbis ſalute efferuiſſe, vt apud eundem Thomam, aliosque relatum reperies.

D.Damaſcenus.
Euſebius.
Thom.Bozius.

35. Quid adhuc in eiuſdem rei confirmationem deſiderari poteſt. Vidi ego proprijs expreſſum coloribus florem illum, quem noui orbis accolæ fatētur nunquam apud illos repertū fuiſſe, nec tales eam regionem protuliſſe flores, antequam Chriſti fides per ea loca cæpiſſet cum eo incremento, quod experimur propagari. Arbuſcula verò eſt paucis & oblongis virentibus folijs, fructum profert ad inſtar mali perſici aliquantulū longioris per medium aureo quaſi colore fulgentem purpureis diſtinctum notis, flores verò (res mira eſt) clauſi adhuc & immaturi ſpecimen roſacei germinis præ ſe ferūt, diſtenti iam, & aperti roſacea quaſi folia circum circa diſtendunt medius flos deauratus eſt quinque ſanguineis notis ſuo ordine ad inſtar quinque vulnerum Chriſti purpuratus, è medio columna elateribus partim viridis, partim deaurata erigitur, in ſummo colūnæ vertice tres claui aſſurgunt rubro perfuſi colore, quos, & ambit, & complicat ſub aureo colore ſpinea corona: talis ad me ex ea regione delata eſt florū pictura; an nō pet paſſionis inſignia voluit Chriſtus Dominus tyronibus adhuc, & rudibus in fide gentibus innoteſcere? apud ipſosq; paſſionis ſuæ inſignia in ipſis terræ floribus conſignare? ſic plane, rem tradit ſequens diſthicon.

Mirabilis flos.

Effigies quinq; vulnerū Chriſti.

Flore

Flore nouo noua terra probat cognoſcere Chriſtum
Nobile, dum profert germine ſtemma crucis.

36. Ne c ſe ſolum hominem in cruce prodidit Chriſtus D. ſed, & verum pariter Deũ, atque hominem, ſic Matth. 27. qui ei dum viueret credere noluerũt, quos nec mortuos ſuſcitans, totque ſupra naturæ vires edens portenta ad fidem non adduxit, eo mortuo, vel ipſa ſolis obſcuratione, pariterq; in ſui conditoris morte ex ipſa elemẽtorum confuſione ac ſtrepitu, vel inuiti fatentur, *Verè filius Dei erat iſte*, ſeu vt habetur apud Luc. *Verè hic homo iuſtus erat*, & vt teſtis eſt Lucas, omnis turba eorum, qui aderant ſimul ad ſpectaculũ iſtud videntes, quæ fiebant in Chriſti paſsione percutientes pectora ſua reuertebãtur. Itaque hic Iudæorũ dolor, vt adnotauit Ianſen. in concord. Euangel. cap. 143. præludium fuit veræ pœnitentiæ, qua in die Pentecoſtes audita Petri concione compũcti ſunt corde Act. 2. Beda expendens in cap. 23. Luc. inquit, *Quanta ergo cæcitas Iudæorum, qui tot per Dominum virtutibus factis, tantis in morte eius apparentibus ſignis credere reſpuerunt, & inſenſibiliores gentilibus Deum glorificare, vel timere contempſerunt*, & infrà, *gentiles quippe* Centurio nimirum, & qui cum ipſo erant, *moriente Chriſto Deum timentes apertæ confeſsionis voce glorificant, Iudæi verò percutientes ſolum pectora ſilentes domum redeunt*. Sed & multò elegãtiùs Tertullianus vtranque naturam Chriſti Domini, vt Dei, & hominis, vtranqueq; diſpoſitionem & iudicis, & mediatoris in ipſa crucis figura adumbratam oſtenderet in libr. aduerſus Iudæos de eo explicat benedictionẽ illam Ioſephi, quæ habetur Deuter. 33. dum Moyſes ſuã cuique Tribui benedictionẽ impertiebatur, qua dicitur: *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis cornua illius in ipſis ventilabit gentes vſque ad terminos terræ:* ſic enim inquit: *Non vtique Rhinoceros deſtinabatur vnicornis, vel minotaurus bicornis, ſed Chriſtus in illo ſignificabatur taurus ob vtranque diſpoſitionem, alijs ferus, vt iudex, alijs manſuetus, vt ſaluator, cuius cornua eſſent crucis extima, nam & in antenna nauis, quæ crucis pars eſt hoc extremitates huius cornua*

Matt. 27. Luc. 23. Luc. Ianſen. Act. 2. Beda. Tertullia. pag. 114. n. 127. Deut. 33.

vocantur, vnicornis autem media ſtipitis palus, hac denique virtute crucis, & hoc modo cornutus vniuerſas gentes; & nunc ventilat per fidem auferens á terra in cœlum, & tunc ventilabit per iudicium deijciens à cœlo in terram. Artificioſe ſanè ſub eo typo & caput & crucis brachia conſiderat, rectè & Chriſtum nunc ſanguinem, ac vitam pro hominibus effundentem, quaſi agnum ad occiſionem ductum, nunc ipſum tanquam iudicem, ac leonem rugientem expédit, ſed hæc ſub ænigmate; clariùs, & expreſsiùs multò totus ipſe Chriſtus ſecundùm vtranque diſpoſitionem, & naturá formatus eſt in præclariſsimę virginis Clarę viſceribus, nam Deus, qua Trinus eſt, quo potuit elegantiùs, aut expreſsiùs ſigillo incidi, quam in tribus illis lapillulis in felle repertis eiuſdem figuræ, coloris, ponderis, ac menſurę? nullo planè, homo auté, mortaliũq; redemptor ad viuum ex primitur inter ipſa paſsionis inſignia, imò in ipſius virginis corde efformatur, pariterque ſponſus oſtenditur: verè ſanè ſponſi, ac Domini ſtigmata portauit in corpore, quæ eundem cruci affixũ carneo geſtauit in corde, & in hoc verè Auguſtinenſis Eremita extitit: ſicut enim de Patre Auguſtino legitur, quod eius cor non modo metaphorico vulnere, ſed & carneo transfixum erat, ſicut quæſt. 4. poſitiua adnotauimus, & ſicut ob virginitatis eximiæ inſigne carneum lilij florem in corde B. Vgolini Eremitæ, idéque repertum in corde B. Cherubini de Auellania Itali in annalibus noſtrarum rerum affirmatur, quo inſigni imago illius in noſtro Lauriné ſi monaſterio adornatur, ita & parentem referens præclariſsima virgo Clara ob ardentiſsimum Domini ſponſi amorem in corde inſcripta habet, & exarata paſsionis inſignia nobilitatis ſuæ glorioſa ſtemmata.

Simile dè P. Auguſt.

B. Vgolinus.

B. Cherubinus.

***

QVÆSTIO NONA SCHOLASTICA.

AN MATERIA CHRISMATIS debeat eſſe ex oleo,& balſamo,accedente Epiſcopi benedictione?

CIRCA titulum huius quæſtionis tria ſũt, quę principaliter inquiri poſſunt. Primum, an Confirmatio ſit verum ſacramẽtum á Chriſto Domino inſtitutum? Secundum, an oleum ſit de eſſentia materiæ ſacramenti Confirmationis? Tertium, an balſami mixtio ſit etiam de eſſentia illius? Et de his in ſequentibus.

Sacramentum Confirmationis eſſe verum ſacramentum nouæ legis à Chriſto Domino inſtitutum. Articulus primus.

Oleum eſſe de eſſentia eius materiæ. Articulus ſecundus.

Balſamum etiam eſſe de eſſentia materiæ illius, ita vt ſine eo non detur ſacramentum. Articulus tertius.

ARTICVLVS I.

Confirmationem eſſe verum ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.

1. Chriſma quid ſit? CHriſma vnctio, ſignum, ſiue ſigillum, aut confirmatio appellatur, græcum nomen eſt communi iam vſu latinitati donatũ, quod ſcilicet frons inungatur, pollice enim in manum crucis ducto, frontẽ tangit Epiſcopus, quaſi ea ſit ſignum, ſiue ſigillũ, quo nos, qui epiſtola Chriſti ſumus, ſicut Paul. 2. Cor. 3. & 2. Cor. 3.

tabulæ

Digitized by Google

tabulæ noui fœderis conſignentur, iuxta illud Paul. ad Epheſ. 4. *Nolite contriſtare Spiritum Sanctū, in quo ſignati eſtis*: quem locum explicans Cyril. Alexandr. in cap. vltimū Iſai. inquit: *Signati ſumus ſpiritu Redemptionis, & omnium cordibus impreſſus, & formatus eſt Chriſtus participatione Spiritus Sancti.*

Ad Ephe. 4.

Cyrillus. Alex.

2\. Circa hoc tamen Confirmationis ſacramentū, quémadmodū, & circa alia multa more ſuo inſurrexerunt hæretici, non ſolùm recentiores Lutherani, Ruthenenſes, & Caluiniſtæ, ſed Luciferiani antiquiores, contra quos D. Hieron. *An neſcis* (inquit) *etiā Eccleſiarum hunc eſſe morem, vt baptizatis poſteà manus imponātur, & ita inuocetur Spiritus S.* & Nouatiani, teſte Theodoreto lib. 3. hæret. fabul. c. penult. dicens, *Ijs, qui ab ipſis tinguntur ſacrū Chriſma nō præbent*, & apud Boz. lib. 2. de cō iunct. Spiritus per Chriſma c. 3. & apud Sander. lib. 7. de viſibili monarch. Eccleſ. hæreſi 165, & Vualdenſes apud Æneā Syluiū de origine Bohemorū c. 35. eundē errorē ſequuti ſunt. Antiquiſsimos Neſtorianos eundē errorem habuiſſe, ſicut & multos alios contra noſtrā fidē mihi perſuadēt, quæ de ipſis ſcripta ſunt in Diamperenenſi ſynodo apud Angamalenſes Malauaricos D. Thomæ Apoſtoli Chriſtianos celebrata ꝓ reductione, veraq; Eccleſiæ Romanæ obedientia præſtanda, reiecto Babylonico Patriarcha, cui per tot ānos ſeducti, fuerūt addicti Chriſtiani illi populi ſchiſmatici, quam anno 1599. 20. die mēſis Iunij diuina auxiliante gratia celebrauit Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſ. D. D. F. Alexius Meneſius natione Luſitanus, profeſsione Eremita S. Auguſtini, animarū zelo, poſt Apoſtolos cæteris conferendus; ſi non anteponēdus ſplendore generis illuſtriſsimus, vitæ ſanctimonia illuſtrior, is primò Archiepiſcopus Goenſis Orientalium Indiarū Primas, poſteà Archiepiſcopus, ac Dominus Braccharēſis, Luſitaniæ Prorex, Hiſpaniarū Primas, quē Sol oriens, atq; Occidens Primatē vidit; deinde, qui in omnium oculis mirū in modū dilectus verſabatur, ita apud Catholicā maieſtatē Philippi III. Hiſpaniarum Regis, & monarchæ potentiſſimi gratus exi-

D. Hier.

Theodor.

Bozius.

Sander.

Vualdenſ.

Synodus Diamperēſis.

F Alexius Meneſius.

Digitized by Google

ſtebat, eoq́, cōcepta de illius virtutibus bona, veraq; exiſtimatio regale pectus inuaſerat, vt ne tantum virum abſentem pateretur illū, non dum expleto pro regnatus tempore ad ſe Vallitoſelum accerſitum, dein Mattritum in ſupremi Conſilij Luſitanorum pręſidem conſtituit, quem honoris gradum nullus ante eum aſcenderat, ſed prohdolor, in hac ſuprema dignitate conſtitutum mors immatura illū nobis eripuit è manibus, cum vix quinquageſimnm octauum annum, tot, tantisque exantlatis pro Chriſti fide, illiusq; augmento laboribus, ac periculis impleuerat, communis fuit hęc Luſitanorū omnium cladis, cōmunis enim erat omnium gloria, communisque omnium, pauperum præſertim, ac humiliū aduocatus, priuata tamē fuit hæc Auguſtinenſis eremiticæ fortunæ iactura, mihi, qui illius rebus extremis adfui non modo priuata, ſed vnica. Is dum Archipræſulem ageret Goenſem per literas Apoſtolicas á Summo Pontifice Clemente VIII. ad tam arduam, ac difficilem exhortatus rem, eo animo, ac zelo, ſciſmaticæ illius gentis ad veram fidei chriſtianę cognitionem, atque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obſequium aggreſſus eſt reductionem, nec periculis in gentibus, nec in falſis fratribus, nec in mari, nec ſæpè minā ti diſcrimini vitæ parcens, vt tandē obſtupeſcentibus, imò & repugnantibus ſæpè ijſdē gentilitijs Regibus, ſub cuius ditione conſtituti infelices illi ſciſmatici in tenebris, & obliuiōne cōſepulti iacebāt, eos ad Chriſti ouile bonus paſtor reduxerit, credēs prę lati officium ſolicitudinem eſſe, non celſitudinem, tantoq; ſe in maiori periculo, quanto in ſuperiori loco cō ſtitutum intelligens, nihil intentatum reliquit, nullum non mouit lapidem, *iam verbis*, & concionibus aſſiduis ſuadendo, iam precibus, ac lacrymis commouendo, iam minis, ipſos quoque aduerſarios reges increpando. Perfecit tādem, ſeu potiùs Deus eſt, qui per illius manus tam grande, ac illuſtre opus confecit, incępit cunctis iam annuentibus, & vel veritate ipſa, Deo illuſtrāte, conuictis, diocœſanam ſynodū Angamalenſē, cui, & Metropoli-

Præſes ſupremi Concilij Luſitanorum.

Eius mors immatura.

D. Bern. ſermon. 70. in Cant. Cantic.
P. Aug. in Reg.

tani

Ex decreto Pontifici. Clemen. 8. præfuit cõ illo,

tani iure, & Sũmi Põtif. Clemẽtis 8. literis prǽfuit, & ibi act. 4. decreto 2. refert horũ Neſtorianorum errorẽ, qui Confirmationis ſacramentũ nõ modo renuebant, ſed potiùs, tanquam infamem ceremoniam dedecus reputabant, quod Epiſcopus illorum maxillas manu leuiter tangeret: vt refertur etiam in hiſtoria huius Malauariũ conuerſionis lib. 1. c. 15. imò addebant, percuſſionem illã ſimile ſignum eſſe, quo deinceps Regis Luſitanorum ſerui reputari deberent, ſicq; cæteros ab hoc ſacramento propoſita ignominia deterrebant. Circa hæc non libet ampliùs immorari, nec etiã ſub ſilentio præterire licuit, & ſi nobis tanti viri tam ſingularibus virtutibus, præſtantiſsimique animi dotibus heroicè illuſtrati memoria nunquam ſine lachrymis contingat. Latiùs Confirmationis ſacramenti inuaſores videri poſſũt apud Lindan. & Prateolum, Bellarm. libr. de Confirmatione.

Malauariũ error.

Lib. 4. Panopl. c. 26. in ſequentibus. Sub nõminibus recẽtiorum hæreticorum. *Bellarm.*

3.

Hæreticorum fundamenta, ſi fundamenta dici poſſunt, quæ inanibus machinationibus male affectæ hominum mentes excogitant, deſumuntur primò ex eo, quia hoc ſacramentum nunquam in diuinis literis, nec in veteri, nec in nouo Teſtamento reperitur.

Hæretici hoc ſacramentũ non reperiri in diuinis literis.

4. Secundò.

Secundò, quoniam per Chriſmatis vnctionẽ, & cõfirmationẽ ſub ea forma, ac ritu, quo Eccleſia nũc vtitur in lege gratiæ, non datur donum linguarũ, nec Spiritus Sãctus ſub aliquo ſigno ſenſibili: ergo non eſt vnde colligatur huius ſacramenti inſtitutio.

5. Tertiò

Tertiò, quia promiſsio Spiritus Sancti ſolùm facta eſt ſacramẽto Baptiſmatis, iuxta illud Act. 2. vbi Petrus cum dixiſſet: *Hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel, & erit in nouiſsimis diebus dicit Dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*, addit ſtatim infrà. *Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorũ veſtrorũ, & accipietis donũ Spiritus Sancti*. Ex quibus verbis colligũt promiſsionẽ illam Spiritus Sancti ſolum baptiſmo fieri, per illũq; ſufficienter adimpleri. Contra hos omnes tamen, & ſimiles errores ſtat inexpugnabilis, & adamãtinus catholicę veritatis murus; circa quem

Act. 2.

eſt omnis armatura fortiũ.

14. *Concluſio catholica.* Sit ergo vera, ac catholica reſolutio in Eccleſia Chriſti eſſe quoddam ſacramentum, quod Confirmationis dicitur à Chriſto Domino inſtitutum, & à cæteris diſtinctum, *D. Thom.* ita D. Thom. 3. p. q. 72. art. 1. incipiendo ergo iam à veteri Teſtaméto, ſub cuius cortice quaſi pretioſa margarita latebat lex gratię, *Lex gratiæ Theſaurus abſcõditus in lege veteri.* tanquam theſaurus in agro abſconditus, iam ſacramentum hoc ſatis, ſuperque in ipſo Meſsiæ nomine vaticinato eſt adumbratum, idem enim eſt Hebræis Meſſias, atque Latinis vnctus, iam verò per vnctionem deſignari hoc ſacramentum patebit inferiùs; *D. Cyrill.* vnde Cyrillus Hieroſolymitanus infra citandus per hoc ſacramentũ dicit nos verè ac perfectè Chriſtianos eſſe dicendos, id eſt vnctos, & ante ipſum id iam tradiderunt *Theophil.* Theophilus ſextus á Diuo Petro Epiſcopus Antiochenus in lib. ad Autolycũ, habeturq; 1. tom. Biblioth. Sanctorum Patrum, & ad c. 25. Iſai. *Iſai. 25.* vbi vulgata noſtra legitur, *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conniuiũ pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullatorũ vindemiæ defæcatæ,* legũt Septuaginta, *Verſio 70.* cuius verſio magnæ auctoritatis eſt, *Et faciet Dominus Sabbaoth omnibus gentibus: ſuper montem iſtum bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vuguento in monte iſto, trade hæc omnia gentibus, conſilium enim hoc ſuper omnes gentes.* Quæ verba eundem ſenſum efficiunt cũ his, quæ recitantur in noſtra vulgata. Ea verò vterq; Cyrillus Alexandr. & Hieroſolymitanus, & Theophanes *Cyrillus. Alex. Cyril. Hieroſ. Theophanes.* in lib. de concordia noui, ac veteris Teſtamenti de ſacraméto Confirmationis interpretantur, prolixumq; eſſet recéſere omnia loca, in quibus hoc ſacramẽtum adumbratum fuit in lege veteri, vt ampliùs ex ſeq. art. patebit.

15. At verò in lege Euangelica multis in locis illius fit expreſſa mentio, nam Ioan. 14. 15. & 16. *Ioan. 14. 15. & 16.* vbi Chriſtus D. ſæpe Apoſtolis promittit ſe eis Spiritum Sanctum miſſurum: quocirca notandum eſt ex D. Thom. 3. p. q. 72. *D. Tho.* art. 1. ad primum, § *Et ideò,* Chriſtum Dominum hoc ſacramentum inſtituiſſe nõ exhibendo, ſed promittendo, iuxta illud Ioannis 16. *Ioan. 16.* *Si non abiero Paracletus non veniet*

niet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos. Ideó autem ſub hac forma promittitur, quia in hoc ſacramēto, quod confirmationis eſt, datur plenitudo Spiritus Sancti, quæ non erat danda ante Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem, iuxta illud Ioan. 7. Nō dū erat Spiritus datus, quia Ieſus nou dum erat glorificatus. Hæc ex D. Thoma. Deinde Luc. vlt. iubentur ſedere in ciuitate donec induantur virtute ex alto, & Act. 1. Accipietis virtutē ſuperuenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi teſtes; quę loca communiter de effectu gratiæ promiſſæ huic ſacramento optimè exponūtur; item Act. 8. pulchra ſunt pro hac re, quæ ibi dicuntur, dū Petrus, & Ioānes mittuntur ad Samaritas iam baptizatos. *Miſerūt ad eos Petrum, & Ioānem, qui cū veniſſent orauerūt pro ipſis, vt acciperent Spritum Sanctum, non dum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu, tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctū*. Per impoſitionem autē manuū apertè ſacramentum hoc ab Apoſtolis exercitum demōſtratur: iam verò Apoſtoli non ſolum hoc ſacramentū per ſolam manuum impoſitionem contulere, vt conſtat Act. 19. ſed etiam per Chriſmatis vnctionem, vt ex Dionyſ. Areopag. eccleſiaſt. hierarch. c. 4. refert D. Thom. citata q. 72. art. 2.

Ioan. 7. D. Thom. Luc. vlt. Act. 1. Act. 8. Act. 19. Dion. Areopag. D. Thom.

8. Neque horum argumentorum efficaciam labefactāt hæretici aſſerentes promiſſiones has, in quibus Spiritus Sanctus credētibus promittitur intelligendas eſſe baptiſmo præſtitas, in eoq; adimpletas, vt indè colligāt nullum effectū à baptiſmi effectu diſtinctum admittēdum eſſe in Confirmatione, proindèq; nec verum eſſe ſacramentum à baptiſmo diſtinctum: nam Act. 19. dicitur quod Paulus cum veniret Epheſum, & inueniret quoſdam diſcipulos dixit ad eos, *Si Spiritum Sanctum accepiſtis credentes? at illi dixerunt, ſed neque ſi Spiritus Sanctus eſt audiuimus: ille verò ait; in quo ergo baptizati eſtis? qui dixerūt in Ioannis baptiſmate*, & infrá: *His auditis baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu, & cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sāctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant*.

Euaſio hæreticorum occluditur. Act. 19.

tabant. Ex quibus verbis apertè colligitur poſt ſuſceptum baptiſmum; ad manuũ Pauli impoſitionem, quod erat viſibile miniſteriũ huius ſacramenti, ab Apoſtolis ſæpè vſitatum, Spiritum Sãctum deſcendiſſe.

9. Hæretico rum commentũ exciuditur.

Ad eneruãdam huius rationis efficaciam cõmentati ſunt hęretici illam manuum impoſitionem non eſſe aliquid pertinens ad materiam huius ſacramenti, ſed eſſe ceremoniam quandam ductã in ſignũ approbationis cuiuſdam, quæ poſt baptiſmũ ab Apoſtolis, ſiue Epiſcopis exercebatur, dum fideles ipſis de fide examinandi proponebãtur, tunc enim, quaſi approbantes eorum fidem illis Apoſtoli manus (vt inquiunt) imponebant. Non eneruat tamen hoc hæreticorum cõmentum difficultatem, quis enim non videt ſine fundamento excogitatã illorum ſolutionem pugnare apertè cum ipſis diuinis oraculis, ex quibus conſtat Petrum, & Ioannem fuiſſe miſſos in Samariam, quod non ad exercendam puram ceremoniam factũ dici poteſt, præſertim cum loco citato Act. dicatur, *Orauerunt* *pro ipſis, vt acciperent Spiritum Sanctum*: & deinde, *imponebãt manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*. (Act. 19.)

10. Hoc ipſum confirmant antiquiſſima Eccleſiæ Concilia, nam Arelatenſe primũ, & ſecundum, Laodicenũ, Aurelianẽſe, Meldenſe, Hiſpalenſe, & complura alia, quę latè videre poteris apud Bellarm. lib. 2. de ſacramẽto Confirmat. cap. 4. quoniam verò nonnulla ex his Concilijs antiquo more loquuntur, & aſſerunt baptizatum perducendum eſſe ad Epiſcopum, vt per manus impoſitionem perficiatur, ne hæretici poſſent hæc verba de illo ſuo examine, & approbatione interpretari, quibus vtitur Conc. Elibertinum c. 38. & c. 77. Conc. Cabilonẽſe ſecũdum cap. 27. dubium omne tollit dicens, hoc ſacramẽtum Confirmationis, ſicut & baptiſmum nõ poſſe iterari, & de eo apertè loquitur Conc. Florent. in decreto Eugenij. Expreſsiùs nouiſsimè Tridẽtinũ cõtra dictam hæreticorum expoſitionem ſeſsione 7. de hoc ſacramento Confirmationis can. 7. in hæc verba: *Si quis dixerit Confirmationem bapti-*

(Conc. Arelaten. 1. & 2. Laodicen. Aurelianenſe. Meldenſe. Hiſpalenſ. Bellarm. Elibertin. Cabilonenſe. Conc. Florent. Trident.)

zatorum otioſam ceremoniā eſſe, & non potius verum, ac propriū ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quam catecheſim quandā, qua adoleſcētiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, anathema ſit.

11. Clem. Pap. Quid aliud docuit Clem. Papa, dum epiſt. 4. dixit, omnibus feſtinandum eſt ſine mora renaſci, & demum cōſignari ab Epiſcopo, & ſeptiformē Spiritus Sancti gratiam recipere? Quid Vrbanus relatus c. 1. de conſecrat. d 5. dum docet, omnes fideles per manus impoſitionē Epiſcoporum Spiritum Sāctum accipere poſt baptiſmum, vt pleni Chriſtiani inueniantur, quia cum Spiritus Sanctus infunditur cor fidele ad prudentiā, & conſtantiā dilatatur? Quid Innoc. 3. in cap. vnico de ſacra vnctione, §. *Quia verò*, dicēs, *Poſt baptiſmum vngi Chriſtianos ſancto Chriſmate in fronte, vt confiteantur*. Quod oſtenditur etiam à Melchiade Papa in epiſt. ad Epiſcop. Hiſpaniarum relato à D. Tho. 3. p. q. 12. artic. 1. in corpore, vbi Summus Pōtifex ita inquit, *Spiritus Sanctus qui ſuper aquam Baptiſmi ſalutifero deſcendit lapſu, in fonte plenitudinē tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmētum præſtat ad gratiam, in Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur.*

Vrbanus. Innoc. 3. Melchiad. Papa. D. Thom.

12. Ex Patribus multa ſunt, quæ pro hac catholica veritate adducuntur, quę ſuperfluum duxi recenſere, videri enim poſſunt latè apud Bellarm. loco ſupra citato, Thomam Boz. lib. 2. c. 3. de coniunctione ſpiritus per chriſma, Suar. 3. p. q. 72. ar 1. diſp. 32. Pro cæteris videri poteſt Pater Auguſt. lib. 15. de Trinit. c. 26. & tract. 6. in Ioan. & libr. 2. contra literas Petiliani c. 104. D Hieron. loco ſupra citato contra Luciferianos, D. Ambroſ. lib. 3. de Sacramentis c. 2. In eandem veritatem conſpirarunt ſemper Theologi omnes ſcholaſtici in 4. d. 7. & cum D. Thoma citata q. 72. artic. 1. Ratio, qua D. Thomas vtitur hoc loco, eſt, quoniam nō minus neceſſaria eſt baptizato abundantior gratia Spiritus Sancti, vt fidē conſtanter ſeruet, & confiteatur publicè, etiam cum iactura facultatum ſuarū, atq; adeò vitæ temporalis, quam ho-

Bellarm. Thom. Bozius. Suar. P. Aug. D. Hier. D. Ambr. D. Thomæ ratio.

Digitized by Google

mini ſecundùm corpus neceſſaria ſunt aliméta, vt creſcat, & confortetur ad humanas exercẽdas actiones. Cõfirmariq; poteſt exemplo, quo vſus eſt Melchiades Papa á D. Thoma citatus, ſicut enim ad Imperatorem ſpectat, non ſolùm ſignare militem, ſed etiam armis competẽtibus eum inſtruere, ita oportuit Chriſtum Dominum per baptiſmum nos adſcribere militiæ ſuæ, per cõfirmationẽ verò nos armare ad ſtrenuè dimicandum.

D. Thom. Exemplũ Melchiadis Papæ.

13. Sacramentum Confirmationis à Chriſto Domino inſtitutum. Conc. Trid. Conc. Mogunt. Conc. Sen.

Ex qua ratione iam ſecũda pars colligitur nimirum ſacramentum hoc fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutũ, quam catholicam veritatem ante Concilium Tridentin. vbi de fide id definitur, tradiderant iam Conciliũ Moguntinum cap. 17. ſupra citatum, & Concilium Senonenſ. in decretis morũ c. 38. vbi apertè dicit, vt ſuprà vidimus, ſacramentũ hoc fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum, & ab Apoſtolis receptum.

14. Ad 1. arg.

Ad primum argumentũ hæreticorum ex dictis patet reſponſio, cum & in veteri, & in nouo Teſtamento oſtenſum ſit huiuſmodi ſacramentum contineri, in veteri quidem ſub figura, in nouo autem ſub forma promiſſionis, vti diximus.

15. Ad 2. P. Aug.

Ad ſecundum reſpondet Pater Auguſt. lib. 3. de Baptiſmo c. 16. negando illationem dum dicit, *Neque enim temporalibus, & ſenſibilibus miraculis atteſtantibus per manus impoſitionem modo datur Spiritus Sanctus, ſicut anteà dabatur ad commendationem rudis fidei, & Eccleſiæ primordia dilatanda, quis enim nunc hoc expectat, vt ij, quibus manus ad accipiendum Spiritum Sanctum imponitur, repentè incipiant loqui linguis? ſed inuiſibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inſpirari*: quo nihil clarius dici potuit.

16. Ad 3.

Ad tertium ſimiliter patet ex dictis, quid ſit reſpondendum, iam enim oſtendimus diſtinctum effectum ſacramenti Confirmationis á baptiſmate, licet enim gratia gratum faciẽs, quæ per hoc ſacramentum confertur, nõ ſit alia ab ea, quæ datur in Baptiſmo: eſt enim augmẽtum illius, ſpecialis tamen gratia, quæ per hoc ſacramentum confertur confirmatis eſt robur ſpirituale

Diſtinctus effectus Cõfirmationis à baptiſmate.

cõtra fidei hoſtes, quod per baptiſmum non confertur. Imprimit etiam ſacramentũ iſtud à Baptiſmo characteré diſtinctum, qui eſt ſpiritualis poteſtas, ac robur ad profitẽdam publicè fidem, etiã inſtãte periculo facultatum, ac vitæ temporalis, & per hunc characterem fideles in fide iam fortes conſtituti diſtinguuntur ab ijs, qui ſunt in fide veluti modo geniti infantes. Vide D. Thomam citata q. 72. art. 5. & 7. & caput *Spiritus Sanctus*, de conſecrat. diſt. 5. & cap. *Dictum*, cum ſequentibus de conſecrat. eadem diſt. Videatur etiam Parens Auguſt. q. 50. in Geneſim, vbi eleganter expendit quare Abrahamus nõ in die natiuitatis Iſacchi, nec in die circunciſionis, ſed in die ablactationis conuiuium fecerit, dicens, *Quod niſi hæc ad aliquam ſpiritualem ſignificationem referantur nulla ſupererit quæſtionis ſolutio* : nam fidelis per baptiſmum comparatur ad huc infanti lactenti, ſicut Paulus primæ Corinth. 3. *Lac vobis potum dedi, non eſcã, non dum enim poteratis*, perhoc autem ſacramentum ſignificatur homo iam robuſtior in fide, & quaſi amotus à lacte, vnde apertè vtriuſque Sacramenti effectus inter ſe diſtinguuntur.

Diſtinctus character. D. Thom. P. Aug. Baptizati infantes in fide. 1. Cor. 3. Confirmati robuſtiores.

ARTICVLVS II.

Oleum eſſe eſſentialem materiam huius ſacramenti.

1. CHriſma, quod eſt materia huius ſacramenti neceſſario, & eſſentialiter debere eſſe ex oleo, & diuina oracula, & fatidici cecinere vates, quid enim aliud columba ad arcam Noe deferens ramum virentis oliuæ Geneſ. 8. niſi ſacramentum hoc deſignat? Nihil plane aliud, ſi credẽdum ſit Petro Damian. lib. 4. de fide cap. 10. Quid vnguentum ex oleo Cynamomo, mirrha, caſia, & calamo fieri præceptum Exodi 30. niſi Chriſma figurabat, ſi certum credas incertũ Authorem inter opera Cypriani in lib. de Chriſmate. Hoc plane fuit candelabrũ, quod vidit Iſaias cap. 4. inter duas oliuas, quale illud alterum, quod Deus interiori tabernaculo adeſſe iuſſerat, cuius lampades oleo nutrimentũ miniſtrante, nõ deficerent,

Geneſ. 8. Pet. Dam. Exod. 30. Cyprian aut alius eius nomine. Iſai. 4.

ſed

Digitized by Google

ſed continuò ſplenderent: mitto lapidem vnctum á Iacobo Geneſis 28. oleo deſuper effuſo, qui locus domus Dei dictus eſt. Prætereo oblationes omnes Leuitici. 2, quę vt Deo gratæ fierent aſpergebantur oleo. Satis bene pro hac re expendit Beda Chriſtum Dominum in mõtem oliuarum diſcipulos ante paſsionem adducentem, quaſi templa illa viua veri lapidis Chriſti inter oliuas ſignari, & confirmari oporteret, quod eleganter cecinit Chriſtianus Poeta Amænus his carminibus. *Geneſ. 28.* *Leuit. 2.* *Beda.* *Amænus.*

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum.
Ad Patrem rediјt ſignans veſtigia pacis.
Frondibus æternis perpinguis liquitur humor.
Qui probet infuſum terris de Chriſmate donum.

Et ſatis pulchrè Arator, *cælũ* (dixit) *petiturus oliuæ.* *Arator.*
Progreditur luſtrare nemus, quo germine ſacro
Luminis, & pacis locus eſt, vult inde reuerti
Vnde creaturã ſignata fronte micantem
Diuinus commendat odor, cum deſuper vnctos
Abluit interius Chriſti de nomine Chriſma.

Sic Pſal. 44. idem Dauid prędixit, dum ſub nomine olei Spiritus Sancti gratiam ſignificauit dicẽs, *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præconſortibus tuis.* vbi Hieronym. legit, *Oleo exultationis præ participibus.* Id eſt, vt Pater Auguſt. & D. Iſidor, *Aliter à cõſortibus tuis.* Fuit enim Chriſtus Dominus vnctus ipſa diuinitate, quæ eſt totius gratiæ fons. Plures expoſitiones huius verſus videre poteris apud Lorin. citato Pſalm. 44. verſi. 8. Significari autem hoc loco nomine olei Spiritus Sancti gratiam ſub viſibili vnguento, quo baptizatos vngit Eccleſia late probat Franc. Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 18. ſect. 2. illud tanquam de fide aſſerens ex Conciliorum, ac Patrum doctrina. Optatus ad hunc locũ expreſsè ſub nomine olei intelligit ſacrum Chriſmatis oleum deſignari: & eodẽ modo Cyprian. & Hilar. eundem locum interpretantur, ille de Vnctione Chriſmatis, hic verò in Pſalm. 32. Meritoque in materiam huius ſacramenti aſſumptum eſt oliuæ oleum, *2. Pſal. 44.* *D. Hieron.* *P. Aug. P. Iſidor.* *Lorin.* *Suar.* *Optatus.* *Cyprian. D. Hilar.*

quæ

Gellius lib. 9. cap. 7.

quæ cum ſemper vireat accommodè virentem ſemper SpiritusSancti gratiam, quę in confirmatis eſſe debet, adumbrare poteſt: *Qui enim confirmat nos vobiſcum, in Chriſtum, & qui vnxit nos Deus, qui, & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris*, inquit Paulus ſecundæ Corinth. 1.

2. Cor. 1.

3. In ſupra citatis Concilijs idem expreſsè habetur, dicitur enim in Florent. *Secundum Sacramentum eſt confirmatio, cuius materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ*, Idemque habetur in Concilio Meldenſi cap. 1. Tridentino loco ſupra citato. Vnde Pater Auguſt. per Chriſma ſimpliciter oliuarum oleum intelligit, nam ſerm. 47. de verbis Domini explicās illud Ioānis dicentis Chriſtum aſſendiſſe in montem Oliueti, inquit, *In montem fructuoſum, In montem vnguenti, In montem Chriſmatis.* Vbi enim decebat docere Chriſtum, niſi in monteOliueti, Chriſti enim nomen á Chriſmate ductū chriſma græcè latinè vnctio dicitur, ideò nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit, ſicut enim, qui paleſtram olim aggrediebātur, vt expeditiores eſſent luctatores oleo vngebantur, ita, vt expeditiores poſt Baptiſmū ad fidem propugnandam redderentur baptizati, voluit Chriſtus Dominus, vt oleo vngerentur, vnde Beda exponens verba illa Lucæ, *Et egreſſus ibat ſecundū conſuetudinem in montem Oliuarum*, inquit, *In montem Oliuarum diſcipulos educit, vt omnes in morte ſua baptizatos altiſsimoSācti ſpiritus Chriſmate confirmandos eſſe deſignet.* Vnde eleganter D. Paulin. armaturam, quam per hoc ſacramentum accipimus, his carminibus deſcripſit.

Conc. Florent.

Coc. Meld. Trident.

P. Aug.

Chriſti nomē à Chriſmate ductū, ſiue ab vnctione.

Beda

D. Paulin

Nos crucis inuictæ ſignum, & cōfeſſio munit
Armatique Deo mentem, nō quærimus arma
Corporis, & quanquam membris videamur inermes,
Arma tamen gerimus, quibus, & ſub pace ſerena
Contra incorporeos animi decernimus hoſtes:

Sicut enim Dionyſ. Areopag. & P. Auguſt. latè explicant, Chriſmate vngimur ad ſubeunda certamina ſpiritus aduerſus dæmones. Videatur Cyril. Hieroſol. catecheſ. 3. Myſtagogic. vbi varias figuras

Dionyſ. Areop. P. Aug.

Cyril. Hieroſol.

I tuit.

guras

guras, & locutiones adducit ex veteri teſtemento, in quibus ſub nomine olei Chriſmatis ſacramentũ adumbratum eſt.

4. Canoniſtæ quid de materia huius ſacraméti. Nullam tamen ſenſibilẽ materiam præter Epiſcopalem manuum impoſitionẽ eſſe de eſſentia huius ſacramenti videtur fuiſſe ſententia Canoniſtarum, ſi credẽdum ſit Marſil. in 4. q. 5. art. 1. cuius ſententiæ duplex poteſt aſsignari fundamentum. Primum tangit Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis p. 7. cap. 2. nimirum, quia Apoſtoli nulla vnquã materia vſi ſunt in huius ſacraméti adminiſtratione, niſi ſola manuũ impoſitione.

Marſil. *Hugo. Victor.*

5. Vnctio olei ex inſtitutione Eccleſię. Secundũ. Quoniam vnctio olei videtur inſtituta ab Eccleſia, nihil autem circa eſſentiam, ſacramentorum, aut addit, aut demit Eccleſia.

6. *Deuter.* 12 Additur tertiũ. Quoniã Deuter. 12. prohibentur Eccleſiæ filij gentes imitari, at qui gentilitius mos fuit ſępe vſitatus oleo vngi: ergo non debuit admitti hæc vnctio olei in Eccleſiæ ſacramento, tanquã aliquid de eius ſubſtantia, & eſſentia; & vidẽtur Bonauent. & Alenſ. fauere huic ſententiæ, quatenus aſſerũt, oleum non eſſe de illius eſſentia.

Bonau. Alenſ.

Verum neque hæc, nec ſimilia argumenta catholicã veritatem expugnant. Ad primum enim iam ex doctrina D. Dionyſ. cap. 4. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ relati à D. Tho. 3. p. q. 72. art. 2. reſponſũ eſt ſup. a. 1. n. 7. ibi enĩ Sãctus Doctor oſtẽdit Apoſtolos nõ ſemper vſos fuiſſe ſola manuum impoſitione in adminiſtratione huius ſacramenti, ſed etiã ſæpe vſos fuiſſe chriſmate, & vnctione. Imò veró, etiam ſi Apoſtoli vterẽtur ſola manuum impoſitione, non proinde Chriſma ex oleo deſineret eſſe materia eſſentialis huius ſacraméti, ſicut enim Chriſtus Dominus ob poteſtatẽ excellentię, quam habet ſupra ſacramenta, tãquam author, & inſtitutor eorum, Apoſtolis contulit rem huius ſacramenti, id eſt plenitudinem Spiritus Sancti, ſine ſacramento, ipſi enim ſpiritus primitias acceperunt Roman. 8. ita quoque ipſi ex eadẽ Chriſti Domini authoritate per ſolam manuũ impoſitionem ſacramentũ hoc exercere potuerunt: neque erat neceſſaria ſenſibilis

6. Ad primũ. *D. Dionyſ.* *D. Thom.* Argumentum ab Apoſtolorũ facto non concludit. *Ad Rom.* 8.

mate-

materia ſacramentalis, vbi ſenſibilia ſigna Spiritus Sancti diuinitùs præſtabantur, ſicut Actor. 11. legimus, loquente Petro cecidiſſe ſuper eos Spiritum Sanctum: quia vero adoleſcente iam Eccleſia latenter, & inuiſibiliter Spiritus Sanctus conferendus erat fidelibus, rectè oportuit ſub ſenſibili materia ſacramentali Confirmationis ſacramentum exerceri.

Act. 11.

7. *Ad 2.* Ad ſecundum patet etiã ſolutio ex articulo primo, num 13. vbi oſtendimus ſacramentũ hoc fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutũ. Maius dubium eſſe poteſt de tẽpore inſtitutionis, in quo omiſſis multis, quia nihil omnino certi definitum eſt ab Eccleſia. Dicendum eſt, Chriſtum hoc ſacramẽtum inſtituiſſe, antequam in cœlum conſcenderet, tum quia hæc videtur eſſe mens Concilij Tridentini citata ſeſsione ſeptima, canon. 1. vbi definit omnia ſacramenta legis gratiæ à Chriſto Domino fuiſſe inſtituta, vt optimè notauit Suar. 3. p. q. 72. articul. 1. tum etiam, quia oportuit Chriſtum Dominum, antequam in cœlum conſcenderet, Eccleſiã ſponſam ſuam ita inſtituiſſe, vt eam de omnibus, quæ ad eſſentiam, & ſubſtantiam pertinent fundamentorum legis nouæ non reliquiſſet deſtitutam, ſed rectè prouiſam; quis autem Catholicus ſeptem Eccleſiæ ſacramenta ſeptem eſſe columnas, ſeptemque legis nouæ fundamenta inficiabitur? Et inſuper, quia aliter, aut dicendum foret Chriſtum Dominum non extitiſſe immediatum huius ſacramenti authorem, aut è cœlis poſt aſcenſionem iterum ad terras ad illud inſtituendum deſcendiſſe, quod vtrumq; & extra veritatem, & ſuperuacaneum illicò apparet.

Quo tempore inſtitutum. *Cõc. Trid.* *Suar.* *Septem Eccleſiæ ſacramenta ſeptem columnæ ſunt.*

8. *Qua die inſtitutum.* Circa diem autem, & horam, qua illud ante aſcenſionem inſtituerit, nihil certum eſt, probabile iudicat idem F. Suarius inſtitutum fuiſſe in nocte cœnæ, tum ob congruentiam illius noctis, in qua ſæpè Chriſtus Dominus Spiritum Sanctũ fidelibus promiſit, tum quia id videntur docere Fabian. Papa epiſtola ſecunda, capite primo, Cyprianus in ſermone de vnctione Chriſ-

Suar. *Fabian. Papa.* *Cyprian.*

Chriſmatis in ſancta legis Euangelicæ ſacramenta non vſurpant, eo quod á gentibus vſitata fuiſſet, ſed quod diuinis oraculis tradita credatur, & ſemper perenni quadam Eccleſiæ conſuetudine ab ipſo Chriſto Authore ad nos vſque deriuata. Imò verò, vt quæſtione 8. oſtendimus, multa ex noſtræ fidei arcanis iam olim quaſi ſub ęnigmate ipſa quoque gentilitatis oracula prodiderunt, vel quia erat Eccleſia Chriſti ex gentibus congreganda, vel quia, vt inquiunt Iuſtin. Martyr, Clemens, Tertullian. & Euſeb. Cum dæmon ſuſpicaretur noſtros ritus ex oraculis, & figuris tales aliquos in poſterum futuros, illos imitari volebat, tum ad dignitatem immeritò vſurpandam, tum ad maiorem eorum pœnam, qui Euangelicæ legis prædicationem reſpuiſſent. De hoc vide Tertullianum de Præſcript. aduerſus hæreticos cap. 39. in fine, & initio ſequentis, vbi multa circa hoc eleganter adducit, vt oſtendat Diabolum ſemper in ſua idolatria veræ religionis ceremonias imitari.

Iuſt. Martyr. Clemens. Tertull. Euſeb.

11. Oportuit ergo pro materia Confirmationis ſacramẽti oleum cõſtitui, dum ſacramentum hoc ſub ea ratione inſtituebatur, vt confirmati fideles robuſtiores in fide redderentur, eamq; medijs in tempeſtatibus, & procellis conſtanter tuerentur, ſicut enim naturales ſcribũt, vt oleo deſuper effuſo mare tranquillatur, ob quam cauſam vrinantes oleum ſolent ore ſpargere, dum profundum petunt, quoniam mitigat naturam aſperam, lucemque deportat, vt inquit Baſil. homil. 2. in Hexameron. Ita quoque Confirmationis oleum, ſi quid pro veræ fidei profeſsione in bonorum, aut etiam temporalis vitæ iactura aſperum, & difficile apparet, id totum lene, ac dulce reddit. Mirabile eſt illud, quod in huius rei confirmationem citant Petrus Damian. de Natiuitate Domini in principio, Oroſius lib. 6. cap. 18. Eutropius lib. 7. Fulgoſus libr. 1. de prodigijs, & complures alij, oleum nimirum, naſcente Chriſto Domino, Romæ tota die emanaſſe, cũ tamen antea, ſi Plinio credendum ſit, alijſque Antiquioribus per multos annos

Plin. lib. 2 cap. 103. Simile. D. Baſil. Pet. Dam. Oroſius. Eutropius. Fulgoſus. Plinius.

ante Chriſti natiuitatem oliuę nuſquam prope Romam repertæ ſint.

ARTICVLVS III.

Balſamum eſſe quoque eſſentialē materiam huius ſacramenti.

1. MAIOR dubitatio eſt, an de eſſentia ſacramenti Confirmationis ſit mixtio balſami cum oleo; eſt enim in hac quæſtione controuerſia cum Catholicis, nam Caietan. 3. p. q.72. art.2. exiſtimat balſamum non eſſe de neceſſitate ſacraméti, neque ex Chriſti inſtitutione oleo admiſceri, ſed ex Eccleſiaſtico pręcepto, quod, vt ille credit, tempore Apoſtolorum fuit in vſu, Caietanum ſequuntur aliqui recentiores, inter quos eſt Victoria in Sum. agens de hoc ſacramento numero 41. Nauar. cap. 22. numer.8. Sotus verò, quanquã exiſtimet balſami mixtionem non eſſe de neceſsitate ſacramenti, credit tamē eſſe ex inſtitutione Chriſti adhibendum, ſaltem, vbi cōmodè ſeruari poſſet.

Caiet. *Victoria.* *Nauar.* *Sotus.*

2. Pro hac verò ſententia, quaten⁹ aſſerit balſami mixtionem non eſſe de neceſsitate huius ſacramenti, hæc adducuntur fundamenta. Primò, quoniam Summus Pontifex Innocentius III. in capite 1. de Sacramentis non iterandis conſultus, an Confirmatio eſſet iteranda in eo, qui per errorem non Chriſmate, ſed oleo fuerat delibutus? Reſpōdit, *Non eſſe iterandum, ſed cautè ſupplendū, quod incautè fuerat prætermiſſum.* Vnde ſic conficiunt argumentum, id quod prætermiſſum fuit, ſi eſſet de eſſentia ſacramenti, neceſſariò ſacramentū redderetur nullum, proindeq; iterandum; ergo à contrario, ſi ſacramētum ſine eo, ex deciſione Pōtificis, non redditur nullum, nec eſt iterādum, abſque eo, quod prætermiſſum fuit, ꝑculdubio non eſt de eius eſſentia id, quod per errorem defuit in receptione ſacramenti: in caſu autem poſito ſola balſami mixtio defuit: ergo ea non eſt de eſſentia huius ſacramenti.

Innoc. 3. *1. argum.*

Secundò, quoniam, vt D.Tho. obijcit citata quæſt. art.2. ſacramentorū materiæ debent eſſe faciles, & quæ fidelibus prę ſto adſint, ſicq; 3.

2. argum. D.Thom.

Digitized by Google

ſimplex aqua naturalis eſt materia baptiſmi: ergo cum balſamũ multis in orbis partibus non reperiatur, & in alijs difficilè, videtur non ſatis conſultũ huius ſacramẽti vſui, ſi pro illius materia requiratur res adeó inuentu difficilis.

4. Tertium. *Paul. III.* Tertiò referunt pro hac ſentẽtia Paulum tertium ab Epiſcopo quodã cõſultum, an poſſet cum liquore quodam balſamo ſimili, qui tamen verum balſamum non videbatur, hoc ſacramentum exercere, illudque conferre baptizatis, eo quod in ea regione difficilè verum balſamum reperiretur? dicuntque Summũ Pontificem cum eo diſpenſaſſe, vt tali liquore pro vero balſamo vteretur, quod tamen Summus Pontifex neutiquam præſtaret, ſi balſamum eſſet de eſſentia materiæ huius ſacramenti, neque enim cum ea incertitudine de veritate balſami permitteret Sum. Pontif. ſacramentum conferri.

5. Quartum. Quartò addunt complures ex Patribus, qui nomine Chriſmatis ſolum oleum videntur intelligere, Chriſma enim attenta nominis ethymologia vnctionem ſignificat quocunq; vnguento illa fiat, vt videri poteſt apud P. Auguſtinum tract. 33. in Ioannem, & complures alios, quos apud authores citatos videre poteris. *P. Aug.*

6. Vera ſententia. His tamen non obſtantibus, vera ſententia eſt balſami mixtionem eſſe de eſſentia huius ſacramenti. Quam cõcluſionem antequã probemus, ſciendum eſt primò ex Plinio lib. 12. c. 25. balſamum, quod omnibus odoribus præfertur, vni terræ Iudææ conceſſum, quõdamq; in duobus tantum hortis, & vtroque regio in paruaque adhuc quantitate, oririque è fructice inſtar myrti aliquãtulum altiori, qui cultro oſſeo, vitreo, aut lapideo, non autem ferreo inciditur, ne quàm citiſsimè areſcat, neq; intus, ſed corticẽ tenus apẽriẽte vulnere, neque quamlibet verſus partem, ſed ad Solis aſpectum incidi, humor autem ſpiſſeus, ac lacteus, qui poſteá flaueſcit, & ab huiuſmodi vulnere profluit, balſamum eſt. Vnde ſi hæc naturæ arcana liceat diuinis conferri, non ſine myſterio balſamũ tunc temporis ſoli Iudææ datum contemplabimur. *Plinius.* *Quondam rarum balſamum.*

7. Poſt ortũ Chriſti alijs partibus repertum. Secundò illud etiam animaduertendum eſt, quòd licet ante ortum Chriſti ſoli Iudææ balſamũ dicatur cognitum; quoniam in Iudæa notus erat Deus, & in Iſrael magnum nomen eius; vnde Pompeius ob Iudæam à ſe primò Romanæ ditioni adiectam, arborem balſami duxit in triumphum, imò, & Veſpaſianus Imperator, qui Hieroſolymam diruit, eius arbuſculam ſimiliter Romã detulit; non enim Chriſtus erat promiſſus, niſi ad oues, quæ perierant de domo Iſrael: tamen poſt Chriſti ortum, quia Eccleſia erat ex gentibus congreganda, omneſq; pariter, ex remotiſsimis etiã orbis partibus erãt ad nuptias inuitandi, balſamũ quoq; (quod Ioſephus lib. 4. de Antiquitat. cap. 6. tradit in Iudæa propagatum à radice quadam, quã regina Sabbà dono attulit Salomoni) cœpit in cæteras orbis partes dilatari, ſic vtrũq; apud Latinum Poetam deſcriptum reperitur: dixerat enim

Ioſephus.

Virgil. 2. Georg.

Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum
Fert Hebanum, ſolis eſt thurea virga Sabæis,
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſama?

At verò balſami poſt ortũ Chriſti per totum orbẽ futuram propagationem fatidici Sibillæ verſus cecinere:

Occidet, & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet, Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

Colliges tertiò ex dictis, quam latè errent illi, qui, vt balſamum negent, eſſe de eſſentia materiæ huius ſacramenti, dicunt, deuaſtata Iudæa, balſamum penitus extinctum fuiſſe: voluit enim Chriſtus Dominus balſamũ diffundi eius ortu latè, ſicut & latè diffundi oportebat hoc ſacramentum. 8. Error aliquorũ circa balſamũ Quocirca illud vltimò adijciam, cui fidem facit Burchard. natione Germanus, qui fuit annos ante tercentos viginti quinque: commoratus enim diu in Ægypto ortum vidit balſami, dicitq; balſami fruticẽ nullum ex ſe fructum edere, niſi irrigetur fonte vicino, in quo ſanctiſsima Virgo ſæpè filium IESVM lauit, ipſoſq; Sarracenos ſæpè iam expertos eſſe fruſtra alijs fõtibus irrigari.

Burchard. Germanus

Mirabile

Vltimò

9. Thomas Bozius reijcitur.

Vltimò aduertes nō benè Thomam Bozium lib.2. de coniunctione ſpiritus per Chriſma c.7. aſſeruiſſe nunquam in ſacra Scriptura balſami factam reperiri mentionem, niſi à Ieſu filio Sirach. in Eccleſiaſtico: nam nomē, *pannag.* pro quo noſtra vulgata vertit, *balſamum*, cui Sāctes Pagninus ex Ioſepho citato in eadem radice conſonat, habetur etiam apud Ezechielem cap. 27. *Iuda, & terra Iſrael ipſi, inſtitores tui in frumento primo balſamum, & mel, & oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis*, pro balſamo autem habet verſio hebræa ex Pagnino, & noua ex Vattablo idem hebræum nomen, *pannag.*

Sanctes Pagninus. *Ioſephus. Ezechiel.*

10. Vera cōcl.

His poſitis, mixtionē balſami eſſe neceſſariam ad cōfirmationis ſacramentū, tāquam partem eſſentialē materię, videtur probari ex Cōcilio 2. Bracharenſ. cap. 6, & ex Concilio Coloniēſ. quod agēs de hoc ſacramento expreſsè aſſerit non ſufficere ſolius olei vnctionem. Accedit etiam Concil. Florent. dicens, *Secundum ſacramentū eſt confirmatio, cuius materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedicto.* Quæ verba multum ponderis augent pro hac ſententia, etiā ſi illam non cōſtituant de fide, vt aduertit Bellarm. lib. 2. de Sacramento Confirmationis capit. 8. & 9. *Bellarm.*

Conc. 2. Cōc. Brac. Colonienſ. Florent.

11. Oſtēditur ſecūdò ex ipſa Chriſti inſtitutione, neque enim aliunde melius, ea, quę de neceſsitate materię ſacramentorū ſunt, colligere poſſumus, quam ex ipſa Chriſti inſtitutione, iam verò Chriſtum Dominum Sacramentum hoc inſtituiſſe ſub olei, & balſami materia ijsdem ferè teſtimonijs comprobatur, quibus ſuprà oſtēdimus Chriſtum immediatum illius Authorem extitiſſe, inter quos eſt Dionyſ. 4. de Eccleſiaſt. Hierarch. p. 3. vbi āgēs de vnctione huius ſacramēti inquit, *Vnguenti, quæ perficiendi vim habet perfuſio, eum, qui initiatus eſt ſuauitate odoris flagrantem facit.* Quæ verba non poſſunt commodè explicari de ſuauitate odoris emiſsi ab oleo, ſed á balſamo: idem docuit Cyprian. loco ſuprá citato de vnctione Chriſmatis, vbi id oſtendit ex myſtica olei, & balſami *Dionyſ.*

Digitized by Google

Oleum ſacerdotale decus.

ſignificatione, vt enim per oleum ſacerdotale decus deſignatur, ita quoque per balſamum regale exprimitur: & ſicut ſacerdotes ſemper vngi conſueuerunt, ita, & Reges. Ad illa verba Pſal.

Pſal. 44.

44. *Dilexiſti iuſtitiam propterea vnxit te Deus*. Quæ de Chriſto á Patribus communiter explicantur Ambroſ. Hilar.

D. Ambro. Hilar. Vigil. Cyril.

Vigil. Cyril. & alijs, dicitur, *Chriſtus vnctus ſecundum humanitatem, vt eſſet Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Sed tamen vnctus abſque alicuius rei interuentu, nos verò à Chriſto Chriſtiani Chriſmatis adminiſtratione, vnde, & ille vnctus eſt præ conſortibus, id eſt ante conſortes, qui nos ſumus*. Quod autẽ regalis dignitas etiam in balſamo adumbretur paſsim traditur, regalẽ enim Chriſmatis vnctionem dixit Simeon Epiſcopus Theſſalonicenſ.

Simeon Epiſcopus. Tertull.

quod eleganter ediſſerit Tertul. libro aduerſus Iudæos capit. 13. expendens quomodo regale Chriſma captiuitatis tempore confici non liceret, de quo etiam videri poteſt in lib. de Baptiſmo cap. 6. Pulchre pro hac

Prudent.

re Prudentius in Apoth. aduerſus Iudæos expendit Iulianum Imperatorem coram Chriſtiano ſacro Chriſmate delibuto falſis Dijs ſacra miniſtrantem, ſacerdotemque, & turbatum, & quaſi ad diuini ſacramenti flagrantem collapſum dicens.

Balſamum regale decus.

Neſcio quis certé ſubrepſit Chriſticolarum.
Huc iuuenum, tremit hoc hominũ genus infula, & omne
Puluinar diuum, lotus procul abſit, & vnctus.

12. Eſt ergo balſamum regale ſignum, regaleque Chriſtianæ gentis vexillum. Accedit D. Gregor. ad illa verba Cantic. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi*, vbi inquit, in Engaddi balſamum gignitur, quod cũ oleo, & Põtificali benedictione Chriſma conficitur, quo dona Sancti Spiritus exprimuntur, quaſi dicat ſponſa, tunc ſponſus ſiue fidelis cõmorabitur, & cõfirmabitur inter vbera mea, cum fuerit vnctus balſamo, nomẽ enim hebræum *Kopher*, pro balſamo accipit Genebrardus, amantis enim cor Deum reſpiciens, ſolemque iuſtitiæ Chriſtum intuens, dum inter vbera ſponſi commoratur, quaſi balſamum aromatizans odorem ex ſe emittit flagrantiſsimum, ſunt enim

D. Gregor. Cant. 1.

Genebrard.

fideles

Digitized by Google

2.Cor.2. fideles ex Paul.2. Corinth. 2.Chriſti bonus odor, dum maſcula quædam virtus ſub huius ſacramenti flagrantia per balſamum illis communicatur, qua iam nō amplius pueri, ſed ætate, ac fortitudine viri efficiantur.

13. Ad argum. oppoſita. Nec argumenta oppoſita tantum habent roboris, vt ea facilè non excludantur, Ad primum ergo multi variè reſpondent, nam Palud. Durand. & Adrian. exiſtimant Pontificem non negare in eo caſu conferendum eſſe ſacramentum Cōfirmationis, ſed negare eſſe iterādum, quod enim á principio nullum fuit, perinde eſt, ac ſi non eſſet, vnde cū poſtea confertur, non iteratur, ſed primò datur, vnde idem Innocent. in cap. vnico de ſacra vnctione dicit Chriſma ex Eccleſiæ vſu ſignificare vnguentum, quod ex oleo fit, & balſamo, myxtica ratione; neque obſtant verba Pontificis dum dicit, *Caute ſupplendum, quod incaute fuerat prætermiſſum*. Solum enim colligi poteſt ex citatis verbis Pontificē excuſare á ceremonijs, & ſolennitatibus, cum quibus prior vnctio ſine balſamo collata fuerat.

Palud. Durand. Adrian.

Quæ ſolutio, & explicatio prædicti capitis ſatis eſt expedita.

Ad ſecundum reſpondet D. Thomas in ſolutione ad quartum, diuerſam rationē eſſe in Baptiſmo, & in ſacramento Confirmationis, nā cum Baptiſmus ſit de neceſſitate ſalutis, oportuit eius materiam faciliùs vbiq; reperiri, at verò ad materiam ſacramenti Cōfirmationis, quod non eſt de neceſsitate ſalutis, ſatis eſt, quod balſamum ex alijs partibus adduci queat. Adde ex ijs, quæ ſupradiximus, balſamū non difficilè adeò ad quamlibet Orbis partem adſportari. 14. D. Thomæ. Solutio.

Ad exemplum, quod referunt ex Paulo 3. & refertur etiam ex Pio 4. dicendū eſt nullam in eo caſu interceſſiſſe Pontificis diſpenſationem, neque enim in ijs, quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, & à Chriſto Domino inſtituta, intelligendum eſt Pontificem diſpenſare, ſed tantū declaraſſe liquorem illū, qui erat balſamum Indicū, eſſe ſufficientem materiam illius ſacramenti, cū tamen antea ſolum balſamum Syriacum eſſet in vſu, vnde recte Epiſcopus in hoc dubio 15. Paul. 3. explicatur. Declarauit Pontifex, non diſpēſauit.

Summum

Summum Pontificem conſuluit, ad quem ſolum ſimilia dubia decidere ſpectabat, recteque Summus Pontifex reſpondit declarando illum prędicto Indico balſamo potuiſſe vti.

16. Obiectio. Neque obſtat ſi dicas, ergo ſimiliter poterit in materia huius ſacramenti admitti oleum, quod non ſit oliuæ, quale eſt oleum ex nucibus confectum, aut quale miraculoſe in Myrea vrbe ex marmore tumuli Beati Nicolai emanaſſe legitur. Solutio. Reſpondetur tamen negando illationem, namq; oleum ſimpliciter ſupponit pro oleo oliuæ, præter quam quod ex iiſdem locis, quibus oleū eſſe materiā huius ſacramenti oſtēdim', colligatur illud debere eſſe oleū oliuæ, ſicq; Exod. 30. Exodi 30. iā in figura, & vmbra in compoſitionem ſuauiſsimi thymiamatis oleum præci piebatur admiſceri de oliuetis.

17. Patres nomine Chriſmatis balſamū etiā intelligūt. Ad vltimum, quod ſumitur ex Patribus, ex dictis patet, quæ nam fuerit eorum mēs, cū ſępe nomine Chriſmatis, & cōmuniter intelligant compoſitū illud mixtum ex oleo, & balſamo, in quo cum maior pars ſit olei, minima veró balſami, nihil mirum, ſi aliquando totum Chriſma oleum dicant, vnde contra veram ſententiam nullum de ſumi poteſt argumentum, ſicut etiam ex eo, quod ſæpe materiam huius ſacramēti dicant ſuauiſsimū vnguentum, non rectè colliges ſolum balſamum eſſe materiam ipſius, etiam ſi ea locutio in balſamum, & nō in oleum quadret.

18. D. Paulin. Vtriuſque autem ligaturam, ac veluti armaturā fideliū, eſſe præſulis benedictionē eleganter D. Paulin. cecinit loco ſupra citato, quid enim aliud gerit Epiſcopus, dū perſonam Chriſti ſuſtinens manū in altum attollit, non modo, vt capiti imponat, quaſi, ſic illud armet, atque tueatur, galeam illi ſalutis imponens, vt poſſit ſtare aduerſus inſidias diaboli ad Epheſ. 6. ſed vt. Ad Eph. 5. 6

Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula, per quæ
Vnguentum regale datum eſt, &
Chriſma perenne.

Enſem ſtringat, & validiſsimo ictu verbi Dei hoſtes vulneratos proſternat, dum populum Dei eligit ſub hoc ſigno, & Chriſti militiæ ſub hoc vexillo adſcribit, per 19

hoc

hoc enim ſacramẽtũ illũ ab ephebis educit, & adoleſcere, confirmari, roborarique intendit, quod forſan prædictum eſt ab Iſaia 49. In perſona Dei dicente. *Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum* : circa quod videatur D. Thomas communiter receptus quæſt. 72. ar. 3. vbi oſtenditur de neceſsitate ſacramenti eſſe, vt ſanctum Chriſma ſit prius ab Epiſcopo benedictũ, quod ſatis expreſsit Concil. Florentin. ſupra citatũ, & Bracharenſ. 2. capit. 4. vbi vocat balſamum benedictum, & ſæpe in Concilio Laodiceno Can. 8. Tridentin. ſeſſ. 3. Can. 2. Chriſma ſanctum, ſacratiſsimum, & cæleſte vocatur, & in Syncdo Romana ſub Syluestro cap, 3. & Carthaginenſ. 2. capit. 3. & Carthaginenſ. 3. cap. 36. in Toletano primo cap. 20. & Hiſpalenſ. 2. capit. 7. prohibetur, ne ſanctum Chriſma ab alio; quam ab Epiſcopo conficiatur, circa quod latius vide Authores ſupracitatos, neque enim in his latius immorari licet, vocat enim nos iam poſtrema noſtri libelli pars breuiter etiam agitanda.

Iſai. 49. *D. Thom.* *Florent.* *Conc. Bracharenſ.* *Laodic.* *Trident.* *Synodo. R.* *Carthag.* *Hiſpal.*

QVÆSTIO

***

QVÆSTIO DECIMA POSITIVA.

AN AVGVSTINI PARENTIS ſententia circa ſex dies orbis conditi à Moyſe enumeratos tenenda ſit.

TVM inter Scholaſticos, tũ inter Scripturæ ſacræ interpretes celebris eſt difficultas de ſex iſtis diebus, qui à Moyſe initio Geneſ. numerantur, an ſcilicet veri dies naturales ſucceſsiui, & inter ſe diſtincti, ſeu potius vnus, & idem dies repetitus ad diuerſa opera, & diuerſas rerum productiones, aut ſolum ſint dicti dies per tropum, & metaphoram? vnde hæc quæſtio ſub alio etiam titulo excitatur, an ſcilicet Deus creauerit omnia ſimul in momento temporis, & ſolum per tropum aliquem referantur á Moyſe creata in ſex numeratis diebus? In qua difficultate Auguſtinus citatus à D. Thom. 1. p. q. 74. artic. 2. §. *Reſpondeo*, 4. ſuper Geneſ. ad lit. c. 22. & ſequentibus, & 11. de Ciuitate Dei cap. 9. & ad Horoſ. cap. 26. & alijs in locis præſertim lib. 5. ſuper Geneſ. á capit. 1. cum ſequentibus, exiſtimat omnia fuiſſe condita à Deo in eodem die temporis noſtri, imò in eodem momento temporis, ita vt Deus vnico temporis momento creauerit Angelos omnes, & vniuerſos cælos, & quatuor elementa, & omnia iſta in ea pulchritudine entitatiua, quam habent, Moyſen autē loquutum fuiſſe per tropũ, ita vt nomine diei intelligatur Angelorũ cognitio, quæ quia duplex eſt matutina ſcilicet, & veſpertina, ſicut ex veſpere, & mane fit dies vnus naturalis, ita ex rebus ab Angelo cognitis cognitione matutina, & veſpertina

P. Aug. D. Thom.

Moyſes per tropum loquutus.

cog-

Quid matutina cognitio? cognitione reſultat dies iſte metaphoricus (cognitio matutina illa eſt, quam Angeli habent in Verbo, & qua videndo Verbum, vident in eo res repræſentatas. Quid veſpertina? Cognitio autem veſpertina (quæ non eſt adeò perfecta, ſicut matutina) eſt illa, qua Angeli vident res per ſpecies ipſis à Deo inditas, diciturq; cognitio in proprio genere; Moyſes ergo, inquit Auguſtinus, cum per ſex dies deſcribit vniuerſi creationem attendit ad ſex perfectiones rerum, quæ creatæ ſunt à Deo, & quæ duplici hac cognitione matutina ſcilicet, & veſpertina cognitæ ſunt ab Angelis, & iuxta hunc ſenſum per tropũ deſcribit, & diſtinguit ſex enumeratos dies.

2. Hanc Auguſtini ſententiam in re ipſa, quanuis modum illam explicandi non ſequantur, tenent omnes illi, qui quoquo modo aſſeuerant vniuerſum fuiſſe ſimul, & non ſucceſsiuè conditum, imò, & illi, qui ſex dies naturales in mundi creatione quouis modo negant, quorum fundamenta ſimul referemus, Caietanus ergo ad primum caput Geneſ. exiſtimat illos dies in ſe fuiſſe veros dies naturales, non tamen in ijs ſucceſsiuè Deum creaſſe omnia, ſed in momento temporis non ſolùm corpora ſimplicia, ſicut dicit Auguſt. ſed etiam mixta actu fuiſſe creata in eodem momento temporis: explicat veró Caiet. ſex aſsignatos dies ſic: quoniam, ſicut dies naturales conſequẽter ſe habent, ſic in mundo ſenſibili pariter contemplamur ſex perfectiones conſequẽter ſe habentes, ita vt, ſi Deus ſucceſsione temporis res creaſſet, non alio ordine creaſſet ſex perfectiones aſsignatas, quam eo, quo prædictis ſex diebus á Moyſe creatæ referuntur, quas, vt rudis populus intelligeret, & illarum conſequentiam Moyſes per ſex dies digeſtas propoſuit loquens de Deo ſummo artifice, ac ſi loqueretur de creato artifice, qui indigeret ſex diebus ad producendum tales perfectiones: & inſuper Moyſen dicit ſic loquutum, vt per talem metaphoram inſtitueret populum fidelem, vt ſex diebus operaretur, & ſeptima quieti, & cultui diuino vacaret.

Caiet.

Mixta etiã ſimul creata.

3. Pro eadem ſententia, quatenus docet omnia fuiſſe ſimul creata in momento tẽporis referri poteſt Canus in Commentarijs manuſcriptis ad citatum locum primæ partis, qui à Caietano diſcedit, dicens mixta in eodem die fuiſſe producta, nõ tamen in eodem momento temporis, atque ſimplicia, cũ ex ſimplicibus conſtent; credit tamen Canus ſex illos dies veros fuiſſe, & naturales, attamen in primo fuiſſe omnia creata modo ſupradicto, Moyſen autem vſurpaſſe loquutionem abſolutam pro conditionata, quaſi diceret, ſi Deus mundum ſucceſsiuè, & in diſtinctis diebus condidiſſet, non aliter condidiſſet, quam aſsignato modo, & ſpatio ſex dierum.

Canus, in quo a Caietano diſcedat.

Loquutio abſolota pro conditionata.

4. Omnes hi conueniunt cũ Auguſtino, quatenus aſſerit mundum, Angelos ſcilicet cœlos, & elementa fuiſſe in momento temporis creata, differunt verò in modo explicandi ſex aſsignatos dies, differt etiam Caiet. in effectione mixtilium. Probatur tamen mundum fuiſſe conditum ſimul, & in momento, primò, quia Geneſ.2. dicitur, *iſtæ ſunt generationes cœli, & terræ, in die, quo creauit Dominus cœlum, & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra*, ſed cœlum, & terram fecit prima die, aut ante illã, & virgultum agri die tertia: ergo idem dies primus eſt, & dies tertius, & ſic de alijs, & idem de partibus eiuſdem diei colliges. Secundò Eccleſiaſtici 18. dicitur, qui viuit in æternũ creauit omnia ſimul, ſed hoc non eſſet, ſi ſex eſsẽt dies creationis mũdi: ergo, &c. Tertiò, quoniã in cap. *Firmiter*, dicitur, *quod Deus ſua omnipotenti virtute ab initio temporis ſimul vtramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem*. Ergo ſatis innuit eodem temporis puncto omnia ſimul fuiſſe condita. Quartò ratione ſic. Primò, quoniam in operibus crationis nihil admittẽdum eſt, aut abſurdum, aut otioſum: ergo non, eſt cur admittatur hæc ſucceſsio ſex dierum in rerum creatione, antecedens eſt certum, conſecutio indè valet, quoniam non eſt negandum Deũ potuiſſe omnia ſimul producere, imò ſic magis commendaretur diuina omnipotentia. Deinde, quoniã vnum-

1. argum. Geneſ. 2. 2. argum. Eccleſ. 18. 3. argum. 4. argum. Et 1. Ratio 5. argum.

vnumquodque opus, quod á Moyſe deſcribitur factum in vna die, fecit Deus non ſucceſſu temporis, ſed in momēto: ergo omnia ſimul intelligem' producta in eodem momēto, alioquin per totam illam diem vſque ad ſequentē quieuiſſet ab opere, & otioſus maneret, ſiquidem nihil aliud in eadem die operandũ reſtabat. Tandem, quoniam primis diebus, qui aſsignantur á Moyſe non erat creata lux Solis: ergo neque illi erant veri dies naturales: antecedens conſtat ex eodem cap. Geneſ. Conſequentia inde valet, quoniam dies naturalis cōſtat motu ſolis ab Oriente in Occidens ad motum primi mobilis, neque eſt intelligibilis nubes illa lucida, ſeu informis lux, quam aliqui dicunt primis illis diebus ante Solis creationem extitiſſe. His, & alijs rationibus ſtabilitur hæc pars, quod attinet ad ſimultaneã rerum creationem.

5. Oppoſitã præcedenti ſētentiæ tenuerunt communiter antiquiores Patres Græci, & Latini Baſil. Dionyſ. Chryſoſt. Hieron. & Greg. & cæteri ferè interpretes ad primum cap. Geneſ. qui latiùs videri poſſunt apud Perer. lib. 1. Commentar. in Geneſ. Cornel á Lapide ad idē primũ caput, Molin. de opere ſex dierum, Rip. Cumel. & Banh. cũ D. Thom. loco primę partis citatos, & alios ſcholaſticos cũ Magiſtro in 2. d. 12. & 13. & cum Bonauent. ibidem. Præcipuũ huius ſententię fundamentum deſumũt ex eo, quia in ſimplici hiſtorica narratione, qualem Moyſes obſeruat in referenda prima rerum conditione, ſine euidenti neceſsitate non eſt recurrendum ad metaphoras; vnde cũ Moyſes apertiſsimè ſtatuat primam, ſecundam, & ſequentes dies, & nulla neceſsitas cogat (vt patebit in diſſoluendis rationibus oppoſitis) ad recurrendum ad metaphoricos ſenſus, proculdubio Moyſes intelligetur de veris diebus naturalibus. Secundum fundamentum nō minus efficax deſumunt ex capite 20. & 31. Exod. vbi Moyſes populo Iſraelitico præcepit, vt ſex diebus operentur, ſeptima die verò ceſſent ab opere, ſanctaque illis ſit, & in veneratione, reddenſq; rationem, addit, *quia*

Marginalia: 3. argum. — *Baſil. Dionyſ. Chryſoſt. Hier. Greg.* — *Cornel. Molin. Rip. Cumel. Banhes. Magiſt. Bonau.* — 1. Fundam. — Secundum — *Exod. 20. & 31.*

Deus ſex diebus fecit cœlum, & terram, ſeptima verò die ceſſauit ab omni opere, quod patrarat: quæ ratio, & perſuaſio Moyſis nulla eſſet, ſi omnia creata fuiſſent ſimul in eodem momento, & ſex dies aſsignati metaphorici eſſent. Nec tam facilè aſsignaretur in hoc dicendi modo, qualis nam eſſet ſeptima dies ſanctificata Domino, cũ enim prima creationis dies ſit dies Dominica, & Deus dicatur quieuiſſe ab opere die ſabbathi, proculdubio in rerũ creatione interfuere dies ſex. Tandem multò obſcurius inſtrueret Moyſes populum Iſraeliticum, ſi metaphoricè loqueretur, & non ſimplici hiſtorica narratione. Adde etiam, quia cæteris Eccleſiæ Patribus, & Doctoribus nõ videtur præferendus vnus Auguſt.

2. Ratio.

3. Ratio.

Vltima.

6. Hæc ſunt præcipua fundamenta, quibus ducti nonnulli recentiores acrius, quã par eſt, inſurgunt in præcedentem ſententiam, quę ſuo ſe authore ſatis tuebatur, vt modeſtius loquerentur, inter quos meritò reprehendendus eſt Molin. diſp. 1. de opere ſex dierum, §. *Poſtremò*, quia adeò liberè loquutus eſt contra Auguſt. vt nec veritus, nec reueritus ſit dicere præcedentem Auguſtini expoſitionem eſſe inexcogitabilem, imperſuaſibilem, & hæreticis occaſionẽ ludibrij, quam fortè hæretici faciliùs contra Eccleſiam ex multis ſuæ doctrinę locis nanciſcuntur: neque enim talis eſt Auguſtini ſententia, quam viri doctiſsimi non laudent, & multi tueantur, inter quos videri debet D. Thomas citato loco primæ partis, qui cum ingenuè fateatur Auguſtinum in hoc ab alijs Patribus diſcedere, ipſe tamen, & ratione, & authoritate tanti Patris cõuictus, non eſt auſus dictam expoſitionem impugnare, pro qua illud ſaltem liberos impugnatores manere poſſet, quod ipſe Auguſtinus 12. Confeſſ. ait cap. 25. *Illud autem, quod contendunt non hoc ſenſiſſe Moyſen, quod ego dico, ſed quod ipſi dicunt, nolo, non amo, quia etſi, ita eſt; iſta temeritas non ſcientia, ſed audaciæ eſt, nec viſus, ſed tiphus eam peperit.* Videri etiam poteſt Picus Mirãdulanus in Apolog. ſacrarum quæſtionum, vbi hanc expoſitionem Patris Auguſtini magni faci-

Merito arguitur Molina.

D. Thom.

P. Aug.

Picus Mirand.

Digitized by Google

endam dicit propter eximium Doctorem omnium Eccleſiarum lumen, eandem laudat, & probat Iunilus Affric. ad initium Geneſ. D. Iſidor. lib. 1. de Summa bonitate cap. 8. & Caſsiodor. lib. diuinarum inſtitutionũ cap. 22. Xiſtus Senenſ. 4. Bibliot. Sanctæ, vbi dicit nihil, neque ante, neque poſt Auguſtini tempora, proditurum ſublimius, aut eruditius hac expoſitione Auguſtini in hæc tria capita Geneſ. Mitto Recentiores Scholaſticos aliquos modeſtius de ea ſcribentes.

Iunil. African. D. Iſidor. Caſsiodo. Xiſtus Senenſ.

7. Antequam vtriuſq; ſententiæ fundamenta diſſoluamus notanda ſunt nonnulla primo ex eodem Auguſtin. in libr. de Geneſ. ad lit. imperfecto cap. 1. vbi dicit, *Quod in iſtis rebus obſcuris, & ſupernaturalibus, quas credimus eſſe factas ab Omnipotente artifice Deo potius debemus dubitando, & inueſtigando quærere, quam affirmando, & definiendo diſſerere, quoniam temeritas aſſerendi dubiæ, incertæque opinionis difficilè ſacrilegij crimen euitat*. Vnde neutra ita mordicus defendenda eſt, vt alteri non relinquatur locus.

P. Aug.

Secundo ex eodem Auguſtino 3. de doctrina Chriſtiana cap. 5. & 10. ſciendũ eſt, quod quando in hiſtoria Sacræ Scripturæ reperitur aliquid, quod videatur abſurdum, aut bonis moribus, fidei vè obſeruationi contrarium, tunc á gramatico ſenſu ad metaphoricũ recurrendum eſt. Colliges tertio loco, nullam ex præcedentibus ſententijs eſſe ita certam, vt ſit habenda de fide, quod primò patet ex diuerſitate opinantium, & explicationum creationis rerum, ſed liberum vnicuique manet, vt vnuſquiſque ſuo abundet ſenſu: vnde non bene Pererius libro primo in Geneſ. verſicul. quarto, 5. & ſexto, §. Verumtamen dicit certæ, & indubitatæ veritatis eſſe ſentẽtiam, quæ aſſerit ſex creationis dies fuiſſe naturales, & Eccleſiã ſemper fuiſſe ſequutã hanc ſententiam. 8.

Neutra ſententia de fide eſt.

Pererius.

Quarto aduertendum eſt etiam Caietani ſententiam, quatenus credit ſimul cum ſimplicibus eodem momento condita fuiſſe, falſam õnino eſſe, ſed nec tã graui cẽſura dignã, atq; illã afficit Molina, qui loco ſupra citato illã 9.

Caietani ſententia.

dicit parum tutam in fide: contra illam tamen euidenter facit, quod homo, quoad corpus formatus eſt ex limo terræ, & in cap. *Firmiter*, ſupra citato, vbi dicitur, quod ab initio, & primo temporis puncto Deus creauit ex nihilo vtramque creaturam ſpiritualem, & corporalem; additur deinde, hominem ex vtraque conſtantem. Imò, cum iſta omnia ſint producta ex ſimplicibus proculdubio prius tempore debent intelligi producta ſimplicia, quam mixta. Neque obſtabit pro ſententia Caietani, quod dicitur Geneſ. 2. *Plantauerat Deus á principio paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem*: ergo iam paradiſus à principio fuerat productus. Neq; item locus Matth. 19. vbi Chriſtus Dominus dixit: *Non legiſtis, quod, qui fecit hominem ab initio, maſculũ & fœminam fecit eos*; ergo à principio, & ab initio mixta etiam dicuntur condita. Non, inquam, obſtat, quoniam primo loco per eam vocem, *principium*, non indicatur principium temporis, ſed loci ex parte ſcilicet Orientis, qui calidior eſt, & aptior ad rerum productiones.

C. Firmiter. Geneſ. 2. Matt. 19.

10. Ad ſecundũ dices, *initium*, non denotare ibi primum inſtans temporis, ſed ſubſequens breuiſsimũ tempus; ſic enim dicitur Ioan. 1. Canon. 3. *Diabolus ab initio peccat*, & tamen diabolus non peccauit in primo inſtanti, vt nunc ſuppono ex materia de Angelis, proindeque initium ibi denotat tẽpus ſubſequens.

Ioan. 1.

11. Non poteſt autem conſtare quanto tempore antecesserit creatio corporũ ſimplicium productiones mixtorum, credibile tamen eſt, quod breuiſsimo tempore poſt ſimplicia producta ſint mixta. Quibus poſitis, qui ſententiam Auguſtini primo loco relatam tueri voluerit, ad authores pro oppoſita ſententia citatos opponat eos, quos pro ſententia Auguſtini citauimus, & ſatis eſſet opponere ipſum Auguſt. quod ſatis fuit D. Thomæ.

Inſignis D. Aug. authoritas.

12. Ad primam rationem ſatis reſpondetur ex ſecundo notabili; neque enim ſine neceſſitate ad metaphoram recurrimus, ſed propter loca Scripturæ in oppoſitum adducta, quæ indicant momentaneam in primo inſtã-

tire-

Caſsiodor. ti rerum creationem. Non me latet Caſsiodor. feciſſe mentionem ſex Auguſtini ſermonũ de ſex diebus creationis; ex hoc enim non moueor, vt intelligam Auguſt. admiſiſſe ſex dies veros, & naturales creationis, cum ſępè, dum de hoc occurrit ſermo (& occurrit in eius doctrina multoties) oppoſitã ſententiam tradat, etſi tales ſermones extarent, id proculdubio continerent. Ad locum Exodi reſpondetur, rectè probare honorandam eſſe diem ſeptimam, quia in ea ceſſauit Deus ab omni opere: nam creatis iã ſex mũdi perfectionibus, & reuelatis Angelorum cognitioni matutinæ, & veſpertinæ, cõſtitutisq; iam ſex primis diebus, ipſa cognitio Angeli relata ad quietem Dei in ſe ipſum conſiderando illum, vt nihil ad extra operantem in rerum creatione, conſtituit ſeptimam diem, & ob hanc cauſam dicitur Deus in ea requieuiſſe, & præcipitur celebrari, & ſanctificari citato loco Exodi: ſicq; ſimiliter exponendum eſt, quod dicitur, mundum ſcilicet creatum fuiſſe die Dominica, & Deũ requieuiſſe die Sabbathi circa quod videantur, quæ diximus de præceptis Decalogi. Ille etiam ordo, qui reperitur in primo, ſecundo, & ſequentibus diebus, referendus eſt ad naturalem ordinem operum, qui diebus attribuitur, illud verò, quod Deus poſteà dixit, *Germinet terra herbam virentem, &c.* Solum facit contra Caietanum, quatenus dixit mixta ſimul in eodem momento temporis fuiſſe producta cum ſimplicibus. Quæſt. 7. ſcholaſtica

13. Ad id, quod obijcitur, quia ſic Moyſes obſcurius loqueretur, reſpondent ali qui ex Caiet. Moyſen ſapiẽtiſsimum fuiſſe in omni doctrina, & ſapientia Ægyptiorum, apud quos familiaris erat locutio abſoluta pro conditionata, ſicut Ariſtoteles tertio de Cœlo cap. 2. dicit, *Motus cœli incæpit ab Oriente.* Et tamen ipſe expreſsè docet motum cœli fuiſſe ab æterno, & nunquam incæpiſſe, vnde conditionatè intelligitur, quaſi dicat, ſi cœlum primò inciperet moueri, inciperet ab oriente, ſic ergo Moyſes loquitur, ſi De' ſucceſsiuè, & in tempore mũdum produxiſſet, ſex aſſignatis diebus produxiſſet, Caiet. Ariſt.

Luc.21. ſicut etiam loquitur Chriſtus Dominus Luc.21. *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*, cum tamen cælum, & terra non debeant tranſire, ſed eſt ſenſus, ſi aut cælum, & terra, aut verba mea poſsẽt trãſire, potius tranſirent cælũ, & terra, quam verba mea, & hæc eſt legitima interpretatio huius loci.

14. Potior Solutio. Potius tamen dico Moyſen ſic loquutũ fuiſſe, quia cum rudi populo loqueretur, humano ſermoni voluit ſe accommodare, & quo facilius ipſum populum inſtitueret ad obſeruationem vnius diei, in memoriã, quod iam ea die ſabbathi Angeli cognitio terminata fuerit in quietem Dei in ſe ipſo. Ad vltimũ conſtanter dico poſſe vnum Auguſtin. & præſertim à D. Thoma fideliſsimo interprete probatũ, cæteris obijci Doctoribus in ijs, quę ab Eccleſia non ſunt definita, iam verò in hac quæſtione ſatis á multis extollitur, & laudatur, vt vidimus.

Aug. authoritas.

15. Hæc ſub aliqua probabilitate in tanti Doctoris gratiam dicta ſint: cæterum habere debemus ſemper ante oculos id, quod idem Aug. 11. ſuper Geneſ. ad lit. ait, vbi loquẽs de primo capite Geneſ. inquit. *Maior eſt huius Scripturæ authoritas, quam totius humani ingenij perſpicacitas, & ideò illi per omnia aſſentiri debemus*. Et quãuis non intelligamus, quæ dicuntur, nihilominus captiuandus eſt intellectus in obſequium Chriſti. P. Auguſt.

16. 2. Geneſ. Pro cõmuni tamen ſententia, fundamenta initio relata ſic diluũtur. Ad primũ ex 2. Geneſ. reſpondetur, *In die, quo creauit Deus cælum, & terram*, creaſſe etiam omne virgultum agri, ſicut ibi refertur, non tamen actu, ſed ſicut eodẽ loco dicitur. *Antequam oriretur ſuper terram*, id eſt, potẽtialiter, & in cauſis, quod tamẽ poſtea actu creatum eſt tertia die. D. Bonau. credit particulã, *in die*, ſupponere confuſè, & indeterminatè pro quolibet die, & ita ſoluit argumentum, Perer. loco citato dupliciter exponit locum, primo, vt illa particula, *in die*, valeat idẽ, atque, in diebus, ſumpto ſingulari pro plurali, vel, vt ſit idem, atque in tempore, prior tamen ſolutio nobis probabilior videtur, quæ Bonauent.

D. Thom eſt D. Diui Thomæ loco ſupra citatò.

17. Ad ſecũdum ex Ecclſiaſtico multi multipliciter reſpondent, quidam dicunt intelligendum eſſe locum illũ de ijs, quæ per propriã creationem, id eſt, productionem ex nihilo, producta ſũt, ea enim omnia ſimul cum Angelis producta ſunt, reliqua verò, quæ ſex ſequentibus dieb' producta ſunt, nõ ſũt producta ex nihilo, ſed ex præſuppoſita materia. Aliter exponitur etiam citatus locus de omnibus creatis, & iſta etiam dicuntur creata ſimul, & duobus modis tollitur difficultas obiecta; primò, vt particula, *ſimul,* non denotet ſimultatem temporis mathematicam, ſed moralem, quaſi dicat, *omnia ſunt creata ſimul,* id eſt, ſine interruptione, & quodammodo continuata quadam ſucceſſione per ſex illos dies, vel etiam, vt particula, *ſimul,* ſignificet idem, quod pariter, ſeu communiter, & fit ſenſus, Deus ſimul omnia creauit, id eſt, pariter, ſeu cõmuniter, quaſi dicat nihil eſſe creatum, quod non ſit creatum à Deo: conſonat huic expoſitioni vox Græca, quã Latinus interpres vertit, ſimul, cum tamen illa proprie ſignificet, pariter, communiter, generaliter ſeu in ſumma. D. Thomas reſpondet Deũ creaſſe omnia ſimul quantũ ad ſubſtãtiam quodammodo informem, non quantum ad diſtinctionem, & ornatum, quæ ſequentibus diebus facta ſunt, vnde notanter ibi ſacer textus vtitur verbo, *creauit*, Non differt hæc ſolutio D. Thomæ à prima, nam per ſubſtantiam informem intelligit ea, quæ per creationẽ propriã producta ſunt, vnde hęc ſolutio potior eſt, nec mirum, quod ſic ſit intelligendus Moyſes, cum ex profeſſo narrat creationem rerum, quam iterum inculcat in Exod. vnde, quando Eccleſiaſticus dicit omnia creata ſimul, ad hunc modum adaptandus eſt, neq; enim ibi, tanquam in proprio loco agebatur de rerum creatione: exemplum eſſe poteſt Ariſtoteles dicẽs mundũ fuiſſe ab æterno, vnde quando alibi, vbi de hoc non agebat ex profeſſo, docuit motum cæli incæpiſſe ab Oriẽte, ſimiliter explicatur, ne ſibi videatur oppoſitus. Similiter D. Thom.

expli-

c. Firmiter. explicandum eſt Conciliũ in cap. *Firmiter*, dum dicit Deũ vtramque ſimul condidiſſe creatũram, ſi enim Concilium loqueretur de ijs, quæ per propriam creationem ſunt producta; certũ eſt primo creationis momẽto fuiſſe producta, verum, quia Concilium ibi proculdubio loquitur de omnibus creatis, (agebat enim contra errorem eorum, qui dicebãt mũdum fuiſſe ab æterno) particula, *ſimul*, explicanda eſt, ſicut in præcedenti loco de morali quadam, & quaſi continuata ſimultate.

18. Ad 1. rationem. Ad primam rationem dicendum eſt nihil abſurdum, aut otioſũ ſequi ex eo, quod Deus vno die vnam tantum rerum perfectionem condiderit; & nihil aliud eadem die ad extra produceret, neque enim hoc, vt inquit D. Thomas loco citato ad 4. erat impotentiæ, aut indigẽtiæ, quaſi egeret tempore ad agendum, ſed quia in prima rerum inſtitutione voluit hunc ordinem ſeruare, vt diuerſis ſtatibus mundi diuerſi dies deſeruirent. Dicunt præterea aliqui mundũ fuiſſe factum ſex diebus, & non in inſtanti, vt triplex ſtatus mundi innoteſceret. Primus creationis, ſecundus diſtinctionis, tertius exornationis, in primo creando res omnes quoad ſubſtantiam, in productione ex nihilo elucet omnipotentia, in ſecundo ſapientia, in tertio bonitas: iam verò cuilibet ſtatui diuerſi dies reſpondent; vt enim inquit Diuus Thomas loco citato ad 4. *D. Thom.* Semper per ſequens opus, nouus perfectionis ſtatus mundo eſt additus, neque oportebat in quolibet die habere mundum totam perfectionem, quæ producenda erat in ſequentibus diebus, neque item oportebat Deum totam diem cõſumere producendo, ſed dum in inſtãti factum eſt, quod vna die fecit, ſatis commendatur omnipotentia, differendo autem ſubſequens opus in diem ſequentem, ſatis homo eruditur ad agendum maturè præuia deliberatione. Et ſicut omnipotentia magis eluceret, quantum eſt ex parte Dei conſiderata, ſi Deus ſimul cũcta produceret in vno inſtanti, tamen, quantum eſt ex parte obedientiæ creaturæ multo magis elucet eadem omni-

potentia

po tentia eo modo, quo creatus eſt mundus, dum ad nutum Dei dicentis, *Producat terra herbam, &c.* Producit terra, & mare ſimiliter,
Matth. 28. ſic enim Apoſtoli Chriſti maieſtatem cognouerũt dicentes: Quis eſt iſte, quia venti, & mare obediunt ei: Deinde, ſicut omnipotentiã oſtendebat creãdo in inſtãti opus cuiuslibet diei, & in tempore opera omnium dierum, ita etiam Chriſtus, qui in inſtanti miracula efficiebat, in tempore cæcum
Marc. 8. curauit. Marc. 8. Præterea ſex diebus egit, vt homines edocerentur ſex diebus operari, & ſeptima die quieſcere. Tollebatur inſuper philoſophis omnis errandi occaſio, cognoſcebant enim Deum libere feciſſe mundum, quod forte facilius negarent, ſi in inſtanti omnia creata intelligerent, ſuſpicarentur enim Deum ad extra operatum fuiſſe, ſicut agens naturale, & ex dictis patet ſolutio ad quintum.

19. Ad 6. Adſextum dices, diem naturalem apud nos dici ſpatium 24. horarum, quarũ aliquot apud nos lucem habeant, & aliquot luce careant, ſicque ex luce, & abſentia eius intra ſpatium Dies naturalis.
24. horarum conficitur dies naturalis, cùm ergo ante formationẽ ſolis tribus primis diebus, hoc eſt, per ſpatium 24. horarum ter repetitum, fuiſſet creata lux, quę mundum illuminabat, & quæ dicitur lux informis, & hæc non ſemper quamcumque partem Orbis illuſtraſſet, tres dies veri, & naturales extiterunt ſine ſole: poſtquam veró Deus ſolem formauit, cæteri dies naturales conſtarunt integro ſolis motu, hic conficitur ſpatio 24. horarum ab Oriente in Occidens ad motum primi mobilis, ſic enim parte prædicti ſpatij ſolum noſtrũ Emiſpherium illuſtrat, & parte illi abſconditur, vnde patet, quid ſit etiam dicendum ad ſeptimum argumétum.

Et ex his iam patet ex dictis, quomodo cæli in principio, & primo inſtãti creati ſint quanuis illorum diſtinctio, & ornatus fieret 20.
poſtea, ſuo ordine, miraque diſpoſitione cuncta in ſuum locum, ac tempus Summo artifice deſtinãte, & hæc de quæſtionibus noſtris quodlibeticis, quas pro Laurea

Conim-

INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ in hoc opere citantur. Litera P. paginã, C. columnam, N. numerũ deſignat. * inſigniora loca, & quæ accuratius explanantur.

Ex Geneſi.

CAP. 1. *Verſ. 26. Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram, &c. pag. 437. col. 1. num. 11. & 442. col. 2. num. 20. & 446.*

Cap. 2. Verſ. 4. Iſtæ ſunt generationes cœli, & terræ, &c. pag. 482. col. 1. n. 4. & 488. col. 2. num. 15. & c. 2. num. 27.

Cap. 2. Verſ. 7. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, p. 440. col. 1. nu. 15.

Verſ. 8, Plantauerat autem Dominus Deus Paradyſum voluptatis à principio, pag. 486. colum. 1. n. 9.

* *Cap. tertium, Verſ. 18. Spinas, & tribulos germinabit tibi, p. 448. col. 1. num. 29.*

* *Cap. 5. Verſ. 2. Ad ſimilitudinem Dei fecit illum, pag. 440. colum. 2. num. 15.*

Cap. 8. Verſ. 11. At illa venit ad eum ad veſperam portans ramũ oliuæ. &c. p. 465. c. 1. num. 5.

Cap. [illegible]. Verſ. 21. Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, pag. 152. c. 2. num. 17.

Cap. 11. Verſ. 7. Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, pagina 442. columna prima, num. 19.

Cap. 17. Verſ. 17. Cecidit Abraham in faciem ſuam, pag. 291. columna 2. num. 3.

Cap. 18. Verſ. 1. Apparuit autem ei Dominus, p. 444. c. 1. num. 24.

Verſ. 2. Et adorauit in terram, p. 291. col. 2. num. 3.

Angelos adorauit ibidem, & pag. 332. col. 2. num. 10.

Cap. 19. Verſ. 1. Veneruntque duo Angeli Sodomam. p. 445. c. 1. nu, 25.

Cap. 22. V. 16. Quia feciſti hanc rem, &c. p. 175. col. 2. n. 3.

Cap. 28. Verſ. 18. Et erexit in titulum fundens oleum deſuper, pag. 466. c. 1. num. 1.

Cap. 28. Verſ. 20. Si Dominus fuerit mecum, &c. p. 175. c. 1. num. 3.

Cap. 38. Verſ. 25. Cognoſce, cuius ſit annulus, & armilla & baculus, p. 153. col. 2. nu. 19.

Cap. 41. V. 43. Vt omnes coram eo genuflecterent, p. 292. c. 1. num. 3.

Cap. 43. Verſ 26. Et adorauerunt proni in terram, p. 291. c. 2. num. 3.

Cap. 50. V. 19. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati, p. 32. c. 1. num. 3.

Ex Exodo.

Cap. 3. Verſ. 14. Ego ſum, qui ſum, pag. 438. col. 1. num. 12.

* *C. 4. V. 26. Sponſus ſanguinũ tu mihi es, p. 451. c. 2. n. 32.*

Ver. 31. Et proni adorauerũt. Adoratione ſcilicet latriæ. *p. 293. c. 2. n. 7.*

Cap. 1. V. 1. In die quo creauit Deus hominem, p, 440. c. 1, n. 15.

Cap. 12. V. 27. Quæ eſt iſta religio? Dephaſe ſcilicet, *pag. 295. colum. 2. num. 3.*

Digitized by Google

* Cap.14.Verſ.16. Tu autem eleua virgam tuam, Crux Chriſti in virga figurata,p.450.c.2.nu. 31. Ex D.Auguſt.
* Cap.15.Verſ.25. Qui oſtendit ei lignum,quod,cũ miſiſſet in aquas in dulcedinem verſæ ſunt. Crux figurata in ligno, quod tactu ſuo amaras aquas in dulcedinem conuertit. ibidem. Ex D.Hieron.
Cap.16.Verſ.29. Maneat vnusquiſque apud ſemetipſum,p.325.c.1.n.3. & 328.c.1.n.9.
* Cap.20.Verſ.2.Ego ſum Dominus Deus tuus,p.311.c.1.n.2.& latius, 313.c.1.n.5.& 315.c.1.n.2.& c.2. n.4.& 317.c.1.n.6. 7. & 8. & c.2. & 318.col.1.n.8. 319.c.2. num.1. 324.col.2.num.2.
* Verſ.3.Non habebis Deos alienos coram me,p.400.c.2.in principio, & 404.c.2.& 405.c.2.nu.13.& 406. col.2.num.1.
Verſ.9. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.ſeptima autẽ dies Sabbathũ Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo &c.p.483.c.2.nu.5.
Cap. 25.V.20.Vtrũq latus propitiatorij tegat,p.401.c.2.n.7.& 420 c.2.n.8.
Cap.28.V.4.Hæc autẽ erunt veſtimẽta, quæ facient,p.396.c.1,n.3.
Cap.30.Ver.23.Sume tibi aromata,&c. p.465.c.2.n.1.& 478.c.2.n.16.
*.Cap.31.Verſ.2. Ecce vocaui ex nomine Bezeleel,p.402.c.2.n.8.
V:14.Cuſtodite ſabbathũ meũ,483.c.2. num.5.
* C.33.V.11.Loquebatur autẽ Dominus ad Moyſen facie ad faciẽ,&c. p.233. col.1.num.1.
Cap.36.Verſ.3,Quotidie mane vota populus offerebat,p.158.col.1.nu.1.

Ex Leuitico.

Leuit.2.V.4.De ſimila,panes ſcilicet abſque fermento cõſperſos oleo. p.466.c. 1.num.1.
* Cap.5.V.11.Non mittet in eã oleũ, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt,p.61.c.1.n.18.Ex Orig. optima explicatio, pro lugendis peccatis.
* Cap.12.V.8.Quod ſi non inuenerit manus eius,nec potuerit offerre agnũ &c.p.51.c.2.n.4.per totum,Ex Beda. Optima expoſitio.
* Cap.21.Verſ.7.Scortum,& vile proſtibulum non ducet vxorem, p. 269. col.1.num.63.Sacerdotũ caſtimoniam cõmẽdatã notauit Tertull.
*Cap.22.V.7. Tũc mundatus veſcetur de ſacrificijs,&c.p.236.col.2.n.5.Ex D.Cypriano commendatio in accedentes ad ſacram Euchariſtiam.
Cap.23.V.28.Omne opus ſeruile non facietis,&c.p.292.c.2.n.5.
Et Verſ.29.Omnis anima, quæ non fuerit,afflicta die hac peribit, p. 62.c.1. num.20.
Cap.26.Verſ.1. Non facietis vobis idolũ, & ſculptile,p.400.c.2. in principio,& 401.c.1.num.5.
* C.27.Verſ.28.Omne,quod Domino conſecratur ſiue homo fuerit, ſiue animal,&c p.226.c.2.n.17. Explicatur ex D.Thoma.

Ex Numeris.

Cap.12.Verſ.8. Ore enim ad os loquor ei,&c. p.232.col.1.num.1.
Cap.21.V.9 Fecit ergo Moyſes Serpentem æneum, & poſuit eũ pro ſigno, p. 397.c.1.n.6.& 402.c.1.num.7.
Cap.22.V.31. Adorauitq; eum pronus in terram,p.291.c.2.num.3.
Cap.30.Verſ.3. Si quis virorum votum Deo vouerit,&c.p.194.c.1.n.10.

Ex Deuter.

C.4. V.9. Ne obliuiſcaris verborũ quæ viderũt oculi tui,&c.p.144.c.1.n.2.
Verſ. 23. Caue ne quando,&c. Et facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorũ, quæ fieri Dominus prohibuit, p.401.c.1. num.5.& 404.c.2.num.6.
Cap.5.Verſ.8. Non facies tibi ſculptile, &c.p.400.c.2.num.3.
Cap.5.V.14. Septimus Sabbathi eſt, id eſt,requies Domini Dei tui,p.311.c. 2.num.3.& 312.c.2.n.4.
Cap.6.Verſ.13. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, pap.310. colum.1.num.1. * & 317. col.2. num.9.& 343.col.1. nu.9. & 385. col.1.num.3.

Cap.

Digitized by Google

Cap.9.V.4. *Ne dicas in corde tuo.&c. propter iuſtitiā meā introduxit me Dominus*,p.71.c.1.n.1. *,& co.2.n.1.
Verſ.12. *Tabulas fœderis*,p.313.col.1. num.4.
Cap.10.Verſ.4. *Scripſitq; in tabulis iuxta id, quod prius ſcripſerat verba decem*,p.310.c.1.n.1.& 388,c.1.n.9.
Cap.12.Verſ.4. *Non facietis ita Domino Deo veſtro*,p.468.c.1.n.6.
Cap.12.Verſ.26. *Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino*,&c.p.196.c.1.nu.14.
Cap.23.Verſ.21. *Cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere*,p.179.c.2.n.8.
* Cap.32.V.39. *Videte, quod ego ſim ſolus,& non ſit alius Deus præter me, ego occidam*,&c.p.438.c.1.nu.12. & 439.col.1.nu.12.
* Cap.33.Verſ.17. *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius*, 454.col.2. n.36. Elegans,& pulchra alluſio Tertulliani ex benedictione Ioſephi ad crucem Chriſti, & duplicē eius aduentum.
Verſ.12. *Conuenerunt omnes in ſilo*.p.396.col.1.n.3.

Ex Ioſue.

Cap.22.Verſ.5. *Adhæreatiſque ei, ac ſeruiatis in omni corde*, Verbum latreuo pro ſeruire. p.293.c.2.n.7.

Ex lib.Iudicum.

* Cap.8.Verſ.27. *Fecitque ex eo Gedeon Ephod*.p.395.c.2.n.3.& 396.c.1.num.3.

Ex Ruth.

Cap.2.Verſ.10. *Quæ cadens in faciem ſuam,& adorans ſuper terram*,&c.p.389.col.2.num.1.

Ex lib.1. Regum.

Cap.1.Verſ.10. *Orauit ad Dominū flens largiter, & votum vouit*,p.175.col.1.num.3.
C.2.V.18. *Puer accinctus Ephod lineo*.pag.396.col.1.num.3.
Cap.4.Verſ.18. *Cumque ille nominaſſet arcam Dei cecidit de ſella retrorſum*,&c.p.56.col.1.n.14.
Cap.16.V.7. *Homo videt ea, quæ patēt,Deus autem intuetur cor*.p.285.c.2.n.5.Mendoſè citatur pro c.26.
Cap.25.Verſ.23. *Et procidit corā Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram*,p.389.c.2.num.11.

Ex lib.3. Regum.

Cap.8.Verſ.54. *Vtrumq; enim genu in terram fixerat, & manus expandebat in cœlum*,p.389.c.2.n.11.
* Cap.17.Verſ.13. *Mihi primum fac ſubcinericium panem paruulum*, p.62.c.2,n.20.
Cap.19.Verſ.6. *Reſpexit.& ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ*,pag.60,col.2 num.20.
Cap.21.Verſ.8. Scripſit itaque literas ex nomine Achab,&c.p.154.c.1.n.19.

Ex 4.Regum.

Cap.4.Ver.38. *Pone ollam grandē*,&c.p.62 c.1.n.20.
Cap.18.Verſ.4. *Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas,&c.Confregitque Serpentem æneum*,&c. p.397.col.1.num.vltimo.
Cap.20.Verſ.5.*Vidi lachrymam tuam*,p.69.col.1.num.28.

Ex 1.Paralip.

* Cap.15.Verſ.27. *Dauid autem etiā erat indutus Ephod lineo*, pag.396.col.1.num.3.
Cap.29.Ver.14. *Tua ſunt omnia,& quæ de manu tua accepimus dedimus tibi*.p.96.c.1.nu.2.

Ex 2. Eſdræ.

* Cap.9.Verſ.6. *Et exercitus cæli te adorat*,p.280.c.2.n.6.& p.389.col.2.num.11. Vbi malè citatur pro primo Eſdræ.

Ex Iudith.

Cap.10.Verſ.20. *Adorauit eum proſternens ſe ſuper terram*,pag.389.col.2.num.11.

Ex Eſther.

C.3.V.2.*Solus Mardochæus nō flectebat genu,neque adorabat eum*, pag. 385.

col. 2. num. 4. & 388. col. 2. n. 10.
Verſ. 10. Tulit ergo Rex annulũ, quo vtebatur de manu ſua, p. 154. c. 1. nu. 19.
* *Cap. 13. Verſ. 12. Cuncta noſti, & ſcis, quia non pro ſuperbia, & cõtumelia, &c. p. 385. c. 2. n. 1. & 388. col. 2. n. 10. explicatur late à p. 388. c. 2. n. 10. & oſtenditur prudenter egiſſe non flectendo genua coram Amano.*
Cap. 14. Verſ. 11. Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui nõ ſunt, p. 396. col. 2. num. 3.

Ex Iob.

* *C. 3. v. 24. Antequã comedã ſuſpiro, p. 50. c. 2. nu. 3.* Optima expoſitio D. Gregorij vbi lacrimas pabulũ dicit deuotæ mentis.
Cap. 9. Verſ. 2. Verè ſcio, quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo, p. 120. col. 1. nu. 2.
* *Cap. 10. Ver. 13. Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorũ memineris, p. 57. c. 2. n. 15.* Optimè citatur á Ruperto pro fragilitate humanæ conditiõnis.

Ex Pſalm.

Pſal. 1. V. 1. Beatus vir. p. 444. c. 2. n. 23.
Pſal. 4. Verſ. 5. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, p. 71. c. 2. num. 1.
Pſal. 7. verſ. 1. Domine Deus meus in te ſperaui, pag. 355. col. 2. num. 1.
* *Pſal. 39. Verſ. 12. Et cor meum dereliquit me. p. 149. col. 1. n. 10.*
* *Pſ. 41. v. 3. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, p. 49. c. 1. n. 1. cum ſequentib.* Explicatur de lacrymis D. M. Monicæ pro conuerſione P. Auguſt. effuſis.
* *Pſ. 44. Ver. 7. Propterea vnxit te Deus, &c. p. 476. c. 1. n. 11.* Vnctio Chriſmatis regalẽ honorem denotat, ſed aliter in Chriſto, aliter in chriſtianis. Ambroſ. Hilar. Cyril. & alij.
Pſ. 49. Verſ. 13. Immola Deo ſacrificiũ laudis, p. 296. c. 1. n. 14.
Pſ. 50. V. 17. Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem vtique, p. 305. c. 2. n. 10.
Pſal. 61. Verſ. 12. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua, p. 86. c. 2. n. 1.
Pſal. 95. Verſ. 12. Introibo in domum tuam in holocauſtis, p. 196. c. 1. n. 10. & p. 158. c. 2. n. 1. Malè citatur pro Pſalm. 60.
Pſal. 66. V. 7. Benedicat nos Deus, Deus noſter, p. 444. c. 2. num. 23.
* *Pſal. 98. Verſ. 4. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt, p. 345. c. 2. n. 3. & 349. c. 1. nu. 3.* Scabellũ pedũ Domini caro Chriſti.
* *Pſal. 101. Verſ. 4. Aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panẽ meũ, p. 51. c. 2. n. 4.* Ibi D. Gregor. panem illum dicit cibum, quem nobis Deus præcipit, vt operemur, nunquam periturum.
Pſ. 105. Verſ. 19. Et fecerunt vitulum in horeb. p. 419. c. 2. num. 4.
Pſ. 113. V. 11. Omnia quæcunq; voluit fecit, p. 11. c. 1. n. 2. & p. 13. c. 2. n. 4. & p. 20. c. 2. n. 3.
Verſ. 12. Simulacra gentium argentum, & aurum. p. 397. c. 1. n. 4.
Pſal. 125. Verſ. 6. Venientes autem venient cũ exultatione. p. 61. c. 1. n. 18.
* *Pſ. 127. V. 2. Labores manũu tuarũ manducabis, p. 60. c. 2. n. 17.* Optimè explicat P. Auguſt. quare lacrymę iuſtorum dulces ſint, & labores dicantur manducari.
Pſ. 137. Ver. 7. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, p. 149. c. 1. num. 10.
Pſal. 148. V. 4. Et aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomẽ Domini, 69. c. 1. n. 28. Videatur D. Chryſologus.

Ex prouerbijs.

Cap. 3. Ver. 28. Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras tibi dabo, p. 259. c. 1. num. 46.
Cap. 6. Verſ. 9. Vſquequo piger dormies? pag. 72. c. 1. n. 1.
Cap. 8. Verſ. 17. Ego diligentes me diligo, p. 246. c. 1. num. 17.
Cap. 11. Verſ. 20. Et voluntas eius in ijs, qui ſimpliciter ambulant, p. 32. col. 1. num. 3.
Cap. 19. V. 21. Voluntas autem Domini permanebit, p. 32. c. 1. n. 3.

volun-

Digitized by Google

* Cap. 21. Verſ. 1. *Sicut diuiſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, & quocũque voluerit inclinabit illud*, p. 141. c. 1. n. 1. & ſequentibus.

Cap. 31. Verſ. 1. *Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei*, p. 158. col. 2. n. 1.

Ex Eccleſiaſte.

Cap. 5. Verſ. 3. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, p. 158. c. 2. nu. 1. & 167. col. 1. n. 16. Citatur ex Eccleſiaſtico.

Ex Canticis.

Cap. 1. Verſ. 14. *Botrus cypri dilectus meus mihi, &c.* p. 476. c. 2. nu. 12.

* Cap. 3. Verſ. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem*, p. 447. c. 2. n. 29. Optima explicatio, & alluſio ad humanitatem Chriſti, quam ille pro corona habuit.

* Cap. 4. Verſ. 9. *Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa*, p. 156. col. 1. n. 20. Ex D. Thoma, & D. Gregor. de vnitate Eccleſiæ.

Ex Sapientia.

* Cap. 6. Verſ. 14. *Sapientia præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt*, p. 246. col. 1. nu. 16. & col. 2. nu. 17.

Cap. 11. Verſ. 26. *Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes*, p. 11. col. 1. n. 2.

Cap. 12. Verſ. 18. *Subeſt enim tibi cum volueris poſſe*, p. 20. col. 1. n. 2.

Ex Eccleſiaſtico.

* Cap. 38. Verſ. 16. *Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare*, p. 59. col. 2. num. 16.

Cap. 43. Verſ. 33. *Exaltate illum quantum poteſtis, maior enim eſt omni laude*, p. 302. col. 2. nu. 3.

Ex Iſai.

* Cap. 5. Verſ. 2. *Et expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruſcas*. p. 448 col. 2. nu. 29.

Cap. 6. Verſ. 8. *Et clamabant Seraphim alter ad alterum, & dicebant Sanctus*, p. 280. col. 2. nu. 6.

* Cap. 9. Verſ. 6. *Et vocabitur nomẽ eius admirabilis*, p. 449. col. 1. nu. 19.

Cap. 18. Verſ. 1. *Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul*, p. 489. c. 1. n. 17 ex vitio non bene citatur ex 2.

Cap. 19. Verſ. 4. *Tradam Ægyptum in manũ Dominorũ Duri*, p. 443. col. 1. n. 22. & 444. col. 1. num. 23.

Cap. 28. Verſ. 15. *Quia poſuimus mẽdacium ſpem noſtrã*, p. 396. c. 2. n. 4.

Cap. 42. Verſ. 8. *Gloriam meam alteri non dabo*, p. 343. col. 1. n. 9.

Cap. 49. Verſ. 22. *Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum*, p. 479. c. 1. n. vlt.

Cap. 53. Verſ. 10. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, &c.* p. 88. c. 1. n. 5.

* Cap. 54. Verſ. 7. *Ad punctum in modico dereliqui te, & miſerationibus magnis congregabo te, &c.* p. 119. c. 2. n. 1. Ibi miſericordia Dei ſuperabundans, & ſuplicium tenue optima tropologia.

Ex Hieremia.

Cap. 5. Verſ. 21. *Audi popule ſtulte, qui non habes cor*, p. 153. c. 1. num. 18.

Cap. 31. Verſ. 33. *Sed hoc erit pactum, quod feriam cũ domo Iſrael: poſt dies illos dabo legem meam in viſceribus eorum*, p. 149. col. 2. n. 11.

* Cap. 2. Thren. v. 11. *Defecerũt præ lacrymis oculi mei, effuſum eſt in terra iecur meum*, 65. col. 2. n. 24. & p. 66. col. 1. Optima loci explicatio.

Ex Ezechiele.

* Cap. 9. Verſ. 4. *Tranſi per mediam Ciuitatem in medio Hieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementiũ, & dolentium*, & p. 67. col. 1. nu. 26. De cruce Chriſti.

Ex Daniele.

Cap. 4. Verſ. 32. *Iuxta voluntatem ſuã faciet Deus*, pag. 32. col 1. num. 3.

Cap. 7. Verſ. 9. *Et antiquus dierum ſedit*, p. 422. col. 1. num. 10.

Digitized by Google

* *Cap.*14.*Verſ.*36. *Daniel ſerue Dei tolle prandium, quod miſit tibi Deus,* 61.*col.* 2.*nu.* 20.

Ex Oſea.

* *Cap.*6.*V.*6.*Quia miſericordiam volui, & non ſacrificium.* p.305. col.2. num. 10. Multipliciter exponitur, & malè citatur ex cap. 22.

Cap. 7. *Verſ.*1. *Reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ.* p.396. c.2.num.4.& 397.c.1.nu.4.

*Verſ.*11. *Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.* p.153.c.1.n.18.

*Cap.*10.*Verſ.*9.*Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael.* p.312.col.2. num.4.

Ex Iona.

*Cap.*2.*Verſ.*10. *Ego autem in voce laudis immolabo tibi.* p.196.col.1.n.10.

Ex Michæa.

* *Cap.*2.*Verſ.*9. *Mulieres populi mei eieciſtis de domo delitiarum ſuarum,* pag.59.c.1.nu.16. Ibi Rupertus eleganter homines infirmiores mulieres dicit,

Ex Abachuc.

*Cap.*2.*Verſ.*18. *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, &c.* p. 369. col. 2. nu. 4.

Ex Euganelio Matthæi.

*Cap.*2.*Verſ.*2. *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum.* p.340.c.2.n.5.& 371.c. 2 nu.1.

Verſ. 11. *Et procidentes adorauerunt.* ibidem.

*Cap.*3.*Verſ.*15. *Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* p.71.c.2.n.1.

*Cap.*4.*Verſ.*10. *Dominum Deum tuũ adorabis.* p.310.c.1.n.1.& 313.c.1. n.4.& 317.c.2.nu.9.& 385. col. 2. nu.3.& 388. col.2.

*Cap.*5.*Verſ.*6. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam.* p.71.c.2. n.1.

*Cap.*7.*Verſ.*11. *Sed qui facit voluntatem Patris mei.* p.3. c.1. nu.1. & p. 32.c 1.nu.3.

*Cap.*10.*Verſ.*38. *Qui non accipit crucem ſuam.* p.450.c.1.n.31. Citatur vitioſè ex Marco.

* *Cap.*15.*Verſ.*30. *Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.* p.239. col.1.in fine. Optime ex D.Chryſoſt. de ſacra Euchariſtia.

* *Cap.*16.*Verſ.*26. *Aut quid commutationis dabit homo pro anima ſua.* Ibi Theophilact. de lachrymis explicat.

*Cap.*19.*Verſ.*4. *Non legiſtis, quia, qui fecit hominem ab initio, &c.* p. 486.c. 1.num.9.

*Cap.*20.*Verſ.*23. *Sedere autem ad dexteram meã, vel ſiniſtram, &c* p. 132. c.1.n.3.& 137.c.1. num.1.

*Verſ.*27. *Quia venti, & mare obediunt ei.* p.491.cap.1.num.18.

* *Cap.*22. *Verſ.*21. *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* p.447. c.1.nu. 29. Ibi ex D. Hilario.

* *Cap*26.*Verſ*38. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* p.448.c.2.n.29.

* *Cap.*27.*Verſ.*54. *Verè filius Dei erat iſte.* p.454.c.1.num.36.

*Cap.*28.*Verſ.*17. *Et videntes eum adorauerunt.* p.341.c.1.num.5.& 371. c.1.n.1.

*Verſ.*18. *Data eſt mihi omnis poteſtas &c.* p.422.col. 2.num.10.

Ex Marco.

*Cap.*8.*Verſ.*25. *Et cæpit videre, & reſtitutus eſt ita, vt clare videret omnia.* p.491.cap.1.num.18.

Ex Luca.

*Cap.*2.*Verſ.*3. *Et in ſignum cui contradicetur.* p.404. c.1.num.10

Cap. 3. *Verſ.* 22. *Et deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum.* p.422.c.2. n.10.

*Cap.*21. *Verſ.* 33. *Cælum, & terra tranſibunt. verba autem mea non trãſibunt.* p.488.col.1.n.13.

*Cap.*24. *Verſ.* 49 *Vos autem ſedete in ciuitate, &c.* p.461.c.1. nu.7.

*Verſ.*52. *Et ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalem..* p. 341. col.1. nu. 5.

Ex Ioane

* *Cap.*3.*Verſ* 14. *Et ſicut Moſes exal-*

tauit

uit ſerpentem in deſerto. p.450. col. 2.num.32. De Chriſto in crucem acto.

Cap.6.Verſ.51.Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi.p.238.c.2. cum ſequentibus. Sacra Euchariſtia ex Patribus.& Concilijs reſurrectionis ſymbolum.

Cap.7.Verſ.39. Nondum enim erat ſpiritus datus,&c.p.461.c.1.n.15.

Cap.14.Verſ.1. In domo patris mei mãſiones multæ ſunt. p.137. col.1.n.1.

Verſ.21. Qui diligit me diligetur à Patre meo. p.246,col.1.num.7.

Verſ.31. Sicut mandatum dedit mihi pater ſic facio, p.88.col 1.n.5.

Verſ.14.Si quid petieritis patrem in nomine meo,&c. p.341.c.1.nu.6.

Verſ.16. Et alium paraclitum dabit vobis.p.460.c.2.n.15.

Cap.16.Verſ.23. Si quid petieritis Patrẽ in nomine meo dabit vobis. p.331.c.1.num 7.

* *Cap.20,Verſ.11.Maria autẽ ſtabat ad monumentum foris plorans,p.56. col.2.num.14.* Magdalenæ lacrymæ ex Alberto Magno efficaces ad merendum viſionem Dei.

Verſ.26. Venit Ieſus ianuis clauſis, p.263. col.1.n.51. Reijcitur ſiniſtra expoſitio Durandi.

Ex Actis Apoſtol.

Cap.1.Verſ.8. Sed accipietis virtutem Spiritus Sancti in vos, p.461. col. 1. num.15.

Verſ.26. De quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum, p.133. col. 1.num.7.

Cap.2.Verſ.17. Hoc eſt, quod dictum eſt per Prophetam Ioel.& erit in nouiſſimis diebus dicit Dominus effundam de ſpiritu meo, p. 459. col. 2. num. 5.

Verſ. 37. His autem auditis compuncti ſunt corde, p.454 c.1.num.36.

Cap.8,Verſ.14. Miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, p. 461. col. 1. num. 7.

Cap.9.Verſ.14. Hic habet poteſtatem alligandi omnes, p.341.c.1.num,6.

Cap.10.Verſ. 26. Surge,& ego ipſe homo ſum, p. 386.c.1.n.4.& 390.c. 2.num.12.

Cap.11.Verſ.15. Cum autem cœpiſſem loqui cecidit Spiritus Sãctus ſuper eos, p.469. col.1. n.6.

Cap.15.Verſ.15. Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum. p. 397. col.1.num.4.

Cap.17.Verſ.29. Genus ergo cũ ſimus Dei, p. 419.c.1.num.4.

Cap.19.Verſ.2. Si Spiritum Sanctum accepiſtis credentes? p. 461.col.2. num. 8. & 462.c.1.num.9.

Ex Epiſtola ad Romanos.

Cap.1.Verſ.20. Inuiſibilia enim ipſius à creaturæ mundi,&c. p.421. col. 1.num.9.

Cap.1.Verſ.21. Quia cum cognouiſſent Deum,non ſicut Deum glorificauerũt. p.310.col.2.num 1.

* *Cap.2.Verſ.4. Tu contemnis diuitias eius,&c.p.72.col.1.n.1.* Ex Gloſſa, & Tertul.optima expoſitio tropologica.

* *Cap.2.Verſ.15 Qui oſtendunt opus Dei ſcriptum in cordibus ſuis, p.145. col.1. n.3. & 447. col.1. num. 29.* Videatur D.Hilar.ibi circa numiſma ſenſus à Phariſæis obiectum Chriſto Domino.

Cap.8.Verſ.15. Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, 408.col 2.n.6.

Cap.11.Verſ.35. Quis prior dedit illi & retribuetur ei. p. 95. c. 2. nu. 1. Vitioſè citatur ex cap.2.

Cap.12.Verſ.1. Rationabile ſit obſequiũ veſtrum, 303.c.2.nu.6.

Cap.12.Verſ. 2. Vt probetis,quæ ſit voluntas Dei bona, p.3.c.1.n.1.

Ex Epiſtola 1.ad Corinth.

Cap.1.Verſ.30. Factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio,p.88. c.1. num.5.

Cap.3.Verſ.1. Ego fratres non potui vobis l. qui, tanquam ſpiritualibus.

*pag.*421. *col.*1. *numero octauo.*

* *Verſ.*2. *Lac vobis potum dedi non eſcam.p.*465. *col.*1, *nu.*16. Optima P.Auguſt.expoſitio.

*Cap.6.Verſ.*19. *An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti,p.* 330. *col.*1. *num.*4.

* *Cap.7.Verſ.* 9. *Melius eſt nubere, quam vri. p.*170. *col.*2. *nu.* 30. & 172. *col.*1 .*nu.*6.

Cap. 8. *Verſ.* 4. *Scimus, quia nihil eſt idolum, p.*396.*c.*2.*n.*4.

*Cap.*10.*Verſ.*4. *Petra autem erat Chriſtus. p.*450,*c.*2.*nu.*31. Citatur ex capite 10.

* Cap. 10.*Verſ.*21. *Non poteſtis calicem Domini bibere,& calicem dæmoniorum,pag.*236.*c.*2. *nu.*5. Videantur ibi Cyprian.& Chryſoſt. qualiter ad ſacram Euchariſtiam ſit accedendum.

* Cap. 11 .*Verſ.* 30. *Ideo inter vos multi infirmi,& imbecilles, p.* 237. *col.* 2. *in principio.* Theophilact. & D.Gregor.etiam de temporalibus cladibus locum explicant,

Cap. 16. *Verſ.*2. *Per vnam Sabbathi vnuſquiſq; veſtrũ,&c. p.*323.*c.*1.*n*,7.

Ex Epiſtola ſecunda.

*Cap.*1.*Verſ.*21. *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto,pag.*467.*col.* 1.*num.* 2.

*Cap.*2. *Verſ.*15. *Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, p.*477.*col.*1. *nu.*12.

Cap.3.*Verſ.*2. *Epiſtola noſtra vos eſtis, p.* 421.*col.*1.*n.*8.

Ex Epiſtola ad Galatas.

*Cap.*3. *Verſ.*9. *Igitur qui ex fide ſunt,p.* 202.*col.*1.*nu.*23.

*Cap.*4.*Verſ.*8. *Ijs, qui Natura non ſunt Dij ſeruiebatis, p.*385. *c.*1.*n.*3.

* *Verſ.*19. *Donec formetur Chriſtus in vobis,p.*447.*c.*1.*n.*27.

Ex Epiſtola ad Epheſios.

*Cap.*1.*Verſ.*5. *Secundum conſiliũ voluntatis ſuæ, p.*3.*c.*1.*n.*1.& *p.* 11. *c.* 1.*n.*2.& *p.*13.*c.*2.*n.*4.& *p.*20. *col.* 2.*num.*3.

*Cap.*4. *Verſ.*11. *Et ipſe quoſdam dedit Apoſtolos,&c. p.*131.*c.*2.*nu.*2. & 137.*c.*1,*n.*1.

Cap. 4.*Verſ.*30. *Et nolite contriſtare Spiritum Sanctum, p.* 457.*c.*1.*n*,1.

*Cap.6,Verſ.*11. *Induite vos armaturam Dei ,vt poſſitis ſtare aduerſus, inſidias diaboli.p.*478.*c.*2.*n.*18.

Ex prima ad Timoth.

* *Cap.* 3.*Verſ.*2. *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, p.*269.*c.* 1.*n.*63.Locus optimus ex Tertul. pro ſecundis nuptiis

Ex 2. ad Timoth.

Cap. 4.*verſ.*8. *Reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, p,*86.*c.*2.*n.*1.

Ex Epiſt. ad Hebr.

*Cap.*1. *Verſ.*6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ,p.*329 *col.*2.*num.*4. & *p.*341.*c.*1.*nu.*5.& 371.*col.*2.*num.*1.

*Cap.*2,*Verſ*,9. *Eũ enim,qui modico,quã Angeli minoratus eſt,p.*448.*c.*2.*n.*19.

*Cap.*4.*Verſ.*14. *Habemus Põtificẽ,&c, p.*264. *col.*1.*num.*53.

*Cap.*12.*Verſ.*2. *Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contẽpta,p.*448.*col.*2 *num.*29.

*Cap.*13.*Verſ.*2. *Angelis hoſpitio receptis,p.*445.*col.*1 .*n.*24.

Ex Epiſt. 1. Ioan.

*Cap.*2.*v.*17.*Qui facit voluntatẽ Dei manet in æternum,p.*3.*c.*1.*num.*1.

*Cap.*3.*ver.*8. *Ab initio diabolus peccat, p.*486.*col.*2.*num.*10.

* *Cap.*3.*v.*14.*Qui nõ diligit manet in morte,p.*149.*c.*1.*num.*10.Ex Beda qualis ſit corporis , qualis animæ, & infra P.Auguſt.

*Cap.*4 *Verſ.*8.*Qui non diligit non nouit Deum, p.*258.*c.*1.*n.*44.

*Ver.*19.*Diligamus Deũ quoniã ipſe prior dilexit nos.p.*246.*col.*1.*n.*17.

Ex Apocalypſi.

*C.*5.*v.*13.*Vna eſt ſedes Dei, & Agni.p.* 363.*c.*2.*n.*7.& 371.*c.*2.*num.*1.

*Cap.*18.*V.*7.*Quãtũ glorificauit ſe, & in delicijs fuit,tantum date ei tormentũ, & luctum,p.*86.*col.*2 .*num.*1.

**C.*19.*V.*10.*Vide ne feceris.&c.p.*292 *c.*1.*n.*3.& 386.*c.*1.*n.*4.390.*c.*1.*n.*12 Explicatur ibi á P. Auguſt,

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM

ALPHABETICVS

iiſdem notis conſignatum.

A.

Abagarus Rex ad quem Chriſtus Dominus miſit ſui imaginé, p.453.c.1.n.34.& p.403.c.2.num.9.

Abulę miraculum, p.234.c.2.n u.2.

Abrahamus Angelos, quaſi Deum adorauit, p.445.col.2.nu.25.

Abrahamus videt tres Angelos, & vnum adorat, p.446.c.1.n.27.

Actio neceſſario terminatur ad ſingulare, p.247.c.2.numero 18.

Actio, quæ per ſe eſt ad totum ſecũdario eſt ad partem, p.346.col. 2. num.5.

Actus credendi ſolũ ex motiuo excellentiæ diuinę, p.281.c.1.n.7.

Actus aliarum virtutum poſſũt imperari à virtute religionis. ibidem c.2, nu.8.

Actus fidei, ſpei, & charitatis poſſunt eſſe obiectum adorationis, p,279.c.2.num.4.

Non tamen actus aliarum virtutũ, ibidem c.2.num.5. Quomodo aſſumantur in materiam adorationis, p.289.c.1.nu.6.

Actus amoris, & actus fidei accommodati in cultũ Dei, p.282.c.1.num.8.

Actus internus cum externo facit vnum numero actum, p.286.col. 2.num.6.

Actus hæreſis, & odij Dei habent malitiam inſeparabilem quocũq; animo fiant. 289.c.2.n.7.

Actus latriæ ſpecie diſtincti, p.298.c.2.num.2.

Actus externæ latriæ in triplici differentia, p.306.c.1.n.11.

Actus ſecũdo primus ſufficit ad merendum augmentum gratiæ, pag. 160.c.2.num.1.

Actus virtutum dupliciter in Deum ordinant, p.198.col.2.nu.18.

Quis ſit elicitus, quis imperatus ab aliqua virtute, .192.c.1. n.5.

Actus elicitus in eadem potentia, in qua habitus, p.193.c.1.n.7.

Soli primi actus immediati virtutũ reſident in eadem potẽtia, p.202.col.2, num.25.

Actus voluntatis, & intellectus habere rationem potentiæ executricis in Deo ſenſit Molina. p.14.c.1. nu. 5.

Actus diuinæ voluntatis circa Deum vnus ſecundum rem, ratione duplex, pag.9.col.1.n.5.

Actus, quibus Deum honoramus religionis ſunt. p.273.c.2.n.1.

Adoratio quid ſit, p.272.c.2.n.1. & 273.c.2 n.1.& 274.c.1.n.1.

Adoratio latiſsimè, p.273.c.1.n.2.

Pro actu, & pro habitu, c.2.n.2.

In adoratione duo actus, internus, & externus, p.276.c.1.n.3.

Tres actus in adoratione, qui agnoſcant, p.275.c.1.n.3.

Adorationem neceſſariò verſari circa actum externum, tanquam circa proprium obiectũ qui ſenſerint. p.282c.2.n.11.

Quibus fundamentis, p.283.c.2. nu. 12.cum ſequentibus.

In adoratione obiectũ, quod, & cui, p.284.c.1.n.1.

Adoratio, in quo diſtinguatur à virtutibus Theologicis. ibidem.

Actus interior adorationis, quomodo ſe habeat ad externum, p. 278. col. 1.n.2.

Adorationem poſſe conſumari in ſolo actu interno, qui ſentiant, pag. 277.col.2.num.2. & 278.

Adorationem religioſam, quæ Deo

&

& ſanctis competit, poſſe compleri in ſolo actu interno vera ſentẽtia, p. 285. col. 1. n. 4.
Primario, & eſſentialiter conſiſtere in actu interno, ſecũdariò, & quaſi extrinſecè in externo, ibidem n. 5. & p. 338. c. 2. num. 8.
Diſcrimen inter adorationem religioſam, & ciuilem, c. 2. n. 5.
Adoratio humana politica, & ciuilis eſſentialiter conſiſtit in actu externo, p. 286. c. 1. n. 6.
Diſcrimẽ inter adorationem, & orationem, c. 2. n. 5.
Adoratio religioſa circa Deum & Sãctos verſatur, pag. 290. columna 2, num. 2.
Proprijſsimè ſumpta circa ſolũ Deũ pag. 291. c. 1. n. 2.
Multiplex diuiſio adorationis, ibidẽ.
Adoratio religioſa non diſtinguitur á politica, & ciuili per ſolos actus externos, p. 291. c. 2. n. 3.
Adoratio analogicè diuiditur in latriam, & duliam, pag. 292. c. 1. n. 4.
Adorationem reſpicere maiorẽ excellentiam, quę eſt in ſuppoſito, p. 364, col. 1. num. 8.
Adoratio completa, & totalis, quæ? p. 370. c. 2. n. 4.
Adoratio eſt ad alterũ, & cõfert exceſſum rei adoratæ cum perſona adorante, p. 381. c. 1. nu. 13.
Adoratio, quæ reſpicit excellentiam creatam etiam dici poteſt religioſa duobus modis, p. 391. c. 2. nu. 2.
Ægydius Luſitanus, p. 405. c. 1. n. 12.
Alexius Menezius Eremita Auguſtinenſis, p. 457. c. 1. n. 2.
Afflictio moderata lachrymas exprimit, immoderata ſubducit, p. 53 col. 1. n. 10.
Agapytus applicato Chriſti corpore loquelam muto reſtituit, p. 237. col. 2 n. 6.
Amazonum regna, p 55. c. 1. n. 11.
Amoris pignus inſigne, p. 245. col. 2. num. 16. & 246. c. 1. in principio, & col. 2. n. 17.
Amor Dei prǫuenit nos, p. 246. col. 1. nu. 17.
Diuini amoris eximius affectus elucet in oſtenſione verę carnis in Euchariſtia, 257. c. 2. num. 43.
Amor diuinus dignitatis neſcius, dignatione diues, affectu potens, pag. 258. col. 1. num. 44.
Amico deferendum, vt æquali, pag. 258. c. 2. n. 45.
Amicitia ſuperbiam neſcit, ibidem.
Amicitia nihil maius in natura. pag. 259. c. 1. n. 45.
Amor ſibi maior lex, ibidem, n. 46.
Amico non differendum datum, ibidem.
Amor carnalis, quaſi nõ amor reſpectu amoris diuini, ibidem.
Amor verus nec interuallis locorũ, nec diuturnitate conſumitur, pag. 259 c. 2. nu. 46.
Amor amcitiæ, p. 284. c. 2. n. 2.
Diſcrimen inter ſummum amorem, & ſummam adorationem, p. 352. c. 1. n. 9. & 369. c. 1. n. 2.
Anabaptiſtæ mortuos negabant deplorandos, p. 59. c. 2. num. 17.
Analogica repræſentatio duplex, p. 417. c. 2. nu. 3.
Angeli quomodo careant virtute fortitudinis, & temperantiæ, pag. 111. c. 2. num. 9.
Angelis perfectioribus in naturalibus perfectior gratia data eſt, pag. 132. c, 2. n. 5.
Angelus mouit linguam aſinæ Baalam ad loquendum, p. 146. c. 2, n. 7.
Angeli apud Abrahamũ, Lothum, & Tobiam diuertentes, ibidem.
Angeli corpus aereũ humano ſimile aſſumpſerunt, pag. 445. columna 2. num. 26.
Angelus poteſt eſſe inſtrumentum creationis, p. 359. c. 1. n. 4.
Annularis digitus ornatus, p. 153. c. 2. nu. 19.
In annulis imagines. ibidem.
Apes ceream Eccleſiam ſacræ Euchariſtiæ extruunt, pag. 268. colum. 1. num. 61.
Sacrarium expoliunt, ibidem col. 2.

Digitized by Google

Apes caſtæ, ibidem num. 62. & 269. c. 1. num. 62.
Apollinis reſponſa, 440. col. 2. n. 16.
Appetitum non conſtituere ſpecialẽ gradum, ſeu ordinem entium, quo modo intelligendum ſit, p. 9. c. 1. num. 4.
Appetitus metaphoricè dictus in rebus inanimatis, p. 5. c. 1. num. 6.
Appetitus in Deo pro naturali inclinatione ad bonum proprium, p. 5. col. 2. num. 6.
Apoſtoli inſtituti ſunt ſacerdotes in nocte cœnæ, p. 470. c. 2. n. 8. ſed nõ ſtatim pro tunc Epiſcopi ibidem.
Aptitudo ad virtutes ineſt nobis à natura, p. 297. c. 2. n. 7.
Ariſtoteles exiſtimauit Deum agere ex neceſsitate naturæ, p. 10. col. 1. num. 1. multi aliter philoſophum exponunt, ibidem.
Ipſum non fuiſſe aſſequutum modũ mirabilẽ, quo Deus ad extra operatur: verior ſententia p. 11. col. 1. num. 1.
Artes depingendi, & ſculpẽdi à Deo infuſæ, p. 402. c. 2, num. 8.
Attributum vnum non eſt in Deo cauſa alterius, poteſt eſſe ratio demonſtrandi illud, p. 4. c. 2. num. 5.
Attributa diuina diſtinguuntur in Deo formaliter virtualiter, pag. 8. c. 1. num. 1.
Authoritas D. Auguſtini magna, p. 486. c. 2. num. 11.
Auerroes Deum ſenſit agere ex neceſsitate naturę, p. 10. c. 1. nu. 1.
Auguſtinus Pater pluſquam quadraginta octo diuerſorum ordinum, p. 145. c. 2. num. 3.
Auguſtini cor mouetur audito nomine Sanctę Trinitatis, p. 143. c. 1. num. 1.
Mouetur, & exultat cum in miſſa dicitur Sanctus, Sanctus, ibidem, c. 2. in principio.
Auguſtini cor proſternit hæreticos, p. 144. c. 1. n. 2.
Quare depingatur in vaſe ſuper altari, ibidem.
Quare in eius miſſa dicatur præfatio de Sancta Trinitate, p. 143. c. 2. in princ.
Auguſtinus in lege gratiæ alter Abrahamus pater multarum gentium, p. 148, c. 1, n. 9.
Auguſtini cor inquietum donec requiſceret in Deo ſuo, p. 147. c. 1. num. 8.
In manu Dei ſicut cor Regis, ibidẽ.
Manus Domini cum Auguſtino, p. 148. c. 1. num. 9.
Dei maxima cura de corde Auguſtini, ibidem.
Mouebat Auguſtini cor, ibidem, c. 2. num. 10.
In Auguſtino viuebat Chriſtus, ibidem.
Auguſtini cor tranſfixum ſagitta charitatis, p. 149. c. 1. num. 10.
Vero, & carneo vulnere transfixum qui Authores ſenſerint, p. 151. col. 1. num. 14. & p. 455. c. 2. num. 36.
Auguſtini cor phęnix, p. 149. col. 1, num. 11.
Auguſtinus præſtantiſsima imago Dei, p. 155, c. 2. num. 20.
Per ſe ipſum libros liberalium artiũ percepit, p. 155, c. 2. num. 19.
Ingenij acumen, ibidem.
Auguſtinenſes Eremitæ profitentur expreſsè miſsiones in remotiſsimas partes dilatandæ fidei cauſâ, p. 2 . c. 1. num. 9.
Auguſtinus à Caſtro Auguſtinenſis Hiſpaniarum Primas, 141. c. 1. num. 1.

B

¶ Balſamũ nõ eſſe de eſſentia Chriſmatis, qui ſentiant? p. 472. col. 1. n. 1. cum ſequentibus,
Oppoſita ſententia vera eſt, p. 475. col. 1. à nu. 10.
Balſami mixtionem eſſentialiter requiſitam, p. 473. c. 2. num. 6,
Balſamum quondam rarum, ibidem.
Eſt humor ſpiſſeus, ibidem.
Ex quã nã arbore, & quomodo colligatur, ibidem,
Quondam ante Chriſti ortum ſoli Iudææ datum, p. 474. col. 1. nu. 7.

Digitized by Google

Poſt ortum Chriſti alijs etiam in partibus repertum, ibidem.
Error aliquorum circa balſamum. ibid.col.2.n.8.
Hortus balſami mirabiliter fructificans, ibid.
Semel tantùm in ſacra Scriptura factam fuiſſe balſami mentionem ſenſit Boſius, ſed non benè, pag. 475.col.1.n.9.
Regale decus deſignat, pag.478.col. 2.n.18.
Bonum Chriſti odorem, pag. 477. col.1.n.12.
Non diſpenſauit Pius Quartus in balſamo, ſed declarauit indicum eſſe materiam ſufficientem Chriſmatis, ibid.col.2.n.14.
Baptizati quaſi lactentes in fide, pag. 465.col.1.n.16.
In baptiſmo non reperitur votum de ſeruanda fide, p.180.c.1.n.10.
Reperitur tamen votum impropriè, & latè, pag 203. col.2.n.2.
Beati vident ea, quæ pertinent ad ipſorum ſtatum, pag.387.col.1.n.6.
D.Benedictus mortuum ſuſcitat applicato Chriſti corpore, pag.237. col.2.n.6.
Beneficium, aut cathedra debet tribui digniori, pag.127.col.1.n.2.
D.Bernardus fœminam à dæmonis preſſura liberat, applicato Chriſti corpore, pag.237.col.2.n.6.
Biblis conuerſa in fontem, pag.65. col.1. n.24.
Bonum melius, quod votum intendit, quale? pag.170.col.2.n.3.
Bouis exta reperta ſine corde, pag. 152.col.2.n.18.
Bracharenſes vituli imaginem pro ludibrio efformabant, pag. 405, col.1.n.12.

C.

¶ Caluinus Chriſti, & Sanctorum imagines recipit cum annotatione hiſtoriæ, pag.409.col.1. n.1.
Eas tamen ſimpliciter reijcit, ibidē,
Cannenſis cladis luctus prohibetur, ne vltra triginta dies extendatur, pag.65. col.1.n.24.
Capacitas dupliciter accipitur, p. 5. col.2.n.6.
Charitas vna, & eadem ſpecie verſatur circa Deum, & ſanctos, pag 374.col.2. n.4.
Caro Chriſti quæ apparet vt caro Chriſti quomodo adoretur, pag. 257.col.1.n.42.
Carolini libri falſo tributi Carolo Magno, pag.407.col.1.n.7.
Carolus Magnus Francorum Rex verus imaginum cultor, pag.408. col.2.n.3.
Cauſa indifferens creata indiget aliquo, à quo in ſingulari determinetur, non verò cauſa increata, p. 29.col.2.n.6.
Cauſæ ſecundæ non concurrunt ad omnem effectũ ad extra, pag. 11. col.2.n.2.
Cepa purgat oculorum caliginem, pag.54.col.1. n.11.
Eſt ſymbolum lucri ex inimicis reportati, ibidem col.2.n.11.
Cerebrum quando exſiccatur non emanant lachrymæ, pag.53. col. 1.n.10.
Ceſſatio ab omni opere ſeruili quid ſignificet? pag.321.col.1.n.5.
Nuda ceſſatio ab omni opere ſeruili videretur opus Iudaicũ, pag.324. col.2. n.4.
Chriſmatis ſacramentum impugnãt hæretici, p.459.col.2.n.3. ex literis diuinis, n.4.& 5. ex rationibus.ibid.
Veritas ſtatuitur contra illos, p.460. c.1.n.7.
Idem oſtenditur ex diuinis literis, ibid.& 461.c.1. per totam,
Idem ex Conc.& Sum.Pont.p.462 c.2.n.10.
Ex Patribus, p.463.c.2.n.12.
Chriſma quid ſit? p.456.c.1.n.1.
Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, p.464.c.1.n.13.
Chriſmatis diſtinctus effectus à baptiſmate, p.464.c.1.n.16.

Diſtin-

Diſtinctus caracter, p.465.c.1.n.16.
Excluduntur hæretici hoc ſacramẽtum impugnãtes, p.461.c.2.n.8, & 462.col.1.n.9.
Canoniſtæ quid de materia huius ſacramẽti ſentiant circa olei vnctionem, p.468.c.1.n.4.& 5.
Illorum fundamenta diſſoluuntur, col.2.n.6.
Chriſma eſſe verum ſacramentum, pag.460, c.1.n.7.
Eſſe à Chriſto Domino inſtitutum, pag.464. c.1. n.13.
Quo tempore inſtitutum? pag.469. c.1. n.7. Quo die? col.2.n.8,
Illius inſtitutionem non fuiſſe conſummatam in nocte cœnæ probabilius, p.470,c.1.n.8.
Eccleſiæ vſus circa hoc ſacram. ibid.
Chriſmatis ſacramentum debere eſſe ex oleo, p.455.col.2.n.1.
Patres nomine Chriſmatis intelligunt vnctionem ex oleo, & balſamo, p.478,c.1.n.17.
Debet eſſe prius ab Epiſcopo benedictum, pag.479. col.1.n.17.
Per ſacramentum Chriſmatis armantur fideles, p.467.c.2.n.3.
Non ſemper Apoſtoli vſi ſunt in hoc ſacramento ſola manuum impoſitione. pag.468. col.2.n.6.
Potuerũt tamẽ illud ſic exercere ob poteſtatẽ à Chriſto D. cõceſſã. ibi.
Chriſtianæ victoriæ trophæum, pag. 451.col.1.n.3.
Chriſtus B. Claræ ſponſus ſanguinis, ibid. c.2.n.32.
Chriſtus ingreditur ad diſcipulos ianuis clauſis, p.263.c.1.n.52.
Reſurgit à ſepulchro obſerato, pag. 263,c.2 n.53.
Apparet diſcipulis euntibus Emaus, pag.257, col.1,n.41.
Chriſtus ſub ſpecie fulgidi calicis, atque hoſtiæ apparet in cœlo, pag. 244.col.1,n.14,
Chriſtus proprijs oculis videt corpus ſuum ſacramentaliter exiſtens, p.249, c.2.n.26.
Facilius poſſe videri ab oculo ipſius Chriſti ſacramentaliter exiſtentis, quam ab alio non ſic exiſtente, p.255. c.2.n.37.
Chriſtus per verba ſacerdotis quodãmodo renaſcitur, p.265,c.1,n.55.
Chriſtus in corde B. Caræ voluit ſe exhibere verum Deum, & verum hominem, p.449, c.1.n.30.
Chriſti nomen à Chriſmate, p. 467, col.1, n.13,
Chriſtus quomodo diſcipulos inter oliuas cõfirmauerit, p 466.c.1.n.1.
Cingulum ex corio marini vituli geſtabat Auguſtus contra fulmina, p.150, c.2. n.13.
Clara de mõte falcone Eremita Auguſtinenſis, p.431.c.1.n.1.&433. & 434. per totam, & 435,c.1.n.6.
Tres lapilli reperti in felle ipſius, p. 432. cum ſequentibus. Eiuſdem ponderis, coloris, & figuræ nullis oculis diſcriminandi, ibidem,
Inſignia paſsionis carnea in ipſius corde, ibid. c.2. n.1. & 447. c.2. n.29.
Diſcrimen inter colorem in cõmuni, & in ſingulari exiſtentem indiuiſibiliter, pag 255.c.2.n.36.& pag.261. c.1.n.48.
Columna Chriſti, p.452,c.2,n.32.
Cõmutatio in materia iuſtitiæ ſemper habet repaſsionẽ, p.97.c.1.n.4.
Concilia, quæ citãt hæretici ſunt cõciliabula, pag.407.c.1,n.7,
Concilium Cirmienſe fuit conciliabulum, p.445,col.2, n.25.
Coniugium inſtitutum propagationis cauſa, p.269, c. 2,n.63,
Coniugati ſuam crucem habent, p. 451, c.1, n.29,
Cor contactum vero cordi P. Auguſtini, p.142, c.1,n.11,
Cor auari extractum ex arca, cui hærebat, iuſſu D. Antonij Luſitani, pag.144,c,2,n.35,
Cor vitæ fons, p.145.c.1.n.4,
Primum generatur in viuente, ibid.
Primum principium virium vitaliũ, ibidem,
Cor princeps pars corporis, p. 152. col.2, n.18.
Cor pro intellectu, p.153. c.1.n.18,

Digitized by Google

Cor noſtrum quando nos deſerat. pag.149.c.1,n.10,
Cor hominis ſacrificium Deo gratũ, p.151.c.2.n.16,
Nobilitas illius, ibidem.
Cur mori præcipiatur offerri in ſacrificium? p.152.c.2.n.18.
Illius immobilitas, ibidem.
Conſtantinus euertit Iudæorum, & Gentilium ritus, p.277.c.1.n.1.
Conſtantinus, & Iræna mater Eccleſiæ fauerunt, pag.399.c.2.n.2.
Contractus voluntarij quales? pag. 102. c.1.n.2.
Inuoluntarij quales? ibidem.
Contingentia ſumitur etiam pro libertate ad oppoſitũ,p.29.c.1.n.5.
Cor lapideum Deus aufert, p. 241. col.1.n.9.
Corona muralis quæ?448.c.1.n.29,
Corona vallaris, ibidem.
Corona Chriſti ſpinea, ibid.
Illam duxit in triumphum, ibid.
Figurata fuit in rubo ardenti, ibid.
Corpus ſacramẽtaliter exiſtens poſſe per miraculum videri ab oculo corporeo, dubitat D. Bonauent. p.250.c.2.n.27. Quid Scotus de hoc ſentiat? p.251. col.1. n.27.
Quid Gabriel? col.2.n.28.
Adducuntur tres modi dicendi pro parte affirmatiuã, pag. 252. c. 2. n.29.& 253.c.1.
Quo ſenſu vera ſit? ibid. n.30.
Corpus non exiſtens quantitatiuè in loco poſſe ex ſe emittere ſpeciẽ, quæ medium naturaliter alteret, & potentiam corpoream, ſentit Scotus, p.254.c.1.n.32. Oppoſitũ probabilius,ibid.diuina virtute fieri poſſe, ibid.&p.260.c.2.n.48.
Tunc videretur ſub modo inextenſo, p. 262.col.1.n.49.
Non poterit videri ab Angelo naturaliter, pag.256.col.1.n.38.
Quando corpus ſic exiſtens miraculosè videretur,non videretur modus ipſe exiſtendi directè,&in ſe, p.256.c.1.n.39.& p.261,c.1.n.48.
Idẽ corpus diuina virtute poteſt eſſe in pluribus locis quãtitatiuè, pag. 262.c.1.n.50.& col.2.per totam,
Reijcitur Durand. ibid. n.51.
Omnia ſimul in momento temporis fuiſſe creata, p.480. c.1.n.1.
Moyſen de orbis creatione per tropũ fuiſſe loquutũ,ibid.c.1.n.1. Etiã ſimul creata fuiſſe mixta, 481.c.1.n.2
Canus,& Caiet.in quo cõueniant cũ ſentẽtia P.Aug.in aſsignãdis creationis diebus,& in quo diſsideant, p.483.c.1.n.5. Caietani ſentẽtia eſt improbabilis, p.485. c.2. n.9.
In rerum creatione ſex veros & naturales dies interceſsiſſe, communior ſententia, p.483,c.1.n.5.
Productio ſimplicium quanto tempore anteceſſerit creationẽ mixtilium, p.486.c.2.n.11.
Solutio ad rationes contra P. Aug. ibid. n.12.
Solutio rationũ contra communem ſententiam, p.488,c.2.n.16.
Creati ſunt cœli in primo inſtãti,ornat' eorũ poſteà,p.491.c.2.n.20.
Creaturæ futuræ liberè diſtinguntur à Deo,p.22, c.1.n.2,
Poſsibiles vt ſunt in Deo neceſſariò diliguntur,p.22,c.1,n.2.
In ſe ipſis ſpectatæ, quomodo diligũtur, p.22.c,2.n.2.& 24.c.1.n.8,
Credere primarius actus fidei,confiteri ſecundarius, & quaſi obiectũ illius, pag.278,c.2.n.2.
Crux ſignificat compreſsionem carnalis affectus, p.450,c.1.n.31.
Crux Chriſti trophæum, ibidem,
Figurata in virga Moyſis, ibid.c.2,
In ſerpente æneo adumbrata, ibidẽ,
In cythara Dauidica,p.451,c,1,n.31,
Fuit vitæ lignum in mediò paradyſi, ibidem,
Crux coronata apparet in extis immolandæ victimæ Iuliano Imper. pag.452,col.1,n.33,
Crucifixi in ſomnijs nuptias deſignat, pag.451,c.2,n.32,

D.

¶ Dachriogonos lachrymarum auctor, pag.92,col.2,n.9,

Damnati non emittunt lachrymas, pag.55. col.2.n.12.
Darocæ miraculum in Regno Aragoniæ, p.234.c.2.n.2.
Datum, & acceptum veræ commutationis quale oporteat eſſe? p.96, col.2.n.4.
Datum, & acceptum inter rationis capaces, p.102.c.1.n.2.
Debitor qua talis ſubijcitur ei, cui debet, pag.92.c.2.n.1.
Debitum verum ſemper transfert aliquod dominium à debitore in creditorem, p.105.c.2.in fine.
Deliberatio triplex, p.159.c.2.n.3.
Deus eſt omnium rerum cauſa, p.9, col.2,n.1.
Deus radicaliter per diuinam naturam operatur, p.20.c.1.n.2.
Deus intelligit per voluntatem, quo ſenſu verum ſit, & quo falſum? ibid. c.2.n.3.
Deus ad extra non operatur per eſſentiam, quatenus eſt, ſed quatenus vult, p.11. col.1.n.2,
Deus vult ſuam bonitatem neceſſariò, cætera verò liberè, p.6.c.1.n.1.
Deus vult ſe, vt finem, cætera verò propter ſe, vt propter finé, ibi.c.2.
Deum agere ex neceſsitate naturæ, qui ſenſerint? vide Ariſt. & Auer.
Deum eſſe infinitæ potentiæ, & magnitudinis expertem credidit Ariſtotel. p.10.c.2.n.1.
Deus nulli poteſt eſſe debitor, p.92. col.2. n.1.
Deus non paſcit iuſtos delicatis cibis, ſed ruſticis, & aſperis, pag.61. col.2. n.15.
Deus poteſt producere ſe ſolo ſpeciem, quæ repræſentet obiectum corporeum non exiſtens modo quantitatiuo, p.260. c.2.n.48.
Deus etiam adorandus eſt actibus corporeis, p.276. c.2.n.1.
Diſcrimen inter honorem exhibendum Deo, & hominibus, p.278. col.1. n.3.
Deus affectum reſpicit, homo effectum, pag.288.c.2.n.3.
Deus ſolus religioſas ceremonias poteſt inſtituere, quæ terrenis poſthabitis homines ad Deu dirigant, pag.294.c.1.n.7.
Deus eſt colédus: communiſsimum principium, p.316. col.2.n.5.
Deus per communicationem idiomatum dicitur paſſus, & mortuus, pag.365. c.1.n.11.
Deus poteſt ſe diligere, non poteſt ſe adorare, p.381. c.1,n.13.
Deus etiam per promiſsionem non fit nobis debitor, p.104. c.2.n.2.
Deus non læditur per peccatum, pag. 109. col.1.n.5.
Deus punit citra, & præmiat vltra condignum, pag.119. c.2.n.1,
Deus ſeruauit proportionem geometricam in diſtribuendis perfectionibus naturalibus, & ſupranaturalibus, p.132.c.2.n.5.
Deus perfectioribus naturis perfectiora dona contulit ſine vlla obligatione, pag.139.c.1.n.3.
Deus ſe ſolo poteſt ſupplere concurſum cauſæ creatæ effectricis, pag. 148.c.2.n.10.
Deus aliter iudicat, aliter homines, p.182. col.2.n.3.
Deo reddendum eſt corpus, animus, & voluntas, p,447.col.2.n.29.
Deus ſolus eſt, non ſolitarius, p.439. c,1.n.3,
Dies Dominica, qua auctoritate ſit ſubrogata loco ſabathi, pag. 322. c.1.n.6.& c.2. per totam, ibi latè,
Rationes ob quas dies Dominica ſanctificata fuit, p.328, c.1,n.3.
Dies Dominica in lege gratiæ ſanctificata, p.319.c.2.n.1.
Nomine diei Dominicæ alij dies feſti, ibidem,
Diſcrimen inter diem Dominicam, & alios dies feſtos, p.324.c.1.n.1,
Dies certi Deorum cultui dicati apud infideles, pag.319.c.2.n.1.
Dies naturalis, p.489.col.2.n.29.
Sex dies veros, & naturales interceſſiſſe in creatione orbis, communior ſententia, ibid.
Didacus de Paiua Luſitanus, p.436. col.2,n.8.

Directio ſcientiæ ex parte intellectus addita vt denominetur Deus libere volens impugnatur, p. 42. c.1, n.4.
Diſtinctio virtualis in obiectis ſufficit ad diſtinguendas ſpecie virtutes, p. 336, c.2.n.3.
Quomodo id verũ ſit? 338.c.1.n.7.
Doctores oculi Eccleſiæ, p.159.c.1. n.20.
Dœmon per ſerpentem Euam decipit, p.146.c.2.n.7.
Dolor gerit ſpeciem ignis, pag.55. c.2.n.3.
Magis tectus, magis igneſcit, ibid.
Donum Spiritus Sancti quid ſit? p.63.c.1.n.20.
In quo diſtinguatur à virtutibus infuſis, ibid.
Donum timoris retrahit á malo, pag. 297.c.1. n.7.
Dulia creatam excellẽtiam reſpicit, p.290.c.2.n.1.
Dulia eſt virtus, p.306. c.2.n.2.
A latria diſtincta, p.307.c.1.n.2.
Eſt vna virtus ſpecie ſubalterna, ibidem, c.2.n.3.
Species illius pietas, & obſeruãtia, ibi.
Diuiditur in ſimplicem duliam, & in hyperduliam, p.309.c.1.n.5.
Quid vtraque ſit? ibid.
Vtraque ſpecies deinde ſubdiuiditur, ibid.c.2.

E.

Eccleſiæ antiquus vſus in cõmunione ſacra præbenda fidelibus, pag. 240. c.1.n.9.
Eccleſiæ eſt determinare tempus ad colendum Deum, p.324.c.1.n.1.
Eduardo Regi Angliæ Chriſtus in ſacro myſterio apparet, pag.244. c.1.n.16.
Elias fugiens à facie Ieſabelis paſcitur à muliere Sareptana, p.61. c. 2.n.19.
Subcinericium panem illi affert Angelus, p.62.c.1.n.19.
Eliſæus apponit filijs prophetarum herbarum ollam, p.61.c.2.n.19.
Elohim non habere ſingulare, qui exiſtiment? p.443.c.1.n.22.
Eloah in ſingulari reperitur, p.443. c.2.n.23.
Epiphanius reprehendit Collyridianos, p.400. c.1.n.3.
Epiphanius, quare fregerit imaginẽ, quæ erat in tẽplo, p.415.c.1.n.9.
Epiphanij diſcipuli imaginem eius in templo collocarunt, ibidem.
Epiphanius, quare reprehenderit aliquot Virginis adoratores, p.378. c.2.n.11.
Epiphora morbus oculorum, p. 64. c.2.n.23.
Epiſcopus in ſacramento Chriſmatis perſonam Chriſti ſuſtinet, p.478. c.2.n.18.
Eſſentia diuina primarium obiectũ diuinæ voluntatis, p.6. c.1. n.1.
Ab omni alia bonitate independens, illamque in ſe continens, ibidem.
Eſſe creatum pendens ab increato, p.307.
Euchariſtia fructus arboris vitæ, p. 239.c.1.n.8. Immortalitatis ſymbolum, ibid. Aſsimilatur fermẽto, ibidem, c.2.n.8.
Ad illam ſæpè accedendũ, ibid.n.9.
Primus fons, qui inter alios è latere Chriſti erupit fuit hoc ſacramentum, p.240. c.1.n.9.
Impij ex hoc fonte venenum hauriunt, ibid.c.2.n.9. Iuſti vitam, & immortalitatem, ibid.
In arca Noe figurata Euchariſtia. ibi.
In ſacra Euchariſtia duplici ex cauſa apparitiones contingunt, p. 242. c.2. n.12.
Euchariſtiã verſa in lapidem, p.241. c.1.n.9.
Verſa in cinerẽ, ibid. in carnẽ, p.243. c.1.n.13 Quondã in manibus cõmunicantiũ tradebatur, p.241.c.2. n.9.
In illius ſumptione terribilis Angelorũ cohors apparet, 242.c.1.n.9.
Quidam illuminati, quidã non. ibid.
Sacra Euchariſtia compendium omnium mirabilium amoris diuini, p.269.c.2.& 260.c.1. per totam.

Euchariſtia primis Eccleſię filijs ſicut manna habet ſaporē mellis,p.260. c.2.n.47. Poſteà frigeſcente amore ſicut panis oleatus,ibidem.
Euchariſtia adoranda latria, p. 345. c.2. n.3. Vno, & eodem actu, vt conſtat ex Chriſto, & ſpeciebus, p.371, c.2.n.2.
Præceptum de adoratione huius ſacramenti,p.372.c.2.n.3.
Euchariſtia in ignē proiecta ſurſum mota,p.235.c.1.n.3.
Contuſa ab hæreticis intacta permanſit,ibid.
Erūpit de pollutis viſceribus,p.236. c.1.n.4. patenæ adhęſit,p.235.c.2. nu. 4. In gladium conuertitur, p.236. c.1.n.5.
Ab extremo ad extremū, nō fit trāſitus,niſi per mediū,p.263.c.2.n,53
Excellentiam ſtatus, & dignitatis diſtinctam eſſe ab excellētia virtutis, verior ſentētia, 308.c.2.n.4.
Ezichij ſententia circa præcepta primæ tabulæ,p.311.c.1.n.3.

F.

Fidei materiale obiectum manſit in Chriſto Domino, p.111.c.1.n.8. non formale, ibid.
Fides pro fidelitate, p.202.c.1.n.23.
Fidelitatis duplex acceptio, p. 201. c.2.n.22.
Non omnis figura, in qua Deus apparuit accommodata ad cultum, p.422.c.2.n.11.
Filius paruus quomodo habeatur aliquid patris, p.121. c.2.nu.5. occidens patrem peccat contra pietatem, ibid.
Filius tempore Ariſtotelis non habebat dominium,aut vſum bonorum aduentitiorum, aut caſtrenſium, pag.122.c.1.n.6.
Oppoſitum poſteà iure Cæſarum introductum, ibid.
Iure Luſitano, quid dicendum ſit circa bona aduentitia filij? ibid.
Quid iure Caſtellæ?ibid.
Flentes,qui accedunt ad Deum ſemper impetrant, p.52, c.1, n.6.
Flos mirabilis ex nouo orbe, p.453. c.1.n.35. & c.2. per totam.
Fœminæ cerebrum, tenerrimū, delicatū, ac humidū, p.54.c.2, n.11.
Fœmina magis ex aere quàm ex alio elemento conſtans, ibid. Prima fœminæ fabricatio,p.55.c.1.n.11.
Fœmina ad lacrhymas procliuis, ibi. Ad iram, pudorem, ac inuidiam, p. 57.c.1.n.14.
Frequentia in accedendo ad ſacram Euchariſtiam qualis ſit laudabilis? p.237.c.1. n.5.

G.

Ganimedes à Ioue raptus, pag.439. c.2.n.13.
Gehenna quid apud proſelytos Iudæos. p.63.c.2.n.21.
Geloniç mulieres colebant agros, ſimiliaq; opera exercebāt,15.c.1.n.11.
Gētes aſſuetę oleo vngi.470,c.2.n.9
Gentibus etiam fuit adumbratū myſteriū S.Trinitatis,p.440.c.2.n.16
Genua à genis ex Ruperto,p.57.col. 1.n.16,
Gloria quid ſit? p.273.col.1.n.1,
Gratia hominem in filium Dei adoptat, pag.87.c.1.n.3,
Gratia collata Beatæ Virgini. Vide Maria Virgo.
Guloſus cor habet in ventre, p.144, c.2.n.3.

H.

Diſcrimen inter habitum charitatis, & adorationis, vt vnus, & idem ſpecie attingat Deum, & proximum, non verò adorationis, pag. 379.c.2.n.12,
Aliud diſcrimen ex D.Thoma,ibid.
Aliud adducit Vaſq. 380,c.1, n.12)
Verum diſcrimen aſsignatur reiectis præcedentibus, ibid.c.2. n.13.
Hebræus, qui videbat infantem tradi ad manducandum ijs, qui ſacrā Euchariſtiam recipiebant,p.243. c.1, n,13.
Apud Hebræos nullum Verbū quo diſtinguatur cultus Dei per ſe ſolum, p.293.c.1.n.6.cū ſequentib.

Digitized by Google

Hebræi vtuntur ſubſtantiuis pro adiectiuis p.444.c.2.n.23.
Hominis formatio in vtero ad lacrymandum, p.57.c.1.n.16.
Homines lachrymoſi mulieres, ibid. c.2.
Homines molliores, & infirmiores in diuinis literis etiam dicuntur fœminæ, p.59.c.1.n.16.
Homo tribus modis poteſt Deo obligari.
Homo qui reſultaret in humanitate à Verbo demiſſa, non eſſet Redéptor, p.357.c.2.n.3.
Homo per ſenſibilia de inſenſibilibus edocetur. p.421.c.1.n.9.
Homo in triplici potẽtia refert Deũ Trinum, p.446.c.1.n.27.
Hæretici impugnatores cultus Beatę Virginis, p.374.c.1.n.1.
Hæretici cum Mahometanis conſentientes, pa.384.c.1.n.2.
Hæreticorum venenum contra ſacram Euchariſtiam, pag.416. c.1. n.11.
Hæretici tranſiluani, p.340.c.1.n.4.
Hæretici inconſtantes, ibid.
Hæretici ſceleſtiſsimos homines adorant, ibid.
Hæretici impugnant adorationem Filij, & Spiritus Sancti, p.328. c. 2. n.2.
Holocauſtũ quid ſit? p.338.c.2.n.8.
Hoſtia quæ in altari poſita rubeſcit, p.244.c.1.n.15.& c.2.in princip.
Hoſtia, in qua apparet caro, aut ſanguis, non eſt ſumenda, p.266.col. 1.n.56.
Aliquando caro in ea apparens, aut ſanguis diuturnitate temporis denigratur, p.266. c.2.n.57.
Quid agendum ſit, dum caro, aut ſanguis apparet, p.265. c.2.n.56.
Hoſtia pacifica, quid ſit? p.338. c.2. n.8.
Hoſtia pro peccato, ibidem.
Humanitas formale principiũ actionum humanarum Chriſti, p.82. c.2.n.6.
Humanitas erat, quæ pro peccatis hominũ ſatisfaciebat, vt quo, ibid.
Humanitas Chriſti diadema, quo coronauit eum Mater ſua, p. 447. c.2. n.29.
Humanitas Chriſti, vt vnita Verbo, primò, & immediatè quomodò debeat adorari latria? p.344.c.2. n.3. cum ſequentibus.
Humanitas non terminat latriam ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud in ipſa, p.246.c.1.n.4.
Humanitatẽ neque, vt vnitam Verbo adorandam eſſe latria, qui ſenſerint, & quibus fundamentis, pag.344. c.1.n.2.
Hanc ſententiam eſſe hæreticam ſentit Vaſq. p.348.
Cenſura Medinæ, & Palacios circa prædictam ſententiam, ibid. n.2.
Hæreſi valde proximam, & erroneã eſſe prædictam ſententiam, verior reſolutio, p.350.c.1.n.5.
Chriſtus D. ſecundum humanitatẽ adorauit Patrem, p.349.c.1.n.3.
Natura humana eſt res coadorata cũ Verbo, p.354.c.1.n.12.
Et eſt ratio quare Chriſtus Patri verè dicatur ſubiectus, ibid. n.14.
Humanitatẽ re ipſa à Verbo dimiſſam adorandam latria ſenſit Vuicleph. p.356. c.1.n 1.
Prædictam ſententiam eſſe hæreticam ſentiunt nonnulli, p. 358.c. 1.n.3.
Oppoſita ſententia vera, & communis, p.357.c.1.n.2.
Humanitas inſtrumentum redemptionis, p.359.c.1.n.4.
Humanitas dupliciter poteſt concipi abſtracta à Verbo, ibid.c.2.n.1.
Quid ſentiant aliqui de humanitatis adoratione præſciſa à Verbo, ſed cũ vnione ſpectata. p.360.c.1.n.1.
Quid de illa abſtracta à Verbo, & ab vnione, ibid. c.2.n.2.
Humanitatem non poſſe præſcindi à Verbo ita vt adorari poſsit latria impropriè dicta, ſi in eo conceptu cum humanitate repræſentetur vnio ad verbũ. Verior ſententia, p.366.c.2.n.12.
Et hoc ſiue admittatur humanitatẽ

Digitized by Google

immediatè ſanctificari per vnionem, ſiue per ipſã diuinitatẽ, ibid.
Humanitatem Verbo Deificatam, & ſanctificatam non poſſe decenter adorari ſine Verbo, etiamſi ab eo concipiatur præſciſa, & cum ſolis donis gratiæ creatæ, & gloriæ qui ſenſerit, & quibus fundamentis? p. 362. c. 2. n. 5.
Poſſe tamen adorari hyperdulia verior ſententia, p. 364. c. 1. num. 9.
Non tamen hanc eſſe veram, & cõpletam adorationem, ibidem c. 2. num. 10.
Humanitate ſic adorata verbum neque ſecundariò adorari, ut obiectũ talis actus propria ſentẽtia, p. 365, c. 1. num. 11. & p. 366. c. 2. n. 11,
Qui Verbum propter humanitatem adoraret imprudenter ageret, ibidẽ col. 1. num. 11.
Humilitatem præferendam eſſe religioni ſenſit Caiet. p. 304. c. 1. n. 7.
Reijcitur, ibidem. c. 2. num. 8.

I.

¶ Iecur fons ſanguinis, pag. 66. col. 1. nu. 25.
Ieiunium elicitum ab abſtinẽtia imperatum à charitate, pag. 192. c. 2. num. 5.
Ignis inter Auguſtalia inſignia, pag. 150. col. 1. num. 13.
Idolum imago inanis, p. 394. col. 2. num. 2.
Diſcrimen inter imaginem, & Idolum p. 395. c. 2. num. 3.
Idolum denominatiuum ab Idos, p. 395 col 1. n 2.
Idolum late acceptum quid, ibidem, c. 2. num. 3.
Idolum mendacium vanum, & falſum, p. 396. col. 2. num. 3,
Idolo dulia quid ſit? pag. 397. col. 3. num 6.
Imago quid ſit? p. 393. col. 2, n. 1.
Non quælibet adoratio falſæ imaginis eſt idolatria propria, pag. 397. col. 1. num 5.
Imaginũ impugnatores, qui fuerint, & á quo tempore, pag. 398. col. 2. num. 1, & 399. c. 1. num. 2,
Quod prius vera imago fuit poſtea aliquibus poteſt eſſe pro idolo, p. 397. col. 2. num. 6.
Imaginum effigiatio, aut efformatio eſt per ſe licita, illarumq; vſus optimus in Eccleſia, p. 401. c. 1. n. 6.
Oppoſitum aſſerere eſt hæreticum, col. 2. num. 6.
Duplex repræſentatio in imagine, p. 417. c. 1. num. 2.
Imagines in annulis geſtaremos antiquiſsimus, p. 403. c. 1. num. 8.
Imagines B. Virginis à D. Luca depictæ, ibidem, nu. 9.
Imagines Chriſti duæ ſuo tempore, col. 2. num. 9.
Imago crucifixi facta á Nicodemo, ibidem.
Imago D. Thom. apud Indos, dum flexis genibus crucem adorans occiditur, 403. col. 1. num. 9,
Non omnis efformatio idoli eſt per ſe, & intrinſecè mala, pag. 404. col. 2. num. 4.
Idoli efformatio in ludibrium poteſt eſſe actus bonus ex zelo religionis, p. 405. c. 2. num. 12,
Idoli efformatio propter aliud prohibita, ibidem.
Quomodo habendæ, & colendæ ſint imagines? p. 424. c. 2. num. 2.
Prout eſſe poteſt occaſio ſcandali, & idolatriæ ſimpliciter eſt prohibita per præceptum charitatis, ibidem num 13.
Imagines Chriſti, & Sanctorum ſimpliciter reijcit Caluinus, pag. 409. col. 1. num. 1.
Neq, eſſe in tẽplis collocandas, ibid.
Catholica veritas ſtatuitur, 410. col. 1. num. 3.
Reijcitur, vt hæreticum dogma Caluini, p. 411. c. 2. nu. .. & 5.
Eleberitanũ cõcilium erraſſe cenſeruntaliqui, 41. col. 2. num. 6.
Explicatur à Vaſquez, p. 413. col. 1. num. 6. Ab Alano Cõpo. n. 7.
A Didaco de Paiua, ibidem.

Probatur explicatio Sanderi, pag. 414. col. 1. nu. 8.
Imago B. Virginis ſeſe auertit ab homine execrando, p. 412. c. 2. nu. 5.
Imagines ex ſententia aliquorum, quomodo ſint adorandæ? p. 423. col. 1. & 2. cum ſequentibus.
Imagines ſacras in ſe ipſis, & propriè adorari, non propter ſe ipſas, ſed propter prototypa, ita tamen, vt terminēt adorationem verior ſententia, p. 426. col. 1. n. 5. cū ſequētibus.
Quo ſenſu temeraria ſit oppoſita ſententia? p. 427. col. 2. num. 8.
Imagines ſunt propter prototypa, p. 428. c. 1. num. 9.
Non habēt in ſe rationem adorationis, ſed à prototypis, ibidem.
Duplex imaginum vſus neceſſariò aduertendus, p. 429. c. 1. nu. 11.
A ſanctitate prototypi habent etiam imagines ſuum honorem inferiorem, ibidem.
Imago ſpectata, vt in ipſa adoratur prototypon vno, & eodem actu attingitur, p. 429. c. 2. num. 12.
Imago ſpectata ſecundum excellentiam, quā habet ex eo, quod ſit repræſentatiua prototypi, adoratur in ſe ipſa, p. 430. col. 1. num. 13.
Imago Chriſti infixa cordi B. Claræ de monte Falcone, p. 447. col. 1, num. 29.
Imago Crucifixi, quam habebat Nicodemus á Iudæo tello confoſſa ſanguinem fudit, p. 451. c. 1. n. 33.
Idem accidit tempore Caroli Magni, ibidem.
Immolatio Chriſti à Sacerdote cōfertur immolationi Iſacchi ab Abrahamo, p. 165. c. 1. n. 55.
Immutabilitas diſtinguit voluntatē diuinam à creata, p. 29. c. 1. n. 5.
Infantes ſomniculoſi, p. 54. c. 1. nu. 11.
Intellectualis gradus eſt medium demonſtrandi in Deo voluntatem, p. 4. c. 2. nu. 4. vel ſumitur late, vel preſſe, p. 8. c. 2. nu. 3.
Intellectualem gradum eſſe conſtitutiuum diuinæ naturæ, non verò volitiuum qui cenſerint, p. 8. c. 2. num. 3. reijciuntur, ibidem.
Intelligere, & velle diuinum actu ex natura rei, vna, & eadem formalitas, pag. 12. c. 1. num. 1.
Virtualiter fundamentaliter diſtincta, ibidem.
Interamnenſes fœminæ robuſtę, & viriles, p. 55. c. 1. num. 11.
Ioannes quare dicatur dilectus, pag. 156. c. 2. n. 20.
Ioannes Octauus Anglus Pontif. Roman, pag. 57. c. 2. n. 16.
In Pontificatu dictus Benedictus Tertius, ibidem.
Fabula de eo ab aliquibus fęmina reputato, p. 58. c. 1. num 16.
Ad lachrymas veluti fœmina procliuis, ibidem, c. 2. ideo dictus fœmina, ibidem.
B. Ioannes Sahaguntinus Chriſtū in carne videbat, dū ſacrum ageret, p. 253. c. 1 num 11
Vidiſſe veram carnem, & non apparentem, pag. 256. c. 2. num. 40.
Irenæus Carpocratem repræhendit. pag. 60. col. 2. num. 5.
Iræ formale obiectum. Vindicta doloris illati, pag. 95. col. 1. n. 1.
Non eſt in Deo ſub hac ratione, ibidem,
Iſmenias de lapſo annulo Artaxerſem adorauit, p. 391. c. 1. n. 3.
Iudæi adorabant vtroque genuflexo, p. 389. c. 2. num. 1.
Iudæi antiquiores aſſerebant mundum fuiſſe creatum per tres diuinas perſonas, p. 419. c. 2. num. 14.
Iudæi, & Iconomachi, pag. 400. c. 1. num. 3.
Illorum effugium circa imaginum impugnationem reijcitur, p. 402. c. 1. nu. 8.
Iudæis antiquam vrbem reædificātibus, quid mirandum acciderit, pag. 449. c. 2. nu. 31.
Iuramenti obligatio minor eſt quam obligatio voti, pag. 165. col. 2. n. 8.
Iuramentum coactum valet, pagin. 180. col. 1. n. 14.

Cum

Index Rerum.

Cum intentione iurandi neceſſario in iuramento datur animus obligandi ſe, pag. 180. c.1. n.15.
Iuſtitię nomen æqualitatem aliquã importat, pag.70.col.1.num.1.
Pro rectitudine voluntatis, p.71.col. 1.num.1.
Pro ſanctitate, ibidem. & col.2.
Illius obiectum in tota latitudine, p. 71.col.2.,num.4.
Prout eſt particularis virtus, ibidẽ.
Iuſtitia propria, in quo diſtinguatur à metaphorica, p.72.col.1.nu.1.
Diſtinguitur ab alijs virtutibus, ibid. col.2.
Definitio illius, pag.73.colum. 1.
Partes poteſtatiuæ ipſius, ibidem, colum. 2.
Partes potentiales iuſtitiæ cardinalis, quæ? pag 74.colum.1.
Partes ſubiectiuæ ipſius, p.75.col.2. num.1.
Iuſtitia diuiditur in legalem, & particularem, pag.76.col.1. *Alia* diuiſio, col.2. Reijcitur, pag.77.c.1. num. 3.
Diuiditur in commutatiuam, & diſtributiuam, pag.78.c.1.num.4.
Triplex illius acceptio, col.2.
Iuſtitiæ commutatiuæ analogica diuiſio, p.86.col.1.nu.3.
Diuina vna, humana altera, pag.90.c. 2.num.2.
Inter nos, & Deum non dari veram iuſtitiam commutatiuam verior ſententia, pag.92.col.1.num.1.
Iuſtitia commutatiua eſſentialiter conſtituit alterum debitorẽ, ibid.
Iuſtitia commutatiua directiua commutationum, p.96.col.1.num.3.
Iuſtitia ad Deum quid ſit ex mente Recentiorum, pag.100.c.1.nu.3.
Quale debitum inuoluat, ibidem.
Requirit promiſsionem, ibidem.
Noſtri ad Deum non datur iuſtitia ſine promiſsione, pag.103.col.1. num.3.
Nec per promiſsionem acquiritur, ibidem.
Qualis iuſtitia reperiatur inter meritum, & pręmium? p.102.c.2.n.2.
Neque in noſtris operibus factis in gratia reperitur vera iuſtitia ad præmium, p.103.col.1,n.3.
Ius diuinum poſſe lædi, qui aſſerant, pag.101.c.1.n.5.
Iuſtitia mater omnium virtutum, pag.120.c.2.in princ.
Iuſtitiæ diſtributiuæ ęqualitas, qualis? pag.125.col.1.num.1.
Exercetur inter multos, ibidem.
Iuſtitiæ per diuerſas æqualitates ſpecificantur, pag.125.col.2.num.1.
Iuſtitia diſtributiua præcipuè in Rectoribus cõmunitatum, pag.126. col.2.num.1.
Vtriuſque iuſtitiæ actus ſimul repeiuntur, pag.127.col.1.n.3.
Iuſtitiæ diſtributiuæ ęqualitas ſeruata in ſoluendis debitis inæqualibus, pag.128.c.1.3.
In exceſſu etiam diſtribuẽdorũ, ibid. col.2.num.8.
Definitur iuſtitia diſtributiua, pag. 129.col.1.num.5.
Ius ad rem, quale ſit? ibidem.
*I*uſtitiam diſtributiuam, qui in Deo agnoſcant in remuneratione meritorum, & negent in punitione delictorũ, pag.130.col.1.num.1.
Qui in vtroque caſu admittant, ibid.
*D*iſcrimen inter vtranque, vt vna in Deo admittatur, altera excludatur, pag.130.col.1.num.2.
*I*n diſtribuendis perfectionibus naturalibus, & ſupernaturalibus ſeruauit Deus proportionẽ geometricam, quæ eſt iuſtitiæ diſtributiuæ, pag.130.col.2.nu.5.
Non ex obligatione iuſtitiæ, ibidẽ.
Iuſtitia diſtributiua attendit dignitates perſonarum, & merita, p.133. col.1.num.6.
Deum non ſeruare veram iuſtitiam diſtributiuam in reddẽdo præmia noſtris bonis operibus, pag.133. col.2.num.1.
Reijcitur Suar.pag.134.col.1.nu.2.
Reijcitur Vaſquius, p.135.c.1.n.4.
Statuitur vera ratio, col.2.num.5.
Neque etiam in punitione delictorum Deum ſeruare veram iuſti-

tiam

tiam diſtributiuam, pag,136,c.1. num. 6.
Deus ſeruat modum quendam vtriuſque iuſtitiæ,ibidem,col.2.n.7.
Iuſtitia diſtributiua collocat vnumquenque in ſuo ordine, pag. 137. col.2.num.2.
D. Thom. negat in Deo iuſtitiam diſtributiuam, pag.138.c.1. nū,1,
Diſtribuens bona ſua non tenetur ex iuſtitia omnibus æqualiter donare,ibidem,col.2.num. 2.
Iuſtitia legalis reſpicit commune bonum,pag.140.col. 1.num.5.
Non eſt in Deo, ibidem.
Iuſtus in tribulatione liberatur à Deo pag.149, col.1.n,10.
Iuſtitiam legalem eſſe præſtantiorē cæteris virtutibus moralibus,quomodo verum ſit. p.304.c.2.n.8.

L.

¶ Labores manducare, quomodo ſit verum? p.60. c.2. n.17.
Lachrymæ à verbo Græco δακρύω, p.52.col.2.nu.9,
Humor ſunt ab oculis flentium dimanans,ibidem.
Lachrymæ ſunt cibus animæ dolentis,p.50.cal.1.nu.3.
Sunt pro anima commutatio,ibidē.
Lachrymarum vis ibidem,c.1.nu.3. & pag.69. c.2. per totam.
Lachrymæ martyrum ſanguis, pag. 66.c,1, n.26.
Lachrymæ ſunt ſuaues afflictis,pag. 51.col.1.n.4.
Sunt dulces,pag.53.c.2.num.10.
Sunt cibus nunquam periturus, col. 2. num.4.
Lachrymarum fluxum, ibidem.
Ligat Deum, ibidem.
Lachrymæ non emanant in longo mærore, pag.53.col.1. num.10.
Nec in vehementi, ibidem.
Lachrymas cohibere valde periculoſum, ibidem,col.2.num.10.
Dolorem minuūt. Ibidem.
Aſſiduæ ſunt in ebrijs, ibid.in fine,
Ex acri odore cæpe oriuntur, p.54. col.1.num.11.
Ex teneritudine cerebri,ibid.c.2.
Ex vento vehementi,ibidem.
Ex humefacto cerebro incaleſcente, pag.55.col.2.num.12.
Ex riſu,ac lætitia nimia, ibidem.
Ex amore, pag.56.c.2. n. 14.
Ex acri deſiderio fruendi re aliqua ibidem.
Ex ira,pudore,ac inuidia, ibidem.
Lachrymæ familiares iuſtis, pag,60. col. 1.num.17.
Sunt illis pro pane, ne ſitim extinguāt,ibidem,
Lachrymæ ſuapte natura ſalſæ, p. 60.col. 2.num.18.
Quæ ſunt pro peccatis amaræ, p.61. col.1.num.18.
Illas dulces reddit Cōditoris manus, ibidem,
Lachrymæ ſunt ſorum ſanguinis,p. 64.col.1.num.24.
Sunt ſudor animę dolentis, pag, 65. col.2.num,25.
Sunt quaſi guttæ ſanguinis, pag 65. col.1,num,25.
Martyrum ſanguini æquiparantur, ibidem.
Illarum vſus difficilis,ibidem.
Ex Chriſti doctrina, ibidem,& pag. 67. col.1. num. 26.
Sunt quarta remiſsio pro peccatis, ibidem,
Areſcunt cito,ibidem,n.27.
Sunt Angelorum vinum, ibidem,c. 2. num. 27.
Animarum cibus,ibidem,
Corroboratio ſenſuum,ibidem.
Refectio mentis, ibidem.
Sub vnionis hieroglyphico adumbrantur,ibidem,
Quales eſſe oporteat,ibidem.
Lachrymę cœlum irrigant, pag,69. col.2.num.28.
Lachrymarum vallis apud Proſelytos,quid ſit? pag.63.c.2.n.21.
Lachrymatio quid ſit? p.52. col.2. num. 10.
Eſt morbus oculorum, pag.64.c.2. num.23.

Nimia lædit oculos, ibidem.
Aliquando luminibus priuat, ibidẽ.
Laici quondam deferebant ſacram Euchariſtiam ad infirmos, p.267. col.2.num.61.
Laſciuus habet cor in libidine, cupidus in lucris, p.144.c.2.num.3.
Latriæ, & duliæ nomina impugnat Caluinus, p.292.c.2.n.5.
Probata eſſe Eccleſiæ, & Patribus, p.293.c.1.num.6. cum ſequentib.
Latria ſoli Deo debita, p.290.c.2.n.1.
Latria pro habitu, pagin.294.col.1.num.1.
Eſt virtus, pag.295.col.2.num.3.
Perficit hominem per ordinem ad Deum, pag.296.c.1.n.4.
Latriæ ſeruitus quomodo opponatur libertati, ibid. c.2.n.7.
Ordinat ad donum timoris, p.297.col.1.num.7.
Latriam eſſe vnam virtutem à cæteris omnibus diſtinctam, pag.299.col. .num.3.
Eſſe vnam ſpecie, ibid. c.2.num.3.
Sub aliqua ratione eſſe generalem virtutem, pag.300 c.1.n.4.
Non eſſe Theologicam virtutem, p.301.c.1.num.1.
Eſſe inter morales præſtantiſsimam, ibidem, col.2, num.2.
Attingit ipſum Deum, ibidem.
Quomodo aliquid participet de ratione virtutum Theologicarum, ibidem.
Latriæ actus materialiter, & formaliter ſumpti, p.302.c.2.n.4.
Latriam reſpicere Chriſtum D. ſimpliciter, & abolutè vt proprium obiectum adorationis, de fide eſt, pag.340.c.1.n.5.
Latria debetur Chriſto proprio iure, pag.343.col.1.num.9.
Non ex ſolo patris præcepto, ibidẽ, col.2.
Exiſtens in Euchariſtia eodem cultu adorandus, quo ſi in propria ſpecie eſſet, pag.371.col 2.num.1.
Latria reſpicit ſubſiſtens, pag.342.c.2.num.8.
Vno, & eodem actu latriæ eſt adorandum Euchariſtiæ ſacramentũ, vt conſtat ex Chriſto, & ſpeciebus, pag.371.col.2.num.2.
Latria imperfecta impugnatur, pag.368.col.1.num.4.
Latriæ actus interni, qui ſint? pag.306.col.1.num.11.
Externi, qui ſint? ibidem.
Laurus contra fulmina, p.150. col.2.num.13. Ioui ſacra, ibidem.
Laus ſocietatis Ieſu, p.224.c.2.num.13.
Leonis, & Copronymi error reijcitur, p.382. col.2. nu.14.
Lex gratiæ theſaurus abſconditus, pag.400.col.1.num.7.
Lex non obligat ſine animo legiſlatoris, pag.183.col.2.num.5.
Lex ſine animo obligandi aliquem, & ad aliquid ſolũ apparenter erit lex, pag.185. col.1.num.7.
Lex poſitiua diuina, & humana determinant legem naturalem circa Dei cultum, pag.292.col.2. nu.7.
Etiam in lege naturali fuit tempus dicatum diuino cultui, pag.319.c.1.num.1.
Quinam dies eſſent nõ conſtat, ibid. col.2. num.2.
Nec de actibus, pag.328.col.1.num.11.
Legiſlatoris ſapientis officium, pag.220.col.2.n.3.
Legiſlator poſitiuus quomodo ſubrogetur in Iudicẽ ordinariũ, ibid.
Legalis iuſtitia, quę reſpicit commune bonum, pagina 140.c.1.nu.5.
Non eſt in Deo, ibidem.
Liberalitas fuit in Chriſto Domino materialiter, & formaliter, pagina 112, col.2.num.8.
Libertas creata fundamentum meriti, pagina 96.col.2.num.2.
Non tamẽ confert valorẽ, aut dignitatem operibus, ibidem.
Ludouicus Molina merito reprehenditur, pagina 482. column 1. num.6.
Lugere pro peccatis alienis proprium eſt Sanctorum, pagina 50. col.2. num.4.

M.

¶ Malauarium error circa Chriſmatis ſacramentum, p.458.c.2.n.2.
Illorum ad veram ſidem reductio, ibidem.
Mardochæus non flectit genu Amano, pag.154.col.1.num.19.
Non ex odio, aut ſuperbia noluit adorare Amanum, pag.389.c.1. num.11.
Prudenter egit non adorando, col. 2.num.11,
Maria præfertur ſorori, p.156,c,2. num.20.
M. Virginem eſſe adorandam colligitur ex contactu cum Chriſto Domino peculiari ratione, pagina 375.col.1.num.5.
Et ex ordine vnionis hypoſtaticæ, ibidem, col.2.num.5.
Eſt adoranda ſumma dulia, ſiue hyperdulia.ibidem, num.6.
Nullo modo adoranda latria, pag. 376.col.2.num.7.
Dignitas maternitatis Dei, in ſe eſt finita, & limitata, p.377.c.1.n.7.
Nequit eſſe fundamentum latriæ, neq; aliqua alia gratia creata, ibid.
Adorationem, quæ tribuitur B. Virgini ob Maternitatem eſſe anteponendam illi, quæ ipſi ob eximiã gratiam, & ſanctitatem defertur ſentit Suar.p.377,col,2.num.8.
Oppoſitum Vaſquius, ibidem nu,9.
Deciditur dubium, p.378.c.1.n.10.
Adoratio Beatiſsimæ Virgini exhibenda præſtantior quacunq; alia exhibenda creaturæ, pag.383.c. 2.num.16.
Quo ſenſu B. Virgo inſtauratrix humani generis, & noſtra ſpes dicatur? pag.379.col.1.num.11.
Gratia collata B. Virgini ſuperat omnes gratias Angelis atq; hominibus collatas ſimul ſumptas, pagina 357.col.2.num.6.
B. Virginem vidiſſe Chriſtũ ſub ſpeciebus ſacramentalibus exiſtentẽ pium eſt credere, p.249.c.2.n.26.
Martyres Auguſtinenſes apud Perſas Moſcouitas, & Iapones, pag. 212.c.num.9.
Materia iam prohibita per vnũ præceptum cadit ſub alio, p.172.col. 2.num.7.
Quando in eius tranſgreſsione detur vnum peccatum, quando duplex? ibidem,
Matrimonium Beatiſsimæ Virginis cum Sanctiſsimo Ioſepho, pagina 171.col.2.num.5.
Matrimonium nullum ex conditione oppoſita contraria ſubſtantiæ eius, pag.185.col.1.num.7.
Diſcrimen inter Matrimonium ratum, & votum ſolenne, pag.230, col.1.num.25,
Matrimonium metu contractũ quare inualidum, pag. 161.c.2.n.8.
Matutina cognitio, quæ? p.481.col, 1.num.1. Veſpertina, quæ? ibid.
Melanchonia alleuatur effuſsione lachrymarum, pag, 53.c. 2.n.10.
Melanchonicis rariores ſunt lachrymæ, ibidem,
Peruigiles ſunt Melanchonici, ibi.
Meriti ad præmium qualis iuſtitia ſit? pagina 102.col.2.nu.2.
Meſsias idem eſt atque vnctus, pag. 460.col.1.num.17.
Metus quatuor modis ſpectatur, p. 162.col.2.num.9.
Miſericordia præſtantiſsima inter virtutes, quæ pertinent ad proximum, pag.305.c.2.num.9.
Miſsiones in varias partes profiteri laudabile Religioſis, p.223.c.1.n. 10.
Modus exiſtendi connaturaliter ad operandum ſolum naturaliter requiſitus, pag.254.col.1.num.31.
Moguntia inſignis germaniæ vrbs, pag.58,col.1.num.46.
Moguntina mulier concionatrix, ibidem. col.ſecunda.
Moyſes loquutus de Deo admodum creati artificis, pag.481.col.1.n.2.
Moyſi corpus Iudæis occultum, ne illi diuinos honores dicarent, pag. 437.col.2.num.12.

Digitized by Google

Monas genuit Monadem, pag.246. col.2.num.17.
Moniali Eremitæ cõmunicaturæ ſacra Euchariſtia ab altari tendit ad chorum.pag.245,c.2.n.16.
Monica bis peperit Auguſt.p.50.c.2.n.4. Lachrymæ eius mirabiles, p.61.c.2.n.20,& p,52.c.1.num.7. Cum gemitu quærebat, quod cũ gemitu pepererat, p.64.c.1,n,22. Lachrymæ illius cœleſte donum.p,66.c,2.nu.25.
Mors naturalis,quę?p.365,c.2.n,11
Mortui plorãdi ſunt, p,59,c.1.n.16.
Motus animalis ſine corde,aut miraculoſus,aut á ſpiritibus vitalibus,p.153.col.1.nu.18.
Motus cordis vitalis,p.145.c.1.n.4.
Mulier nata ad lachrymas, p.59.c.1.n,16.& c.2.
Mulier miſerrima planta.ibidem.

N,

¶ Natura diuina,non ideò eſt omnipotens formaliter, quia vult,ſed quia poteſt,p.20.c.1.num.2.
Neruus ab annulari digito ad cor,p.254.c2. num,19.
Neſtoriani circa Chriſti adorationẽ impugnantur, p,341.c.2, n.7.
S. Nicolaus Tolentinas Chriſtum in Euchariſtia ſub pueri ſpecie alloquebatur, p.245,c,1.n.16.
Nobiles Hiſpaniæ filias facilè monaſterijs addicunt, p.168, c.2.n.19.
Nuptiæ ſecundæ carnis remedium, pag.269.c.2,n.63.

O.

¶ Obiectum formale virtutis, quomodo illam ſpecificet? pag.151. col.2.num.9.
Obiectum primarium diuinæ volũtatis eſſentia diuina,p,6 c.1.n.1.
Etiam perſonas pertinere ad idem obiectum,ibidem,
Obligatio commutatiuæ iuſtitiæ ex violatione diſtributiuæ, pag, 81. col.1.num.3.
Obſeruãtia diuiditur in alias ſpecies, pagina 308. col.1.num.4.
Oculi naturæ igneæ,p.64.c.2.n,23.
Oculi Eccleſiæ duo,p.156.c,1.20.
Odor incenſi de manibus impiorũ fætor reputatur,p.242.c.1.n.10.
Olei nomen ſignificat gratiam Spiritus Sancti, quæ confertur baptizatis, p.464.c.2.n.2,
Oleum ſacerdotale decus deſignat, p,476.c.1.n,11.
Quod non fuerit oliuæ,non erit,apta materia Chriſmatis, pagina 478, col.1,num,16.
Oliuæ ante ortum Chriſti, non inuentæ prope Romam, pag. 471. c.2.in fine.
Opera noſtra,quæ procedunt á gratia habent condignitatem meriti cum vita æterna, p.103.c.1.nu.3.
Quod cedant in Dei gloriam,nõ inducit obligationem iuſtitiæ, pag. 119.col.1,num.6.
Omnipotentia eſt diſtinctum attributum ab infinitate in eſſendo, vide potentia.
Oratio, vt in ſe immediate attingit Deum eſt actus charitatis,pagina 303.col.1.num.5,
Vt eſt actus latriæ reſpicit Deum,vt obiectum,cui,ibidem.n.5.
Orationes diriguntur ad Deum, tãquam ad potentem nobis benefacere,p.331.c.1.n. 7.
Ordinati per metum grauiſsimum, ad qui teneantur, p, 177.c.1.n.5. cum ſequent.
Quid de coniugato ſic ordinato?ibid. Diſcrimẽ inter ſuſceptionem ordinis,& promiſsionem voti, pag. 186.c.1,num.11.
Siquis ordinetur ſine animo obligãdi ſe voto ſolenni caſtitatis grauiter peccabit,p.186,col.2.n.11.
Ordo naturalis in corporis humani formatione,p,64.c.2,num.23.
Oſias lepra percuſſus ab ingreſſu ſanctuarij expellitur,p.242.c.1.n.10.

P.

¶Paleſtritę oleo vncti,p.467.c.2.n,3
Patris ad filium, quæ iuſtitia detur? pagina 97,col.2.num.6.
Peccatum Gedeonis, quale fuerit?

Digitized by Google

pagina 396, col. 1. nu 3,
Peccatum dupliciter accipitur, pag. 106 .col.2.num.1.
Pecunia,& ſumptus obiectum liberalitatis,pagina 288, c.1.num.4.
Pepones ſalubres oculorū morbis.
Perfectio creata in Deo ſine imperfectionib' admixtis,p.85.c.2.n, 5.
Eadem perſona adorat, & adoratur, pag, 353.c, 1.n.11.& col.2.n,12,
Perſona Verbi ſubſiſtens in natura humana ſatisfecit ſibi ſubſiſtenti in diuina,p.82.c.2.num.6.
Quælibet diuina perſona in ſe,& per ſe eſt adorāda latria,p.329.c.1.n.3.
Non poſſe diuinas perſonas ratione proprietatū perſonalium adorari diſtincta adoratione ab ea,qua adoratur eſſentia. Catholica veritas eſt,p.332.col,1.num.10.
Oppoſitum aſſerere temerarium, & &proximū hæreſi,p.333.c.1.n.10.
Quādo perſonæ diuinę adorantur ſēper adorationis ratio eſt natura diuina,p.333.c.2.n. 12.&368.c.2.n.14.
Vna perſona diuina pro ſtatu viæ nō poteſt actu adorari, quin aliæ habitualiter adorētur,p.334.c.1.n.13
Poteſt tamen vna actu adorari, quin aliç actu adorētur,p.335.c.2.n.14
Perſonæ diuinę ſunt tria obiecta adorationis materialiter, non formaliter,ibidem,num.14,
Pharao præcepit Ioſephum adorari genuflexo,pag.292.c.2.n.3.
Phlematici fōniculoſi,p,53.c.1.n.11
Pietatis in parentes inſigne elogiū, pag.68.col. 1.num,28,
Platonici,quid ſēſerint de cauſa motuum ? pagina 146.c.1.n.6.
Plurale ꝑ ſingulari.p.443.c.1.n.22.
Pompeius arborem balſami duxit in triumphum ob deuaſtatam Iudęā pa.448.c.1.n.29.& 474. c. 1,n.7.
Poſsibiliū duplex acceptio, p. 21.c. 2. num. 1.
Poſsibile,& futurum , in quo diſtinguantur ? p.24.c.2.n.8.
Potentia corporea nō poteſt eleuari ad videndū modū exiſtendi non corporeū, nec circumſcriptiuum pag.257.col.1.nu.18.
Potentiam executricem formaliter eſſe ſcientiam,& voluntatem,quo modo explicet Vaſques,p.14.c.1. num.6. Reijcitur, p. 15.c.1.n.6.
potentiam executricem,qui in intellectu diuino proxime, ſeu in ſciētia conſtituant, p.12.c.2. nu.2.
Eſſe ipſam diuinam naturam,quatenus eſt ipſum eſſe per eſſentiam, quomodo ,probet , & explicet Suar.p.15.col.2.n.7. Reijcitur,p. 16.col.1, num.8,
Potentia executrix idem eſt cum intelligere,& velle diuino formaliter actualiter,p.12.c.1.n,1,
Per rationem cum fundamēto in re ab intelligere, & velle diſtinguitur, ibidem.
Eſt attributū diſtinctū ab intellectu, & voluntate.p.19,c.1.nu.2.
Probabile eſt eſſe voluntatem, pag. 18.col.1.num.1.
Principia cōmuniſsima, & nota non numerātur in præceptis decalogi, p.316.c.1.n.4.
Præcepta æque dātur de vitijs,ac virtutibus,p.296,c.2.n.5. Quæ ſunt primę tabulæ verſantur circa latriam,pag,302. col.2. n, 1,
Quæ ſint primæ tabulæ? p.311. c,1.n, 2. Quot ſint,p.313,c.2.n.6. Quod ſit primū præceptū? p.314.c.1.n.6
Eſſe mixtū ex affirmatiuo, & negatiuo,c.2.n.1.& p.315.c.1, n.1. Vbi tradatur hoc pręceptū? p,317.c.1, n,7, Præceptū ſanctificādi diē Dñicā naturale eſt determinatū per legē poſitiuā eccleſię, p,321.c,1,n,4.
Tertiū pręceptū decalogi poſſe impleri per ſolā ceſſationē ab omni opere ſeruili,quatenus eſt legis naturę, qui ſēſerint,& quibus fundamētis? p.324,c,2,n,2,& 325,c,2, n,4,
Nos ex obſeruātione illius obligari ad actū amoris Dei ſenſit Scotus, p. 325,c,1.n,3.Reijcitur, 26.c,1.n,4,
Nō bene Scotū explicat Quand. nec ab incōmodo liberat.p,327.c.2,n. ,
Nos obligari ad aliquē actū externū vera ſententia, ibidem,numero 8.

Quiſnam

Quiſnam actus in lege naturæ requiſitus in cultũ Dei? p.328.c.1.n.11
Præceptũ decalogi negatiuum prohibet aliquid intrinſecè malum, p. 407.col.1.num.11
Profeſsio tacita olim tribus modis, pag. 178. col.1. num.6. Quæ ſit apud Scotum, p.213.c,1.num.5.
Non eſt abrogata per Conc. Tridét. ibidem, c.2.n.7. Requirit annum integrum, pag.213.col.1: n.5.
Quid circa illam ſtatuat, ibidé, & p. 179.c.1.n.7? Quare ſic dicata? ibid.
Detur ne in Deo vera promiſsio? p. 175. col.2,num.3.
Diſcrimen inter promiſsionem Dei, & hominum, ibidem,
Promiſsio virtualis quando ſufficiet ad inducendá obligationẽ, p.176, c.1.n.4. Quando non, c.2. n,5,
Neque per ignorantiam datur promiſsio ſine animo obligandi ſe, p. 187.c.1.n.12.
Secus de ignorantia obligationis, ſine animo contrario, ibidem,
Ex promiſsione multipliciter emergit obligatio, pagina 201.c,1.n.22,
Duplex animus in promiſsione, ibi.
Promiſsio facta Deo diſtinguitur ex fine ab ea, quæ fit homini, pagina 199.col.1.num.19.
Deo facta eſt proprius actus religionis, col.2.in fine.
Etiam in ea, quæ fit homini poteſt dari aliqua ratio obſeruantię, pag, 200.col.1.num,20,
Promittens aliqnod ius á ſe abdicat, & transfert in promiſſarium, pag, 185. col.1.num,7.
Promittere eſt interne loqui, pagina 191.col.2.num.3.
Proſelyti recens conuerſi profundũ locum adibant, p.63.c.2.n,21.
Prudentia virtus ſpecialis, & generalis, p. 300.c,1.n.4. Prudentia infuſa. quæ? pag. 283.col,2.nu,12.
Ptholomę' philadelphus, ſeptuaginta duos interpretes cũ ſacris bilijs cũ gaudio, & lachrymis excepit, pagina 56. colum,1. numero,13,
Pythagoræ Symbolum, *Arctum annulum, ne geſtato*, quid deſignet. p. 154.col.2.num. 19.
Aliud eiuſdem. In annullo Dei figuram, ne geſtato, p,155, col 2,n,19,
Eſſentia quantitatis ſine actuali extenſione, pag,264, c,2,n,54,

R.

¶ Ratio naturalis dictat Deum eſſe colendum, pag, 310, col, 1, num, 1, cum ſequentibus,
Regina Regis Mater eodem cultu veneranda, quo filius Rex, pag, 383.col.1.nu,15.
Reipublicę poteſt aliquis obligari ex iuſtitia cõmutatiua, p. 80.c.2.n.2.
Relationes diuinas non dicere perfectionem in ſuo conceptu cõmuniſſima ſententia p.333.col.1.n.14. oppoſita probabilis, ibidem,
Religionis duplex acceptio, p. 90.c. 1.num.2. Ilius actus, quidam interni, alij externi, p. 277.c.1.nu.1.
Religio aliter refert in Deum, aliter charitas, p.203, c.1.n.27.
Religioſus ſtatus vnius ſpeciei, pag. 211.col 2.num.9.
Religioſum manendo in ſtatu religioſo nõ poſſe abſolui á voto paupertatis, p 224.col.1.num.12,
Religioſus ad beneficium, & dignitatem erectus tam late poteſt fructus expendere, atque ſæcularis clericus, p.225.c.2.num.15.
Religioſus Epiſcopus, ad quas ordinis obſeruantias teneatur? pagina 231.col.1.num.34. & c.2.n,36.
Non eximitur â voto obedientiæ, p. 231.c.1.num.30.
Si munus deſerat redibit ad monaſterium, ibidem, c.2.num.31.
Reliquiæ Chriſti ob contactũ adorantur latria, pag.382, c.1.n.14. Non verò B. Virgo, ibidem.
Reſurrectio noſtra effectus ſacrę Euchariſtiæ, pag.238.col.1.num.6.
Reuereri quid ſit? pag.273.c.1.n.1.
Reuerentia actus doni timoris, pag. 274.col.1.num.1
Roſæ ac lilia circa cepas flagrantiores oriuntur. pag. 54.c.2.nu.11.

Digitized by Google

pagina 396, col. 1. nu 3,
Peccatum dupliciter accipitur, pag. 106 .col.2.num.1.
Pecunia,& ſumptus obiectum liberalitatis,pagina 288, c.1.num.4.
Pepones ſalubres oculorū morbis.
Perfectio creata in Deo ſine imperfectionib' admixtis,p.85.c.2.n, 5.
Eadem perſona adorat, & adoratur, pag, 353.c, 1.n.11.& col.2.n,12,
Perſona Verbi ſubſiſtens in natura humana ſatisfecit ſibi ſubſiſtenti in diuina,p.82.c.2.num.6.
Quælibet diuina perſona in ſe,&per ſe eſt adorāda latria,p.329.c.1.n.3.
Non poſſe diuinas perſonas ratione proprietatū perſonalium adorari diſtincta adoratione ab ea,qua adoratur eſſentia. Catholica veritas eſt,p.231.col,1.num.10.
Oppoſitum aſſerere temerarium, & &proximū hæreſi,p.333.c.1.n.10.
Quādo perſonæ diuinę adorantur ſemper adorationis ratio eſt natura diuina,p.333.c.2.n.12.&368.c.2.n.14.
Vna perſona diuina pro ſtatu viæ nō poteſt actu adorari, quin aliæ habitualiter adorētur,p.334.c.1.n.13
Poteſt tamen vna actu adorari, quin alię actu adorētur,p.335.c.2.n.14
Perſonæ diuinę ſunt tria obiecta adorationis materialiter, non formaliter,ibidem,num.14,
Pharao præcepit Ioſephum adorari genuflexo,pag.292.c.2.n.3.
Phlematici ſoniculoſi,p,53.c.1.n.11
Pietatis in parentes inſigne elogiū, pag.68.col.1.num,28,
Platonici,quid ſeſerint de cauſa motuum? pagina 146.c.1.n.6.
Plurale ꝑ ſingulari,p.443.c.1.n.22.
Pompeius arborem balſami duxit in triumphum ob deuaſtatam Iudęā pa.448.c.1.n.29.& 474. c.1,n.7.
Poſsibiliū duplex acceptio, p. 21.c. 2. num. 1.
Poſsibile,& futurum, in quo diſtinguantur? p.24.c.2.n.8.
Potentia corporea nō poteſt eleuari ad videndū modū exiſtendi non corporeū, nec circum ſcriptiuum pag.257.col.1.nu.18.
Potentiam executricem formaliter eſſe ſcientiam,& voluntatem,quo modo explicet Vaſques,p.14.c.1-num.6. Reijcitur, p. 15.c.1.n.6.
potentiam executricem,qui in intellectu diuino proxime, ſeu in ſciētia conſtituant, p.12.c.2. nu. 2.
Eſſe ipſam diuinam naturam,quatenus eſt ipſum eſſe per eſſentiam, quomodo, probet, & explicet Suar.p.15.col.2.n.7. Reijcitur,p. 16.col.1, num.8,
Potentia executrix idem eſt cum intelligere,& velle diuino formaliter actualiter,p.12.c.1.n,1,
Per rationem cum fundamēto in re ab intelligere, & velle diſtinguitur, ibidem.
Eſt attributū diſtinctū ab intellectu, & voluntate,p.19,c.1.nu.2.
Probabile eſt eſſe voluntatem, pag. 18.col.1.num.1.
Principia cōmuniſsima, & nota non numerātur in præceptis decalogi, p.316.c.1.n.4.
Præcepta æque dātur de vitijs,acvirtutibus,p.296,c.2.n.5. Quæ ſunt primę tabulæ verſantur circa latriam,pag,302. col.2. n,1,
Quæ ſint primæ tabulæ?p.311. c,1.n, 2. Quot ſint,p.313,c.2.n.6. Quod ſit primū præceptū? p.314.c.1.n.6
Eſſe mixtū ex affirmatiuo, & negatiuo,c.2.n.1.& p.315.c.1, n,1- Vbi tradatur hoc pręceptū? p,317.c.1, n,7,Præceptū ſanctificādi diē Dñicā naturale eſt determinatū per legē poſitiuā eccleſię, p,321.c,1,n,4,
Tertiū pręceptū decalogi poſſe impleri per ſolā ceſſationē ab omni opere ſeruili,quatenus eſt legis naturę, qui ſeſerint,& quibus fundamētis? p,324,c,2,n,2,& 325,c,2, n,4,
Nos ex obſeruatione illius obligari ad actū amoris Dei ſenſit Scotus, p. 325,c,1.n,3.Reijcitur, 26.c.1.n,4,
Nō bene Scotū explicat Ouand. nec ab incōmodo liberat.p,327.c.2,n. ,
Nos obligari ad aliquē actū ex termino vera ſententia, ibidem,numero 8.

Quiſnam

Digitized by Google

Quiſnam actus in lege naturæ requiſitus in cultũ Dei? p.318.c.1.n.11
Præceptũ decalogi negatiuum prohibet aliquid intrinſecè malum, p. 407.col.1.num.14
Profeſsio tacita olim tribus modis, pag. 178. col.1.num.6. Quæ ſit apud Scotum, p.213.c.1.num.5.
Non eſt abrogata per Conc. Tridét. ibidem, c.2.n.7. Requirit annum integrum, pag.213.col.1. n.5.
Quid circa illam ſtatuat, ibidé, & p. 179.c.1.n.7. Quare ſic dicata? ibid.
Detur ne in Deo vera promiſsio? p. 175. col.2.num.3.
Diſcrimen inter promiſsionem Dei, & hominum, ibidem,
Promiſsio virtualis quando ſufficiet ad inducendá obligationẽ, p.176, c.1.n.4. Quando non, c.2.n.5,
Neque per ignorantiam datur promiſsio ſine animo obligandi ſe, p. 187.c.1.n.12.
Secus de ignorantia obligationis, ſine animo contrario, ibidem,
Ex promiſsione multipliciter emergit obligatio, pagina 201.c.1.n.12,
Duplex animus in promiſsione, ibi.
Promiſsio facta Deo diſtinguitur ex fine ab ea, quæ fit homini, pagina 199.col.1.num.19.
Deo facta eſt proprius actus religionis, col.2. in fine.
Etiam in ea, quæ fit homini poteſt dari aliqua ratio obſeruantię, pag. 200.col.1.num.20,
Promittens aliquod ius á ſe abdicat, & transfert in promiſſarium, pag. 185. col.1.num.7.
Promittere eſt interne loqui, pagina 191.col.2.num.3.
Proſelyti recens conuerſi profundũ locum adibant, p.63.c.2.n.21.
Prudentia virtus ſpecialis, & generalis, p. 300.c.1.n.4. Prudentia infuſa, quæ? pag.283.col.2.nu.12.
Ptholomę' philadelphus, ſeptuaginta duos interpretes cũ ſacris bilijs cũ gaudio, & lachrymis excepit, pagina 56. colum.1. numero.13.
Pythagoræ Symbolum, *Arctum annulum, ne geſtato*, quid deſignet. p. 154.col.2.num.19.
Aliud eiuſdem. In annullo Dei figuram, ne geſtato, p.155, col.1, n.19.
Eſſentia quantitatis ſine actuali extenſione, pag.264, c.2, n.54.

R.

¶ Ratio naturalis dictat Deum eſſe colendum, pag.310, col.1, num.1, cum ſequentibus,
Regina Regis Mater eodem cultu veneranda, quo filius Rex, pag. 383.col.1.nu.15.
Reipublicę poteſt aliquis obligari ex iuſtitia cõmutatiua, p.80.c.2.n.2.
Relationes diuinas non dicere perfectionem in ſuo conceptu cõmuniſſima ſententia p.333.col.1.n.14. oppoſita probabilis, ibidem,
Religionis duplex acceptio, p.90.c. 1.num.2. Ilius actus, quidam interni, alij externi, p.277.c.1.nu.1.
Religio aliter refert in Deum, aliter charitas, p.203, c.1.n.27.
Religioſus ſtatus vnius ſpeciei, pag. 211.col 2.num.9.
Religioſum manendo in ſtatu religioſo nõ poſſe abſolui á voto paupertatis, p 224.col.1.num.12,
Religioſus ad beneficium, & dignitatem erectus tam late poteſt fructus expendere, atque ſæcularis clericus, p.225.c.2.num.15.
Religioſus Epiſcopus, ad quas ordinis obſeruantias teneatur? pagina 231.col.1.num.34. & c.2.n.36.
Non eximitur â voto obedientiæ, p. 231.c.1.num.30.
Si munus deſerat redibit ad monaſterium, ibidem, c.2.num.31.
Reliquiæ Chriſti ob contactũ adorantur latria, pag.382, c.1.n.14. Non verò B. Virgo, ibidem.
Reſurrectio noſtra effectus ſacrę Euchariſtiæ, pag.238.col.1.num.6.
Reuereri quid ſit? pag.273.c.1.n.1.
Reuerentia actus doni timoris, pag. 274.col.1.num.1
Roſæ ac lilia circa cepas flagrantiores oriuntur. pag.54.c.2.nu.11.

Digitized by Google

Rudiū pædagogi ſunt imagines, pag. 421.c.1.n.8.
Eorundem libri, col.2.n.9.

S.

¶Sacerdotes quo cultu venerandi, p. 393, col.1.num.6.
Iniuria illis illata, quare ſacrilegium? ibidem, c.2.nu.6.
Salamandra ſymbolū conſtantis viri, p. 150.col. 1.nu.12.
Quomodo Nazia. id intellegat. ibid,
Sanctos Angelos, & homines colēdos eſſe cultu pluſquā ciuili, p. 386.c. 2.n.6. Impugnātur hæretici oppoſiti, p. 384.c.1.n.2. 385.col.1.n.3. 388.c.1.n.9. Fūdamentū adorationis Sāctorū, quale? p. 392.c.1.n.2.
Sancti in patria ob ſtatū beatitudinis digni ſunt præſtantiori cultu, pag. 387.c.1.n.6. & c.2.n.7. & c.2.n. 7. & 392.col.2. num.4.
Licet priuatim colere, & inuocare eos quos in gratia deceſsiſſe intelligimus, ibidem, num.5.
Sanguis Chriſti Babylonicus ignis, pag, 240.col.2.num.9.
Sanguis profluens è corde B. Claræ mirabiliter efferueſcit, p.453.col. 1.num.34.
Satisfatio pro pæna tēporali condigna, p.107.c.1.n.2. Non pro culpa, ibid, Non omnis condigna, ex iuſtitia, ibid.n.2. Noſtra ad Deum, qualis? ibidem, col.2.num.4.
Satisfactionis immediatus finis, pag. 108.c.1.n.4. Remotus, ibidem.
Requirit æqualitatē.n 5. Quæ eſt pro offenſa quot modis deficiat à ratione iuſtitiæ? p.112.c.2.num.2.
Illius effectus, p.114.c.2.n.6.
Satisfactio Chriſti ſuperabundans, p. 115.col.2.n.7. Non ex propria iuſtitia, p.116.c.2.in fin. & 117. c.1.n.1.
Cuius virtutis actus.123.c.1.n.7.
Sauromatæ fœminæ belligeræ, p. 55.col.1.n.11.
Scalabitanum miraculum in Regno Luſitaniæ, p.234.col.2. num.2.
Scandali paſsiuā occaſionem, quando quis debet euitare, p.406.c.1.n.14.
Sciētia diuina, & volūtas. in quo diſtinguātur ex D. Tho.p.22.c.2.n.3.
Scithicæ fœminæ æquitantes, pag. 55.col.1.num.11.
Senes peruigiles ſūt, p.54.c.1.n.11.
Quinque humanorum ſenſuum natura, p.64.col.2.num.23.
Septem Eccleſiæ ſacramenta ſeptem columna ſunt, p. 469.c.2.n.7.
Septuaginta ſacrā doctrinā interpretabantur Regi gentili, p.441.c.1 n.19. Ideo vertunt ſingulare pro plurali, ibidem,
Serenus Epiſcopus imagines cōfregit, p. 398, col.1.num.6.
Signum pro ſignificato figurata loquutio, p.423.col.1.num.1.
Simulachrū quid, pag.396.c.2.n.4.
A ſimulando dictum, non á ſimilitudine, pagina 397, col.1.n.4.
Solutio debiti in contractu ſocietatis, p.83, col.2.n.7.
Somnū vnde excitetur, p.54.col.1. n.11. Quæ magis conducant ad excitandum ſomnum? ibidem,
In ſpeciebus ſacramētalibus duplex immutatio, pag, 241, col.1.nu.9.
Species ſacramentales per trecentos annos incorruptę, p, 267.c.1.n.58
Spes dulces efficit iuſtorum lachrymas, p.60.c.2.num.17.
Spes æternæ lætitiæ, non eſt ſine lætitia, pag.61, col.2.n.19.
Spinæ potius in remediū, quā in pœnam peccati, pag.448, c.2, n 29.
Spiritus Sāctus ex ſua pro ceſsione habet quod ſit donū, p.331.c.2.n.8.
Subſiſtentia abſoluta non eſt negāda in diuinis, pag, 335.col.1, nu.14.
Supliciū nō ſēper oportet, vt arithmeticè æquetur culpæ, p.81.c.2.n.4.
Statua erecta Chriſto Domino. pag. 403, c.2.num.9.
Stemma domus Auſtriacę, quale? p. 150.col.2.n.13.
Suſidę mulieres dominabantur viris, pagina 55. col.1. num.11.
Synagoga quondam mater, pagina 448.col.2. num. 29.

Synodus

Synodus Diamperenſis, p. 457. c. 2. n. 2.
Synodus quædam Conſtantinopolitana damnatur, p. 407. c. 1. n. 7.

T.

¶ Templum cœli imago, pag. 412. col. 1. n. 5.
Templa Summi Pontifices erexerunt, & picturis exornarunt. pag. 415, col. 1. n. 9.
Ternarius numerus in ſacris à gentibus vſurpatus. p. 441. c. 1. n. 18.
Theodora quæ fuerit? pag. 58. c. 2. n. 16.
B. Thomas à Villanoua de ingenio P. Auguſtini, p. 155. c. 2. n. 19.
S. Trinitatem aliquibus imaginibus depingi poſſe, p. 416. c. 1. n. 1.
Oppoſitum aſſerere erroneum, ibid. n. 3.
Quæ pictura, & imago ſanctæ Trinitatis ſit admittenda? p. 417. col. 1, n. 2. Quæ reijcienda, n. 3. & 418. col. 1, n. 4.
Trinitatis myſteriũ penitus abſconditum, pag. 436. c. 2. n. 10, & 437. c. 1. n. 11. & 441. c. 1. n. 19.
Naturali ratione ininueſtigabile, p. 446, c. 1, n. 27.
Trinitatis opera ad extra indiuiſa, pag. 331, c. 2. n. 8. & 442 c. 2. n. 20.
Triſtitia contrahitur cor, p. 56. c. 1 n. 13.
Turturum oblatio lachrymæ humiliũ Deo gratiſsima, p. 51. c. 1. n. 4.
Tutor ex bonis pupilli ſibi ſatisfaciens, quo nomine id faciat? pag. 83. col. 1. n. 7.

V.

¶ Valor operum Chriſti. pag. 357. col. 2, n. 3.
Velle eſſentiale idem eſt atque volũtas, p. 3. col. 1, n. 1. Notionale eſt realis potẽtia ſpirãdi, ibid. c. 2, n. 2.
Reſpectu perſonę productæ quid ſit? ibid.
Quid reſpectu actus producẽdi? ibid.
Velle diuinum per modum actus, & veluti in actu ſecundo, p. 12. c. 2. n. 1.
Velle diuinum non eſſe conſtitutiuum diuinæ naturæ, ſicut intelligere, qui cenſerint? p. 7. c. 2. n. 3.
Reijciuntur, ibid.
Velle liberum eſſe idem re, & ratione cum diuina eſſentia falſò tribuitur Gabrieli, p. 30, col. 2. n. 1.
Reijcitur, pag. 31. c. 1, n. 2.
Non dicere niſi extrinſecam quandam denominationem, reijcitur, ibidem, col. 2, n. 4.
Addere perfectionem realem ſenſit Caiet. pag. 33. c. 1, n. 4.
Reijcitur Caiet. pag. 36. col. 2. n. 6, & p. 40. c. 1, n. 1.
Addere directionem diuini intellectus cum relatione rationis ſenſit Capreol. p. 31, c. 1, n. 1.
Reijcitur, pag. 41, c. 2, n. 4.
Addere extẽſionem quandam actus neceſſarij ad creaturas liberè volitas, ſenſit Petrus Fõſeca, p. 38. c. 1. n. 2. Reijcitur, p. 44. col. 1, n. 7.
Eſſe ipſammet eſſentiam diuinã ſignificatam per modũ actus vitalis, & affectus eliciti prout includit habitudinem ad creaturas ſenſit Vaſq. pag. 39, c. 2, in principio.
Reijcitur. p. 44. c. 2. n. 8.
Eſſe idemmet velle neceſſarium, & ob ſui eminentiam attingere obiectum liberũ immutabiliter ſenſit Suar. p. 38. c. 2, n. 3, partim probatur, partim impugnatur, p. 44. col. 2, n. 9.
Velle liberum Dei eſſe idẽmet velle neceſſarium, quomodo intelligẽdum ſit? p. 46, c, 2, n. 2.
Cum hoc dicendi modo conciliãtur cęteri recentiorum, p. 48. c. 2, n. 5.
Verbum diuinum in natura humana depingitur imagine ſpecificè repræſentante, p. 419. c. 2. n. 5.
B. Veronica Eremita Auguſtinenſis ſacrum corpus de Chriſti manu recipit. pag. 245. col. 1. n. 16.
Veſpaſianus arborem Balſami duxit in triumphum. p. 474. c. 1. n. 7.

Digitized by Google

Virginitatis inſigne in corde B. V-golini Eremitæ, p.455. c.2.n.36. & in corde B. Cherubini, ibid.
Victima ſine corde imperfecta, pag. 151.c.2, n.15.
Virtus moralis tenet medium inter exceſſum, & defectum, pag.302. c.1.n.3. & ſeq. proprium eſt virtutis intellectualis, ibid.
Virtus Theologica reſpicit Deum, vt obiectum, quod, p.303 c.2.n.4.
Virtutes potius reſpiciunt affectum, quam effectum, p.99.c.2.n.3.
In quibus hoc locum habeat, ibid. col.1.cum ſequentibus.
Vitales actiones non poſſunt elici ab externo principio, p.146, c.1.n.6.
Vnionem humanitatis cum natura diuina eſſe in tertio, ſiue perſonalem, pag.358. col.1.n.3.
Vnionem eſſe, quæ immediatè ſanctificat humanitatem, Verbum autem ad modum formæ extrinſecæ, p.361.c.1. n.3.
Non reſpicere Verbum directè, ibid. col.2. n.4.
Vnio aliter ſe habet ad Verbum, aliter ad humanitatem, p.367.col.1. n.12.
Voluntatem reperiri in Deo ſecundum proprietatem, p.3. c.1. n.1. cum ſequentibus.
Eſt perfectio ſimpliciter & abſoluta, ibid. In quo diuina præter alia diſtinguatur à voluntate creata? p.26. col.2. n.1.
Voluntas in Deo ad modum potentiæ, & veluti in actu primo, p.12. col.2. n.1.
Voluntas appetit, quæ non habet, & complacet in ijs, quæ habet, p.5. col.1. n.6.
Voluntas diuina ſolo ſecundo modo dicitur appetere, ibid.
Neceſsitate, quoad exercitium fertur in eſſentiam, & in perſonas, pag.7, col.1.n.2.
Nō poteſt ceſſare ab amore ſui, ibid.
Neceſſario fertur in poſsibilia, qua talia, & in ſe ipſis ſpectata. Vide Creaturæ poſsibiles.
Dum fertur in omnipotentiam neceſſariò fertur in creaturas poſsibiles, pag.25.c.1.n.10.
Non minus comprehenſiua ſuo modo, quàm ſcientia, p.26. c.1. n.11.
Tendit in obiectum conformiter ad naturam illius, ibid.
Voluntas diuina, non ſic tendit in res, ſicut ſcientia quomodo intelligatur de futuris, p.26. c.2.n.6.
Aliud diſcrimen inter voluntatem, & ſcientiam, ibid.n.2.
Etiam reſpectu collectionis omniū creaturarum eſt libera, p.27.c.2, n. 23.
Quo ſenſu, dum liberè vult dici poſſit cauſa contingens, p.28.c.2.n.5.
Voluntas diuina non determinatur á ſcientia, ſed á ſua libertate, p.30. col.1.n.6.
Voluntatem diuinam eſſe proximū principium operandi ad extra, qui ſentiant, & quibus fundamentis, pag.13. c.1.n.5.
Voluntas eſt proximior rerum cauſa, quam intellectus, p.17.c.1.n.9.
Votum, quot modis accipiatur? pag. 158. col.1.n.1. Definitur. p.159. col.1.n.2.
Requirit plenam deliberationem. pag.161. c.1. n.7.
Pleniſsima non eſt neceſſaria. ibid.
Non ſufficit ſemiplena, p.160.col.1. n.5.
Voluntarium, quod ſufficit ad culpam venialem non ſufficit ad vouendum. pag.160.col.2.n.5.
Nec ad iuramentum, nec ad matrimonium, nec ad contractus ciuiles, ibid.
Votum de vouendo, quale? p.161. col.2. n.7.
Inualidum ex metu quale ſit? p.163. col.1.n.10. Iuſto metu validum, ibid. n.11.
Quid de metu leui aliqui ſentiant? pag. 164. col.1.n.12.
Leuis non irritat votum de ſe. ibid. c.2.n.13. Secus ſi minæ adſint in eo, qui ſolet minas exequi, ibid. Aliter ſi non ſolet exequi, ibidē.

Digitized by Google

In dubio, cum minis irritat votum. pag.165. col.2. n.13.
In ægritudine emiſſum validũ, pag. 166. col.1. n.14.
Ex animi leuitate validum, ibidem, n.15.
Ex iracundia, quomodo validum? pag.167. col.2. n.17.
Quid de votis in ludo emiſsis? pag. 167. col.2. n.8.
Quid de ijs, quæ parentum, aut conſanguineorum precibus emittuntur? pag.168. col.1. n.19.
Votum de re mala, tanquam de re Deo grata. Species blaſphemiæ. pag 170. col.1, n.2.
Vouere rem malam, etiam ſine animo adimplendi, deformitatem habet ſacrilegij, ibid.
De contrahendo matrimonio abſolutè inualidum, pag.171. c.1. n.4. Poteſt eſſe validum, ibid. n.6.
De nõ acceptando Epiſcopatu quomodo ſit validum? p.172. c.1. n.7.
Non inducit obligationem voti ſimplex aſſertio, p.174. col.1. n.3.
Quando ſimplex aſſertio promiſsioni æquiualeat, ibid. & p.175. c.1. n.3.
Votum non opus eſt, vt ore exprimatur, ibid.
Votum caſtitatis de iure eccleſiaſtico eſt annexum ordini ſacro, pag. 177. col.2. n.6.
Vouendi propoſitũ ſeparabile à propoſito adimplendi, p.181. c.1. n.1.
Qui non habet animũ vouendi, non adſtringitur voto, ibid. c.2. n.1.
Si tamen vocaliter vouit compelletur ab Eccleſia, ibid.
Intentio non adimplendi non deobligat vouentem, ibid.
Votum eſſentialiter eſt promiſsio. ibid. Impoſsibilis eſt animus vouendi ſine animo obligandi ſe. pag.184. c.1. n.6.
Qui cenſerint oppoſitum, & quibus fundamentis? p.183, c.1. n.4.
Votum reſpicit Deum, & perſonas diuinas, qua ſunt vnus Deus. pag. 180. col.2. n.16.
Vota non fiunt propriè ſanctis. pag. 189. col.2. n.17.
Votum eſſe elicitum à voluntate, qui cenſerint. p.190. col.2. n.2.
Eſſe elicitum ab intellectu, pag.191. col.2. n.3.
De ſe ordinat vouentẽ ad Deũ. ibid.
A pluribus virtutibus elici qui ſentiant? p.193, c.1. n.6. cũ ſequẽtib.
Eſſe actum religionis vera ſententia. p.196. c.1. n.14. & 197. c.2. n.15.
Idem de voti ſolutione, p. 200. c.1. n.21.
Reale, perſonale, & mixtum. p 203. c.1. n.1. Commune, & ſingulare. ibid. c.2. n.2.
Neceſſarium, & voluntarium. ibid.
Abſolutum quale? p.204. c.1. n.4. Conditionatum, ibid.
Perpetuum, ibid. c.2. n.5. Temporale, ibid. Pœnale, & non pœnale, ibid. n.6. Bonum, & malum, ibid. n.7. De re mala ſimpliciter non eſt votum, p.205. c.1. n.7.
Duplex peccatum in eo, qui vouet rem malam cum animo exequendi, ibid. n 8.
Duplex finis in vouendo, & rei promiſſę, & ipſius voti, p.206. c.1 n.9.
De re bona votum inualidum, quale? pag.205. c.2. n.9.
De re bona propter malum finem voti validum, p.206. c.2. n.10.
Explicitum, & implicitum, p.207. c.2. n.11. Affirmatiuum, & negatiuum, ibid. n.12.
Solenne diſtingui à ſimplici ſuapte natura, qui cenſerint, & quibus fundamentis? pag.208, c.1, n.1. & col.2. n.2.
Oppoſita ſententia verior, p. 209. c.2, n.5. Ex Eccleſiæ inſtitutione, pag.210. c.1, á principio.
D. Tho. ſenſit oppoſitum ante Bonifacij deciſionẽ, p.211. c.2. n.11.
Solennitatem voti in benedictione, qui agnouerint? p.212, c.1. n.12, Impugnantur, col.214. c 1. n.7.
In poteſtate ad dirimendum matrimonium, qui? ibid. n.3. Impugnãtur, c.1, n.8.

In

In traditione indiſſolubili. c. 2. n. 4.
Probabilis iudicatur, & impugnatur. p. 216. c. 2. n. 11, & p. 217. col. 1.
In ſuſceptione ſacri ordinis, aut in profeſsione approbatæ religionis tacita vel expreſſa. Vera ſententia, pag. 213. col. 1. n. 5.
Quod traditio ſit indiſſolubilis eſt effectus ſolennitatis. p. 217. col. 1. n. 21.
Votum ſolenne accidentaliter diſtinguitur à ſimplici, p. 219. c. 1, n. 2.
Simplex non minus obligat apud Deum quam ſolenne, ibid.
Vota ſolennia tria tantum ſunt, pag. 219. col. 2. n. 4. & 221. c. 2. n. 6.
Non emittunt quartum votum ſolenne Minimi Sancti Franciſci de Paula dum promittunt ſe nõ vſuros, niſi cibis quadrageſimalibus. pag. 221. c. 1. n. 6.
Nec Patres Societatis ſpondentes Summo Pontifici obedientiã circa miſsiones in varias partes. pag. 221. col. 1, n. 7. & c. 2. n. 8. & pag. 222. col. 1. n. 9.
Vota ſimplicia Societatis habẽt promiſsionem de præſenti, pag. 209. col. 1. n. 3,
Vota ſimplicia in vna Religione emiſſa, quomodo permaneant in ſtrictiori alia, p. 215. c. 2. n. 9.
Profeſſos Societatis per profeſsionẽ biennij non eſſe vere Religioſos, qui olim cenſerint? p. 217. col. 2. n. 12.
Oppoſita ſententia neceſſario tenẽda. p. 218, col. 1. n. 12.
Votum ſolenne paupertatis ſuapte natura non reddit Religioſum inhabilem ad retinendum dominiũ bonorum, & in poſterum acquirendum. pag. 223. col. 2. n. 12.
Id habet ex Eccleſię ſtatuto. ibidem, col. 1. n. 11,
Scholares Societatis retinent dominium bonorum, non vſum. p. 224. col. 1. n. 13.
In voto ſolenni paupertatis diſpenſare poteſt Sum. Pontif. ibid. c. 2. n. 14.
De facto diſpenſare cum ijs, qui ex Religione aſſumuntur ad Cardinalitiam, aut Pontificiam poteſtatem, cui annexi ſunt ſæculares tituli, tenent nonnulli, p. 225. c. 1. n. 15.
Oppoſita ſententia probabilior, pag. 226. col. 1. n. 16.
Non poſſe Sum. Pontif. diſpenſare in voto ſolenni caſtitatis cum monacho profeſſo, qui teneant? p. 226 col. 2, n. 17. Oppoſitum probabilius. p. 227. c. 1. n. 19.
Qualis debeat eſſe cauſa talis diſpenſationis? p. 228. col. 1. n. 19.
Nunquam tam grauis, & vrgens occurret, vt iudicetur cum omnibus diſpenſandum, ibid. c. 1. n. 20.
Diſpenſaſſe iam Sum. Pontif. cum aliquibus, qui ſentiant, p. 229. c. 1. n. 22.
Diſpenſatus in voto ſolenni excluditur à ſtatu religioſo, p. 229. c. 1. n. 22.
Diſpenſatus in caſtitate abſoluitur ab obedientia, & paupertate, p. 230, col. 2. n. 27.
Et ab obligatione recitandi diuinum officium, ibid.
Quando ab hac obligatione eximatur? p. 231. col. 1. n. 27.
Votum ſolenne obedientiæ diſpenſabile. ibid. n. 28,
Exempti á voto obedientiæ eximũtur á ſtatu religioſo, ibid. n. 29.
Coniugatus poſt ſimplex votum caſtitatis, mortua vxore adſtringitur voto, p. 231. c. 2. n. 31.
Votum pro fide vſurpatur, pag. 194. col. 1. n. 10,
Vulgus amicos præſentes amat, temereque mutat animum, p. 259. col. 2. n. 46.

X.

¶ Xenodochio Vlixbonenſi ſingulis menſibus deſtinati religioſi inſeruiunt. p. 222. c. 2. n. 9.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google